Constat · 9 2 6 ~ 8

JOHN CARTER BROWN
LIBRARY
ACQUIRED WITH THE
ASSISTANCE OF THE
T. KIMBALL BROOKER
SIXTEENTH-CENTURY
FUND

ELEMENTORVM PHYSIOLOGIÆ,

ſeu Philoſophię naturalis libri ſeptem, in duos tomos diſtincti, uniuerſam artem μεθοδικῶς complectentes: authore Ioanne Monhemio.

Argumenta librorum ſequens pagina indicabit.



COLONIAE *Ioannes Gymnicus excudebat*
ANNO M. D. XLII.

Primus Tomus continet
quatuor libros.

Primus liber rerum naturalium principia, eorũq́ȝ circunſtantias deſcribit.

Secundus mundum, & eius partes.

Tertius Meteωra.

Quartus metalla atq; lapides.

Secundus Tomus continet tres libros.

Primus naturam animæ, partes, eiusq́ȝ uires exponit.

Secundus plantas definit.

Tertius animalia.

RPJCE

IOANNES MONHEMIUS candido lectori S.

CONqueritur lector candide non uno in loco doctiſſimus Eraſmus ceſſationem uulgarium grammaticorum, qui cùm longo tempore adoleſcẽtes in ſtudijs detinẽt, tamẽ poſt multos annos nihil de rerum natura intelligunt: adeò ut uix ullius gemmæ, arboris, aut animalis uerum nomen exprimere norint: tantùm generales rerum uoces utcunq; tenent, ſpecies prorſus ignorant. Atq; ſi quis ex illis, quid ilex, platanon, inula, portulaca, rhinoceros, aut tragelaphus ſit, quærat: nihil ſanè aliud reſpondere poſſunt, quàm, Eſt nomen arboris, plantæ, uel animalis, &c. Vt autẽ huic incommodo tandẽ ſubueniri queat, deſiderauimus iamdiu aliquem me in hac re doctiorem, qui opus aliquod de cauſis naturæ, de cœlo, elementis, & eis, quæ in aëre gignuntur, à Græcis μετέωρα appellata, deq́; lapidibus, gemmis, arboribus, herbis, fruticibus, animalibus, & cæt. ea perſpicuitate, breuitate, ordine, in gratiã ſtudioſæ pubis concin

naret, ut ſingula facilè intelligi, & memoria tenêri à pueris poſſint. Verùm quum hactenus nullus, quod equidem ſcio, id prǣſtiterit: nos ad communem eorum adoleſcentulorum utilitatem, qui ad perfectam doctrinam adſpirant, huiuſmodi laborem, neſcio quàm feliciter, aggreſſi ſumus: ac prǣcipua quǣdam ex tota Phyſiologia, quæ ad puerorum inſtitutionem neceſſaria uidebantur, in hoc compendium redegimus. Quem laborem ſtudioſe puer boni conſulas, optamus.

Vale.

AMPLISSIMIS, RELIGIOSISS.

illuſtriss. doctiſſimisq́ꝫ heroibus, D. Præpoſito, D. Decano, & cæteris Prælatis, uniuerſoq́ꝫ Canonicorum cœtui Metropolitanæ eccleſiæ Colonienſis, dominis ſuis quamplurimùm obſeruandis, S.

NEMO facilè dixerit, generoſiſſimi, doctiſſimiq́ꝫ heroës, quãtum mali in eccleſiam inuexerit locus Apoſtoli ad Coloſ. 2. perperàm intellectus, ac deprauatus, ubi inquit in hunc modum: Videte ne quis ſit, qui uos deprædetur per philoſophiã, & inanem deceptionem. Ex hoc etenim quidam colligunt, bonas diſciplinas nihil, uel ad pietatem, uel rectè populum docendum, uel functiones reipub. ritè adminiſtrandas, conferre: ſed in his & bonorum morum, & Chriſtianæ fidei ſubeſſe naufragia. Parentibus imperitis perſuadent, ne liberos ſuos ſinant friuolis ſtudijs ætatem perdere: ſat illos eruditos fore, ſi uel Nouum teſtamentum Germanicè legere norint. Vulgus aũt, quia natura artes, quas ignorat, odit; facilè illorum

perſuaſiõibus adquieſcit. Hinc prouenit oĩm bonarũ diſciplinarꝝ cõtemptus ac neglectus, ex quo deinceps morum ſequitur feritas, inter ciues ſeditio, infinitæ ſemperq́ꝫ nouæ in eccleſia hęreſes. Nec id mirum. res enim ipſa loquitur, bonis artibus è cõmuni ſublatis, homines tandem obbruteſcere, omnẽq́ꝫ reipub. ſtatum ſubuerti, ſcripturam ſacram rectè intelligi aut doceri non poſſe. Collegit elegantiſſimè Auguſtinus de doctrina Chriſtiana, quid conferat humanarũ diſciplinarum ſcientia ad intelligendas literas ſacras. Verùm diuus Paulus cùm ait: Videte ne quis uos ſeducat per Philoſophiam: nõ ita accipiendũ, quaſi Philoſophia, quæ artificium orationis docet, quæ naturæ arcana indagat, quæ ciuiles mores tradit, ſit uana. Abuſum tantũ ille, non rem ipſam improbat. Vt ſi quis dixerit: Vide ne te uinum decipiat: hic non uinũ uituperat: ſed præmonet, ut ſic eo utaris, ne obſit. Profectò nihil eſt tam bonũ, q̊d non fiat abuſu malum. Hæretici ac pſeudoprophetæ, Chriſti etiã doctrina abutentes, multos ſeducunt. Quòd ſi qs tamẽ ob id Euangelij authoritatem eleuare uelit, non'ne planè ἄθεος ab omnibus iure cenſebitur? Impium igitur eſt

Philo-

Philoſophiā contēnere, quę Theologis ad ſacram ſcripturā intelligendam atq; explicandam non tantū utilis, uerùm & neceſſaria eſt. Nam inuiſibilis Dei maieſtas (ut ad Roma. teſtatur Apoſtolus) per res uiſibiles, adeóq; creatas, depręhendit ac cognoſcitur. Pulcherrima enim illa mundi machina, ac ſuauiſſima cœleſtium corpor℞ harmonia, ortus item & obitus ſyderū & planetarū: adhęc temporum uiciſſitudines, mira animalium, planta℞, cæterorumq́; naturalium corporū generatio, uis, uarietas, atq; effectus, admonēt & cōprobant æternam Dei ſapientiā, potentiā atq; diuinitatem. Porrò ſi nos perrexerimus exponere qd Phyſiologia conducat, quāq́; neceſſaria ſit ad ſacra℞ literarum cognitionē: déinde ad Mathematicas diſciplinas, ad Medicinam, cęterasq́; Philoſophię partes rectè pernoſcendas: epiſtola in opus aliq̊d prolixū excreſceret. Quarè conſultò ea præterimus. Huius q̊q; artis neceſſitatē gnauiter intellexerūt illi, qui olim pręerāt academiĳs, cū inſtituerēt, ne alicui aditus ad ſublimes artium profeſſiones, Theologiam uidelicet, Iuriſprudentiā, ac Medicinam concederetur, niſi priùs titulo Magiſteriĳ donato, quo nullum quoq; inſigniri

uoluerunt, qui nõ ſeptem artium liberalium, Phyſiologiæq́ ſtudijs ſeſe ſatis excoluiſſet. At nunc adoleſcentes, conniuẽtibus interim uniuerſitatum pręſidibus, ſaluberrimo inſtituto maiorum neglecto ac contempto, cùm primùm nomina & uerba inflectere utcunq; nouerint, aureis aliquot magiſterij titulum ſibi redimunt, qui apud quoſdam nulli, quantumuis analphabeto, modò numeret, denegatur. Déinde illotis, quod aiunt, pedibus ad ſacroſanctas profeſſiones irrumpunt. Alius Theologiæ myſteria, ſi Dijs placet, tractanda ſuſcipit: alius Iuriſprudentiam interpretari conatur: alius Medicinæ ſe deſtinat. ſicq́ ſaluberrimę hę ſciẽtię à nugatorib⁹ illis miſerè profanantur, conſpurcant̃, uiolãturq́. Quarè nemo admittendus eſſet ad altiores illas diſciplinas, niſi in inferioribus artibus, ac liberalibus ſtudijs priùs benè uerſatus ac exercitatus. Ad ſumma enim (ut Fabius inquit) pręcedentibus initijs facilè peruenitur. Vt autem iuuentus habeat ad Phyſiologiam longè nobiliſſimam Philoſophiæ partem aditum: placuit, in gratiam ſtudioſæ pubis prima quædã elementa, introductionemq́ compendiariã huius artis contexere. Animaduerto enim,

Ariſto-

Ariſtotelis, aliorumq́ philoſophorum ſcripta, tyronum captum excedere. Inuiderunt illi nobis ſuarum inuentionum beneficium, dum ea quę inuenerunt, non apertè ac ſimpliciter nobis communicarunt, ſed tot ænigmatum inuolucris contecta, ut illorum mentem argutiſſimi doctiſſimiq́ uiri uix coniecturis & diuinatione interim adſequi poſſint. Themiſtius certè quodam loco furori ſimile eſſe dicit, ſi quis ſperet ſe ex Ariſtotelis ſcriptis ſententiam eius penitus adſecuturum. Idem ipſe Ariſtoteles ad Alexandrum ſcripſit: neminē commētarios illos de Philoſophia, quos rex doleret in uulgum miſſos, intellecturum, niſi qui à ſe domi audiuiſſet. Nos itaq; quantum poſſumus, operam dabimus, ut apertè, & pingui, quod aiunt, Minerua eius artis rudimenta explicemus, quæ iuuentuti uiam aperient ad illos authores intelligēdos, qui copioſiùs quidem, tametſi obſcuriùs, hæc eadem conſcripſerunt; quoſq́ nemo intelligere poteſt, niſi artis ſummam ad eos adduxerit. Veſtris autem Celſitudinibus, Heroës illuſtriſſimi, hunc noſtrum laborem dedicare conſtituimus: cum ut pro beneficijs à V. C. nobis datis, nos gratos aliquo modo declaremus; tum

uerò ut auſpicatò in uulgus prodeat, authoritateq́ꝫ nominū V.C. commēdetur ſtudioſis, ac à morſibus uitiligatorꝶ defendatur. Quanquam haudquaquam nos fugit exiguum ac uile hoc munuſculum longè eſſe infra V. C. maieſtatem poſitum: (maiora enim merentur C. V. antiqua ſtemmata, & ampliſſimæ fortunæ dotes: meliora flagitant ſingularis V. C. eruditio, mirabilis rerū omnium peritia, incredibilisq́ꝫ prudētia; optima quæq; exigunt pulcherrima omniū uirtutū genera, quæ in V.C. relucent:) tamen maxima V. C. beneuolentia, humanitasq́ꝫ, cum in omnes, tum præcipuè in Muſarum æmulos, uel infimos, & poſtremæ (ut aiunt) notę, addidit nobis hunc animum, ut ſub V.C. nomine ſineremus opuſculū hoc in uulgus prodire. Quod ſi V. C. exporrecta hilariq́ꝫ fronte ſuſceperint, animum meum potiùs, q̃ munus ipſum recipiētes: eſt profectò cur V.C. gratias ingētes agā, mihiq́ꝫ gratuler, ꝙ hāc noſtrā opellā tanti heroës nō reiecerint. Quos Deus Opt. Max. diu nobis ſeruet incolumes. Coloniæ An. humanę ſalutis 1542. 10. Cal. Nouēbris.

V. C.

deditiſſimus cliens

Ioan. Monhemius.

LIBER PRIMVS PHYSIOLOGIAE,

De principijs rerum naturalium, earumq́ꝫ circunſtantijs.

Quid ſit Phyſiologia, quid res naturalis, non naturalis, & artificialis, & quid natura.

Caput I.

PHyſiologia eſt naturalium rerum ſcientia. Res naturalis hîc dicitur, quæ in ſe habet principium motus & ſtatus, ſiue per locum, ſiue per augmentum & decrementum, ſiue per alterationem: ut ſunt omnes ſubſtantiæ corporeæ: uel ſimplices, ut cœlum & quatuor elementa, ignis, aër, aqua, terra: uel mixtę ex elementis, ut meteωra, metalla, gemmę, plantæ, animalia, homines, membra quoqꝫ, artus, articuli, &c. Eſt & res nõ naturalis, quę propriè dicitur qdquid nõ eſt ſubſtantia corporea, neque pars eius corporea: ſed eſt uel

Phyſiologia. Res naturalis

Res non naturalis

ſubſtan-

ſubſtantia incorporea: ut Deus, Angelus: uel miraculum, ut eclypſis ſolis tempore paſſionis Chriſti in plenilunio facta: uel monſtrũ, ut eſt illud corpus naturale, quod non habet iuſtum ſitum membrorum, neq; conſuetam proportionem naturæ partium: uel accidens aliquod, ut uirtus, ſcientia. Conſideratur tamen aliquãdo à Phyſico accidens, quatenus uidelicet cum naturali corpore aliquã ſocietatem coniunctionem'q; habet: ut calor, leuitas, ſiccitas in igni: humor, frigus, grauitas in aqua. Omittuntur autem hìc accidentia illa, quæ nõ ſunt neceſſaria ad conſtitutionem uel cognitionem rei naturalis: ut iuſticia, fortitudo, alia'q; ſimilia. Ad res non naturales pertinent & artificiales res, quæ habent formam ſibi per artem & conſilium artificis inditam, quam alioqui non haberent, niſi ars & uoluntas hominis eam ſic compleuiſſent: ut tunica, domus, menſa, poculum, &c. Porrò actiones & opera infantium, fatuorum, brutorũ, plantarum, rerum'q; inanimatarum, non ſunt res artificiales, aut uoluntariæ: ſed naturales, uel fortuitæ, ut actio ſimiæ actum hominis imitantis, nidus hirundinis, tela araneæ, &c. Iſta enim nõ deliberatè, aut libero arbitrio quidq̃

Res artificialis.

agunt:

agunt:ſed ſolùm naturæ inſtinctu. Quòd ſi etiam natura, aut fortuna quædam produceret artificioſis rebus ſimilia, citra hominis manum & artem, ſunt res naturales, non artificiales. Sic portus ille Carthaginenſis apud Virgilium Aene.1.eſt res naturalis. Hoſtienſis uerò portus, quia manufactus, eſt res artificialis. Ars quoq; ſæpè adiuuat & excolit naturam. Ita agricultura arbores, plantas, aliáq; huiuſmodi ſerit, plantat, inſerit, propagat, colit:ſed non complet, non gignit, nō abſoluit ea hominis induſtria. ſunt igitur res naturales. Longè enim aliud eſt complere:aliud adiuuare. iam ab efficiente digniori fit appellatio. Eodem modo natura uiciſſim adiuuat artem. Ex lino enim aut canabo aptè nectitur funiculus:non autem ex harena. Neq; ex pumice oleum exprimes: ſed ex oliuis, iuglādibus &c. Natura, ut hìc conſideratur, eſt principiū & cauſa motus & quietis in re naturali, cui primùm per ſe, & non per accidens ineſt. id eſt: Natura eſt principiū, undè rerum naturalium oritur eſſentia, & eſt earundem cauſa, cur uel mutentur, uel aliquantiſper in eodem ſtatu perdurent: ita tamen, ut nō ſit extra res, quemadmodùm ars, cauſa efficiens, & finis: neq;

Natura.

neq; inhæreat rebus per accidens, ſicut quali tates primę & ſecundę, de quibus infra: ſed ut inſit ipſi naturali corpori tanq̃ pars ſubſtantiæ eius primaria & neceſſaria, ut materia & forma: qua natura corrupta, neceſſe eſt quoq; corpus ex ea compoſitum corrumpi & interire. Sunt igitur duæ ſpecies naturæ, materia & forma, quę coniunctæ formam cuiuſq; rei naturalis abſoluunt. Inter has tamen forma eſt nobilior, & magis etiam natura, quàm materia. Sed de his poſteà.

De primis rerum naturalium principijs, materia uidelicet, forma, & priuatione. Cap. 2.

PRiuſquàm ad corporum naturalium tractationem accedamus, profuerit prima principia & cauſas eorum inquirere. Sunt enim ueluti elementa ac incunabula ipſius Phyſiologię, ſine quorum cognitione nihil uel parùm in hac arte profeceris. Verùm nos conſultò uarias ueterum philoſophorum opiniones non hîc ſolùm, ſed per totum hunc libellum prætermittimus. Solum Ariſtotelẽ, philoſophorum facilè principem, qa cæteris certiora, ac rationi magis conſentanea ſcripta reliquit, in omnibus ferè ſequemur. Principiũ

Principiũ

itaq;

itaq; (ut ex Ariſtotele colligitur) eſt undè primùm res naturalis queq; fit, aut conſtat, ita ut corpori naturali hoc ipſum principium inſit, tanquam ſubſtantię eius per ſe, & non per accidens. Tria autem ſunt principia rerum naturalium, materia, forma, & priuatio: quę producunt, gignunt, & conſtituunt omnia corpora naturalia, atq; in cuiuſq; rei naturalis generatione ſimul requiruntur. Neceſſe eſt enim in conſtitutione corporis naturalis aliquid ſubeſſe, quod habeat potentiam, uel habilitatem ad illud q̊d fit. Hîc Subeſſe aliqd, eſt materia: ad illud q̊d fit, eſt forma. Requiri aũt potentiam uel habilitatẽ, eſt priuatio: ueluti cùm ex ſemine ſata naſcuntur uel animalia, ſic ſemen eſt materia, ſata ſeu animal forma, habilitas materiæ ad formã eſt priuatio. Materia uerò uariè ſumit̃: nobis tamẽ in prẹſentia eſt ſubiectum, ex q̊ aliqd generat̃ primum, & in q̊d corrũpitur ultimũ. Ipſa igitur nec generari poteſt, nec corrũpi: q̊d uerò in ea naſcit̃ uel interit, forma eſt. Vt enim ex nihilo nihil fit, ſed neceſſe eſt quidpiã ex aliquo fieri: ita uiciſſim nihil in nihilũ euaneſcit, ſed neceſſe eſt quidpiã in aliq̊d abire & corrũpi. Alioqui em̃ naturę curſus, & ſuccẹſſiones, uiciſſitudineſq;

pror-

prorſus interirẽt. Adhæc materia neq; uidet̃, neq; ſenſu aliquo externo cognoſcit̃: ſed ſolũ cõcipitur imaginatione. Atq; hæc prima materia, chaos, ignobilior ſubſtantiæ pars, & natura fœminea à philoſophis uocatur, à Moſe uerò Gen. 1. terra inanis et uacua: uel ut ſeptuaginta tranſtulerũt, terra inuiſibilis & incõpoſita dicitur. Forma uerò eſt qddã diuinũ, optimum, & expetibile ipſi materiæ, quam informat, rei naturali cum eſſentiã, tum perfectionem ſuppeditans: diciturq; forma prima, ſpecies, ratio, ſubſtãtię pars nobilior, ἐνδελέχεια, eſſentia, natura maſculina, Gen. 1. lux appellatur. Vt aũt clariùs, qd materia, quidúe forma ſit, intelligas: accipe in exemplum lignum, atq; huic mente adime ipſam formam, déinde ſemoue omnia accidentia, ut colorem, figuram, magnitudinem, omnem deniq; habitudinem corporis, utpote humidũ, ſiccum, durum, aſperum, & reliqua id genus: quodq; iam ſupereſt, reuera eſt materia. Porrò (ut rudiùs eadem explicẽ) lignũ ſi inijciatur igni, fit carbo, fit déinde cinis. Atq; certũ eſt, quiddam hìc permanſiſſe quod antè ligni habuit in ſe ſpeciem, idq; ipſum cineris iam formã habere, & poteſt poſteà quandoq; aliam na-

turæ

Forma.

turæ faciem induere, ut uitri, lixiuij, aut glebę terræ: quemadmodùm eadem cæra, ſignum hominis, bouis, aquilæ, arboris impreſſum ſuſcipit. Perpetuũ itaq; illud, quod omnibus permutationibus rerum ſubiacet, eſt materiale principium. A quo autem habet, quod nũc lignum, nunc cinis dicitur, eſt forma. Ab hac enim materia, nunc huius, nunc illius ſpeciei capit nomen. Quarè omne quod eſt, per formam eſt hoc ipſum quod eſt. Priuatio nõ eſt hîc abſoluta & mera negatio: ut cùm dicimus lapidem eſſe cęcum: ſed eſt ipſius formæ abſentia ſeu carẽtia in materia habili, ad illã formam ſuſcipiendam. Eſt enim priuatio mediũ coniũgens ac conſocians in generatione corporis naturalis duo contraria principia, materiam uidelicet & formam, è quibus ſine principio medio nihil produceretur. nam ex contrarijs ſine medio nihil fieret. Illicit igitur ac præparat priuatio materiam formæ indigam & appetentem, ut formam ſui perfectionem recipiat. Hoc principium Moſes uocat tenebras, cùm inquit: Et tenebræ erant ſuper faciẽ abyſſi. id eſt, priuatio formę erat ſuper faciem abyſſi, id eſt, terræ, materiæ uidelicet rudis. Eſt tamen priuatio principium per accidens, Priuatio.

tum quia per ſe nihil eſt extra materiam, cui inhæret:tum quòd adueniente forma euaneſcit,ac prorſum interit. Materia uerò & forma ſunt principia ſubſtantialia: hæc actiuum, illa paſſiuum principium. Cęterùm in cœleſtibus corporibus, quia ſunt ingenerabilia & incorruptibilia, nulla planè eſt priuatio, neq; etiam materia cœli unquam informis exſtitit.

De cauſis rerum naturalium.
Caput III.

CAuſarum cognitio maximum momentum, cum ad Phyſiologiam, tum ad alias quoq; profeſſiones ritè intelligendas, adfert. Non enim anteà ſcire putamur aliquid, quàm cauſas eius cognouerimus. Quarè ſtudioſis ſummoperè laborandum eſt, ut cauſarum noticiam perfectè calleãt. Eſt ergo cauſa res, ad cuius eſſentiam uel intentionem effectus eſſe aut fieri poteſt:ut ex ſemine herba, ex ouo pullus. Differt autem cauſa à principio. quia principium propriè ſignificat materiam primam, formam primam & priuationem: cauſa uerò ſignificat, præter iſta principia, & materiam ſecundam, & ſecundam formam, item efficientem finemq; rei. Porrò ma

Cauſa.

teria

teria prima & ſecunda ita differunt, quòd illa eſt inſenſibilis, ſolumq́; imaginatione concipitur, nec generatur, nec corrumpitur: hęc uerò & generatur & corrumpitur, atq; ipſi tangimus & ſentimus eam. ſic ouum eſt materia ſecunda pulli: fumi & uapores, pluuiæ, niuis, fulminis. Forma uerò prima & ſecunda non multùm differunt: niſi quòd illa non eſt deſtinata ad certam materiam ſecundã, ſed refertur ad primam: hæc ueſtit certam ſuæ ſpeciei materiam ſecũdam. Sunt autem quatuor cauſæ. Materia, ex qua res fit. Forma, per quam eſt. Efficiens, à qua eſt. Finis, propter quam fit. Vt enim aliquid fiat, ſiue proueniat, neceſſe eſt has quatuor cauſas concurrere. Primùm igitur requirit̃ materia, id eſt res ex qua aliqd fit, tanquam ex parte ſubſtantiali: ut ex gramine fœnum, ex auro calix, ex farina panis. Deinde formã oportet adeſſe. hæc enim eſt, per quam res habet ſuam eſſentiam & nomen. ſic lignum à forma lignea eſt & dicitur lignum. Ad hæc requiritur efficiens, id eſt res ſeu perſona faciens, quæ uim efficiendi habet, cuius uirtute & efficacia fieri formariq́; res poſſit. Nihil enim ex ſeipſo gignitur, nihil eſt ſuipſius cauſa. ſic arbor eſt cauſa efficiens pomum,

Materia. Forma. Efficiens. Finis.

pater filium. Definitur à philoſophis hunc in modum: Cauſa efficiens eſt undè principiũ motus & quietis eſt. Principium motus, per operationem uidelicet; quietis, per ceſſationẽ opere completo. Poſtremò requiritur & finis, propter quẽ res fit, & cuius gratia omnia agũt. Nihil enim fit in rerum natura temerè, & cui ratio non conſtet: omniaq́ꝫ habent ſibi propoſitum deſtinatũq́ꝫ finem, propter quem faciãt cuncta; q licèt plerũqꝫ in his rebus, quæ expertia ſenſus ſunt, ignoratur, à Deo tamen ad certum finem diriguntur, qui nihil omnino fruſtra creauit. ſic frumenta uictus gratia naſcuntur: domus inhabitandi cauſa extruitur. Eſt autem finis cauſarum omnium potiſſima. mouet enim & illicit efficientem ad operãdum. Efficiens cupiditate finis per motum ſubigit & præparat materiam, quæ formam, finem uidelicet operis, allicit appetitq́ꝫ. Porrò cauſæ aliæ ſunt per ſe uel propriè, ad quas uidelicet effectus per ſe & propriè ſequitur: ut ædificator eſt cauſa propria domus. Aliæ ſunt cauſę per accidẽs uel impropriè: ut ædificatoris fortitudo, ſanitas, uel pulchritudo, ſunt cauſæ impropriæ ipſius domus. Sũt ſimiliter quædã cauſæ propinquæ: ut farina

eſt

eſt materia panis. Quædam remotæ:ut ſegetes adhuc creſcentes cauſę remotę ſunt panis. Cauſæ itidem quædam ſunt operantes, quæ actu iam operantur:ut arbor in æſtate fructificans:poëta componens carmina. Quędam ceſſantes ſunt ſeu ocioſæ, quas potentes uocant, quæ habent quidem potentiam & facultatem operandi, licèt iam actu non faciāt effectum: ut arbor in hyeme ceſſans: poëta dormiens, uel nihil componens. Ex cauſis etiam duæ ſunt internæ, quę rei eſſentiam præbent, ſuntq́ eiuſdem partes ſubſtātiales, materia uidelicet & forma. Reliquæ duæ ſunt externæ cauſæ, quæ eſſentiam quidem corpori præbent extrinſecus, non fiunt tamen pars compoſiti, ſed extra illud manent: ut homo generans hominem, non eſt pars generati, neq; in illo eſt: & ſartor ueſtem faciens non eſt pars eius. Sed de internis cauſis plus ſatis dictum eſt: de efficiente & finali adhuc pauca quædā ſubijciemus.

De cauſa efficiente & finali. Cap. IIII.

Diuiditur efficiens. Nam aliud neceſſitate agit, aliud delectu. Neceſſitate agit quidquid conſilij iudicijq́ eſt expers. Sic ig- Efficiens cauſa.

 nis

nis, adhibito quod uri poſſit, neceſſitate urit: aqua non poteſt non humectare: arbor nequit non uerno tempore folia floresq; procreare: & hic ad agendũ ſufficit, ut agere poſſint. Delectu agũt, quibus liberum eſt agere, uel non agere: ut homines illis in rebus, quas conſilio & ratione adminiſtrãt, & bruta quędam fortaſſis: atq; in his non ſolùm requiritur ut poſſint agere, ſed etiam ut uelint. Porrò ex his quę neceſſitate agunt, alia proprio naturæ conatu agunt, ut quæ agendi principiũ intrà ſe habent: ſic ignis ſecundùm naturalem ſuam potentiam urit. Quæ agere non deficiunt, quàm diu res eſt, in quam ſuam efficaciã explicare poſſunt, alia externa ui impellunt: ut aqua feruens calefacit, non quidem ſua, ſed ignis ui, à quo calorem accepit. ſic lapis è tormento miſſus diſijcit muros, non proprio impetu, ſed conatu ſibi indito. Quarè eorũ actio non eſt diuturna, uerùm paulatim remittitur, donec in totum elangueſcat. Diuiduntur & aliter efficientia, ut alia pręcipua ſiue imperãtia ſint: ut architectus, qui ædificio exſtruendo præeſt: in exercitu dux ſupremus. alia obſequentia & miniſtrantia primis. Horum quędam agentia ſunt: ut operarij ab architecto

con-

conducti. Quædam agendi ſunt inſtrumenta:ut ſecures,ſerrę,mallei,terebra,&c. Finem eſſe diximus,cuius gratia omnia agũt. Agunt autem omnia boni alicuius gratia. Quidquid igitur bonũ eſſe alicui uel natura monſtrauerit, uel ratio aut opinio perſuaſerit, illud ipſum finis eſt. Neque uerò rêfert id reuera bonum eſſe, aut opinabile bonum, quod agenti uidetur bonum eſſe. Finium itaq; diuerſitas ex bonorũ differentia ſumenda eſt. Bonorum autem quædam ſunt per ſe bona:ut ſtatus cuiuſq; rei in ſuo generé perfectiſſimus. quemadmodùm ſummum ignis bonum eſt, & ſupra quod nihil requirat, eſſe maximè calidum & ſiccum: aquæ, maximè frigidum & humidũ. Hominis uerò,ut optimè animo & corpore conſtitutus ſit. Quædã ſunt bona conferentia, quæ ad ſumma adipiſcenda tuendáq; adiumento ſunt:ut cibus,potus,ueſtitus,&c. ad hominis uitam conferũt: abſtinentia ad ſanitatem. Sumitur & bonorũ differẽtia ex toto rerum ordine, quo cuncta, alterum alterius uſibus,uidẽtur addicta:quoniam omnia melioribus ſeruiunt. Sic utique Deus Opt. Max. quemadmodùm eſt unum omnium & perfectiſſimũ bonum:ita & unus

omnium & perfectiſſimus finis. Cætera autẽ quæ in medio ſunt, quoniam unum dignius eſt alio, habetq́ aliud ferè uſibus ſuis addictum, fit ut & bonum cuiuſq; eatenus æſtimetur, quatenus digniori ſeruiendo fuerit aptiſſimũ. Duplex igitur eſt in rebus finis: Alius naturæ ſuæ & perfectionis: ut in equo, ferocẽ indomitumq́ eſſe, & nullis obnoxium habenis: terram herbis arboribusq́ eſſe ueſtitam. Alius eſt finis in rebus, quantum ſubſeruiunt res humanis uſibus. Propter hominem certè omnia ſunt creata, qui eſt creatura corporea nobiliſſima, adeoq́ homo eſt finis ultimus creaturarum. In equo igitur manſuetum ſeſſorisq; patientem eſſe, fodi calcaribus, & freno in quamlibet partem flecti, eſt nobis utile. Sic terra in uicos diſpoſitia, néq; areas ædificiorũ, aliquando aptior eſſe ſolet. Finis quoq; alius eſt proprius & ordinarius, nempe bonus uſus legitimaq́ rei actio: ita ſeminis ordinarius finis eſt perfectum fœtum êdere. Alius finis eſt inordinatus & improprius, nempe cuiuſq; rei uel optimę abuſus & illicita actio. Sic ſeminis abuſus eſt êdere monſtrum uel abortiuum fœtum. Proprium autem officium finis eſt, pellicere efficientem ut agat & operetur,

tur,nõ aliter q̃ res amata & deſiderata mouet & illicit amantem,ut ipſam requirat & ſequatur. Périnde autem ut pleroſq; amantes ſua ſpes deſideriumq́; fallit:ſic finis ſæpè non ſequitur,ſed fugit efficientem ſuum,ut non conſequatur effectum,neq; expleat ſpem deſiderantis ipſum.

De effectu. Caput V.

Effectus ſiue euentus.

EFfectus id dicitur, quod ex cauſis euenit. Rodolphus commodiùs fortaſſis euentũ appellat. Vt igitur quatuor ſunt cauſę, ita & quadruplex eſt effectus ſeu euẽtus. Effectus materię, opus eſt q̃d ex materia exſtſtẽte conſequi & fieri poteſt, uel conſecutum atq; factum eſt.ſic panis eſt effectus ſiliginis. Effectus formæ eſt opus uel actio ſequens formam atq; adeò eſſentiam cuiusq; rei: ut loqui,uidere, intelligere,eſt effectus actioq́; hominis. Creſcere,folia,flores, & fructus producere,eſt arboris effectus. A forma em̃ res quælibet accipiunt potentiam operandi: qua ſublata,intercipiunt̃ &ceſſant iſtiuſmodi operationes. Effectus efficiẽtis eſt opus uel actio conſequens operationem efficientis actu,& non ceſſantis neq; ocioſi. Sic illuſtratio eſt

effectus ſolis: atq; hoc ſolum à Rodolpho effectum dicitur. Effectus finis eſt opus uel actio, propter finem ultimum adſequendum effecta, uel exhibita: id'q; ab Agricola deſtinatum appellatur: ut eruditio eſt effectus ſtudij. Porrò effectus materiæ & formæ ſunt interni; quia ab internis cauſis oriuntur. Effectus uerò efficientis & finis externi ſunt, quemadmodùm & cauſæ à quibus proueniunt. Externi autem effectus cauſæ'q; ſupereſſe atque perdurare poſſunt, corruptis alterutris & ſublatis: ut uitis, quę eſt cauſa efficiens uini. Poteſt enim alterum eorum corrumpi, altero durante. Interni uerò ita cohærent, ut citra utriuſq; perniciem & deſtructionem ſeparari nequeant. Illud quoq; ſciendum, uniuſcuiuſque effectus in ſuo genere unam propriã & propinquã eſſe cauſam. & contrà, unius cauſę, unum per ſe, & proximum in ſuo genere effectum: ut diei unica cauſa efficiens eſt ſol. Cæterùm, ut unius cauſæ ſunt plures, imò & contrarij aliquãdo effectus, in diuerſo genere effectuũ remoti & improprij: ita unius effectus ſunt plures cauſę in diuerſo genere cauſarum remotę & impropriæ, iuxta diuerſam relationẽ. Sic ignis per ſe eſt cauſa caloris. q̊d

autem

autem cęram mollefacit, lutum indurat, ſunt acceſſiones primi effectus, propter aliam atq; aliam rationem materiæ. Cauſæ etiã ſæpè diuerſo reſpectu inter ſe inuicẽ coincidunt: hoc eſt, idem poteſt eſſe in diuerſo genere cauſarum: ut anima eſt forma hoīs, & eadem eſt finis generationis humanæ, eſt etiam efficiens operationũ naturalium. Eodem q̊q; modo idem ſępè conſetur nomine cauſæ & effectus: ut radiȷ ſolares ſunt effectus ſolis à quo proiȷciuntur, & iȷdem proiecti & reflexi ſunt efficiens cauſa caloris & lucis. Nihil etiã prohibet (ut dictũ eſt) eundẽ effectũ diuerſarꝫ cauſarꝫ dici: ut fœtus in utero eſt effectus materię ſuę ſcilicet ſeminis, eſt & effectus generantis.

De duabus cauſis per accidens, Fortuna uidelicet & Caſu. Cap. VI.

STοici nõ rectè fortunã eſſe negãt, q cũcta adſerunt neceſſitate ſeu fato, id eſt ineuitabili indiſſolubiliq́; connexione cauſarꝫ in rebus tam uoluntariȷs, q̃ naturalibus fieri. Epicurei uerò magis ineptè ac impiè nihil nõ fortunæ & caſui tribuũt, dicẽtes oĩa temerè & fortuitò fieri, citra Dei, fati, aut prouidẽtiæ conſilium atq; diſpoſitionem. Aliȷ dixerũt fortunã

eſſe

eſſe Deam omnia gubernantem, cuius arbitrio eueniant omnia. Ariſtoteles autem mediam quandã rectiſſimamq́ uiam tenet, qui non ſolùm in hominis uoluntate, ſed etiam in naturæ curſu fortuitos inexſpectatos'que euentus eſſe ait. Ponit autem duas cauſas per accidens, fortunam uidelicet & caſum. Fortuna eſt cauſa per accidens, in eis quæ fiunt ex propoſito & deliberatione propter aliquid, ita ut neq; ſemper, neq; ſæpenumerò contingant: ut ſi quis fodiendo puteum, theſaurum quendam reperiat, fortuna eſt, euentusq́ ille fortuitus inexſpectatusq́ appellatur. Nõ eſt enim huic conſiliũ neq; ſcopus reperire theſaurum, ſed puteum fodere. Caſus eſt cauſa per accidens, in eis quæ fiunt citra propoſitum & deliberationem, neq perpetuò, neq; ſæpè contingunt. Tribuunt igitur caſum infantibus, beluis, & inanimatis, quæ incerto conſilio & naturali inſtinctu, impetúq́ tantũ ducuntur. ut ſi bos in pratis paſcens aſpide ictus intereat, huiuſmodi factum caſus appellatur, Græcè αὐτόματον, id eſt, incaſſum proueniens. Sic ſtiria decidens à tecto, prętereuntem puerum occidens, decidit ſua natura, non eo fine ut occideret, ſed quia grauitatem

Fortuna.

Accidens

tatem

tatem habet ut centrum peteret. Accidit etiã caſus ſępè in natura, utpote cùm portenta ſeu monſtra naſcuntur. Eſt autem monſtrum naturæ error, cùm conatur ad finem ſuũ peruenire, ſed nõ fit uoti compos: ut cùm ex homine generatur leporina aut uitulina facie infans. Porrò euentus fortuitus eſt effectus non neceſſarius neq; frequens, ſed rarus, à fortuna uel caſu proueniens, præter conſilium & ſpem hominis, uel cuiuslibet efficientis. Gubernatur certè talis euẽtus uel ſolius Dei conſilio, uel aliqua cauſa nobis incognita. Eſt aũt fortuna & caſus nõ in quibuslibet euentibus, ſed in talibus, quibus huiuſmodi commodũ uel incommodum adeſt, propter quod adſequendum aut fugiendum conſultò ageret efficiens, ſi præſciret tale quid euenturum eſſe. neq; enim oboli calamiq; inuentio, nomen meretur effectus fortuiti. Ad hæc fortuitus euentus alius eſt bonus, alius malus. ab illo fortunati & felices, ab hoc infortunati & infelices cognominamur.

Monſtrũ.

Euentus fortuitus.

De *motu & quiete.* *Caput* VII.

MOtus eſt ἐνδελέχεια, quæ potentia exiſtit quatenus eſt huiuſcemodi. Ενδελέχεια

Motus.

λέχεια in hac diffinitione eſt actus,ſeu(ut Cicero exponit) continuata motio aut efficacia,& (ut ſic dicam) actuoſitas ad obeundam uariam uiciſſitudinem, ut ſic aut ſic mutetur corpus. Potentia uerò eſt habilitas ceſſantis ſubiecti ad actum ſuſcipiendum. Sic pictor ab opere ceſſans, retinet tamen pingendi habilitatem: ita & ſemen habet in ſe potentiam ad formam fœtus. Eſt itaq; motus progreſſus rei plerunq; imperfectæ, quæ tamen perfici poteſt, à priſtina forma ſubſtantiæ,uel ſenſibilis accidentis,ad nouam formam adquirēdam, quatenus ea res eſt mutabilis & mobilis,habens potentiam & habilitatem ad induendam formam: ut generatio pulli eſt progreſſus ex ouo nondum pullo,ad formā pulli: incrementum arboris eſt à minore ſtatura ad maiorem quantitatem progreſſus, & cæt. Ad quēlibet autē motū quinq; requirunt: mobile, mouens, terminus à quo, terminus ad quem,& tempus: nihil enim in inſtanti mouet. Mobile eſt ipſum ſubiectum, circa quod uerſatur & exercetur motus: ut circa generabile uerſatur generatio,circa corruptibile corruptio, & cæt. Mouens eſt cauſa efficiens, atque adeò motor ciens quemlibet motum:
ut

ut generans, corrumpens, & cæt. Terminus à quo, eſt forma à qua motus incipit, eſt'que aliquando pura negatio, uel priuatio formæ, quæ adquiritur: ut ex non homine generatur homo. Aliquando forma contraria: ut quando ex calido fit frigidum. Terminus ad quē, eſt forma ad quam progreditur finitur'q; motus: ut generationis terminus ad quem, eſt ipſa forma, quæ adquiritur per generationem. Corruptionis uerò eſt priuatio & non eſſe rei præexſiſtentis. Item motus omnis eſt continuus, habens principium, medium, & finē: ac ideò ſi interrumperetur antequam ad finem peruenerit, nō unus, ſed plures ſunt motus: ut ſi quis de gradibus decidens, in medio aliquo gradu, priuſquàm in terram deuenerit, quieſcat paululū, ille motus non eſt unus, ſed plures. Ad hæc motus alius eſt per ſe & proprius, ut cùm corpus mobile mouetur: alius per accidens, quo aliquid mouetur non proprio, ſed alieno motu. atque hoc fit dupliciter: primò, moto corpore mouetur & forma accidentaria; ut animali moriente, perit & ſanitas, humor, calor, ſpiritus uitalis, tota denique complexio, quæ erat in corpore uiuo: item eunte homine, moue-

tur etiam albedo, longitudo, habituſq; hominis. Secundò, pars mouetur ad motum totius: ut caput, manus, pedes, corpore cadente mouentur. Porrò ſpecies motus enumerātur ſex: generatio, corruptio, augmentatio, diminutio, alteratio, latio. Generatio eſt mutatio materię à forma ſubſtantiali priſtina, in aliam formam ſubſtātialem. ita pomi generatio eſt progreſſus germinis, id eſt materiæ, ad pomum, id eſt ad formam ſubſtantialem. Corruptio eſt amiſſio formæ ſubſtantialis, quæ priùs materiæ inerat; ſed nūc eidem non ineſt: ut homo morte corrumpitur, & formam, quæ materiæ inerat, amittit, induitq; materia nouam formam, cadaueris uidelicet. Corruptio enim unius, eſt generatio alterius. & contrà: generatio unius eſt corruptio alterius. ſic corruptio hominis, eſt generatio cadaueris: generatio pulli, eſt corruptio oui. Generatio itaq; & corruptio ſunt in prædicamento ſubſtantiæ. Alteratio propriè eſt mutatio & progreſſus à qualitate ſenſibili, in aliā ſenſibilem qualitatē contrariam aut mediam: ut ſi ex albo nigrum aut flauum, ex dulci amarum, è molli durum, ex frigido calidum, manente eodem ſubiecto corpore, fiat. Impropriè etiā altera-

Species motus.

Generatio.

Corruptio.

Alteratio

alteratio dicitur, cùm quælibet qualitas mutatur: ut cùm ex iniuſto fit iuſtus, ex indocto doctus. Augmentatio eſt mutatio de minore quantitate, in maiorem quantitatē: ut ſi cubitale excreſcat in bicubitale: & propriè augmētatio eſt in corporibus animatis, ſicùt & diminutio. Diminutio eſt mutatio de maiore quātitate in minorem, manente eodem ſubiecto, corpore mutato. Latio eſt motus de uno loco in alium locum. Sic cœlum fertur ab oriente in occidentem; angelus à cœlo in terras. Atq; hic motus triplex eſt, ſcilicet naturalis ſine fatigatione: quia principium ſuum à natura ſua intrà ſe habet; ſic ignis ſurſum, lapis deorſum fertur. Animalis, qui fit ab ipſa anima in corpore animato. Violentus cum fatigatione, cuius agēdi principium extrinſecus accidit: ut cùm lapis ſurſum proijcitur. Quies autem eſt ceſſatio & abſentia ipſius motus in eo ſubiecto, cuius habilitas potentiaq; eſt ut moueatur, & tamen non mouetur actu: ſic faber ceſſans ab opere dicitur quieſcere, item ouum quandiu manet ouum, &c.

Augmentatio. Diminutio. Latio. Quies.

De infinito, loco, uacuo, & tempore.
Caput VII.

Infinitum, locus, uacuum, & tempus, ſunt circunſtantiæ quædam motus: ideo breuiter eorum finitiones ſubijciemus. Infinitum eſt, cuius quantitatem accipiens, ſemper aliquid ultra accipit: hoc eſt, Infinitum eſt res, cuius quantitatem ſi quis demetiri aut numerare uellet, tamen ſemper inuenit aliquid eius quod ſuperſit. Tale autem infinitum actu nullum eſt in rerum natura, pręter ſolum Deum infinitum & immenſum. Potentia tamē & adpoſitione numerus eſt infinitus. quantumlibet eñ ſit magnus, ſemper unius unitatis adiunctione poteſt fieri maior. Eodem modo quantitas continua diuiſione ſecundùm partes proportionales eſt infinita. Diuidendo enim nunquàm deuenitur ad ultimā diuiſionem. Locus eſt ultima atq; interior ſuperficies concaua corporis continentis locatum in ſe: quæ quantum ad loci rationem attinet, ſit immobilis. ſic aëris aut aquæ ſuperficies concaua ambiens, atq; circunſtans animal, eſt locus animalis. ſic ſuperficies interior uaſis, eſt aquæ, uini, olei, &c. locus. Quòd locus ſit immobilis, id intellige, per ſe: nam per accidens mouetur. Eſt eñ locus ſuperficies interior, ut iam diximus, corporis continentis locatū:

Infinitum

Locus

ſuper-

ſuperficies autem accidens eſt,quia in prædicamento quantitatis: accidentia autem non per ſe,id eſt,motu ſuo mouentur,ſed per accidens,id eſt alieno motu,uidelicet ſubiecti,cui inhærent. Vacuum eſt locus orbatus corpore, uel in quo nullum eſt corpus, habilis tamen ad ſuſcipiendum corpus. Verùm uacuū impoſſibile eſt in rerum natura exſiſtere. uulgus tamen loca uel uaſa dicit uacua, in qbus tantū aër ineſt. Tempus eſt numerus & menſura motus per prius & poſterius. per Numerum intellige non quantitatem diſcretam,ſed diſcrimen ſpacij prioris & poſterioris. per Prius,id eſt præteritum tempus, terminum, uidelicet à quo. per Poſterius, id eſt futurū, terminum ad quem. Eſt aūt triplex tempus: Prçteritum,quod fuit,& nunc non eſt: Futurum,quod erit,necdū eſt: Prçſens, q̊d eſt finis præteriti, & initiū futuri, hocq; uocāt Ipſum nunc. Atq; hactenus ſatis,ut opinor, quantū ad primam puerorum inſtitutionem attinet, de rerum principijs, eorumq; circunſtantijs dictum eſt: plura ēm̄ qui deſiderat, ea uel ab Ariſtotele ipſo,uel ex Veltkirchij in Phyſicā Ariſtotelis cōmentarijs petat,q iuſtis uolumīnibus talia ſunt proſecuti.

Vacuum.

Tempus.

Finis primi libri.

DE MVNDO ET EIVS PARTIbus, Liber ſecundus.

De mundi definitione & diuiſione.
Caput I.

Mundus. MVndus nomen habet ab ornatu & pulchritudine: gręcè κόσμος dicitur. Eſt autē mundus corporea ſubſtantia, cœlum, & quidquid eius ambitu continetur, complectens. Hunc Ariſtotelici nunq̃ incepiſſe, neq; deſiturum unquam opinantur. Sunt & qui ex chao, id eſt ex rudi atque informi mole, ſeu materia prima eum factum fingunt. Sacræ uerò literæ mundum cum omnibus partibus teſtantur à Deo creatum eſſe ad ipſius gloriam, & hominum utilitatem. Cæterùm mundi uniuerſi, omniumq́; partium principalium forma eſt orbicularis & ſphærica: cum quia orbicularis eſt figura omnium nobiliſſima, quę meritò nobiliſſimo corpori, mundo uidelicet, conuenit: tum quia aliâs

ſphæræ

ſphæræ uerti non poſſent circulariter, niſi uacuum admittatur, quod planè eſt inconueniens, contraq́; naturam. Partes mundi præcipuæ ſunt duæ, ætherea ſcilicet & elementaris: illa undecim habet partes, quas cœlos ſeu ſphæras uocant: hæc quatuor, quæ dicuntur elementa. In quibus omnibus ſuperius corpus omni ex parte ſua peripheria circundat inferius.

SEQVITVR FIGVRA.


Cœlum Empyreum.
Coelum decimum, ſiue primum mobile.
Coelum decimum, ſiue Cryſtallinum, ſiue nona ſphæra.
Coelum octauum, Stellatum, Græcè ἀπλανής

Cicero autem, & philoſophi ante eum, tantùm octo ſphæras numerabant, & hi putabāt octauam eſſe primum mobile. Recentiores uerò certis rationibus deprehenderunt, ultra octauā duas alias ſphæras mobiles eſſe. Cuiuſuis enim corporis ſimplicis unicus eſt motus per ſe: quòd ſi pluribus moueatur motibus, unum habet per ſe, alios per accidens. Item ſuperior ſphęra mouet inferiorem, non contrà. Animaduerterūt autem, octauā ſphæram tribus moueri motibus. Nam pręter motum ab oriente in occidentem, experientia didicerunt, eam etiam ab occidente in orientē tendere, & à ſeptentrione in meridiem. Neceſſe igitur eſt duas ſupra octauam ſphæras eſſe mobiles, à quibus duos acciperet motus, tertium uerò haberet ſibi proprium. Porrò theologi docēt aliud ſupra decimum eſſe cœlum omnis motus expers, quod empyreum, id eſt igneum nominatur, à nimio ſplendore, ſêdes Dei, & omnium beatorum: extra quod planè nihil eſt. Atq; in hoc cœlum diuus Paulus raptus erat, 2. Corinth. 11. Sacræ enim literæ tres cœlos ſtatuunt, quos Moſes per tabernaculum ſignificauit, illud in tres partes diuidens. Prima pars erat omnium ſacratiſſi

ma, quę Sancta ſanctorum appellatur, in qua erat Cherubin. hæc deſignat ſupercœleſtem mũdum, habitaculum beatorum: ante quam partem uelum templi pendebat, quod tempore paſſionis Chriſti ſciſſum eſt in duas partes. Nam per Chriſti mortem eſt nobis reſerata uia ad ſupercœleſtem mundum, ad angelorum conſortium, quæ priùs occluſa erat ob peccatum Adæ. Secunda pars, quę Sancta dicitur, tota auri ſplendore fulgebat, quã candelabrum illuminabat ſeptem lucernis diſtinctum. quæ ſignificat cœleſtem mundum: uidelicet primum mobile, cœlum aqueum, ſtellatum: ſeptem lucernæ ſeptem planetas denotant. Tertia pars nullo erat defenſa tecto uel umbraculo, imbribus, niui, ſolibus, calori, frigoriq́; expoſita, eratq́; hominibus & brutis communis: atq; ob ſacrificia, iugesq́; immolationes, uitæ & mortis perpetua uiciſſitudo. hæc ſublunaris mundi repræſentat imaginẽ, in quo nihil diuturnum aut æternum eſt: ſed omnia morti atq; corruptioni obnoxia.

De cœlo & ſphæra. *Caput* II.

Cœlum. COElum eſt corpus ſimplex ſphęricum, perpetuò mobile. Hoc autem neq; generabile

rabile eſt, neq; corruptibile,nec calidum, nec frigidum, nec coloratum, nec ullam qualitatem habet,quæ ex qualitatibus elementorum conflatur. Verùm quòd aëre ſereno cœruleus color ubiq; apparet in cœlo,hæc eſt ratio: Luteus color uiridi admiſtus, facit cœruleũ. Sed luteus quaſi color progreditur à lumine Solis,Lunæ,atq; ſtellarũ: uiridis uerò eſt proprius &natiuus oculorum.Hi itaq; miſti glaucum aut cœruleum efficiunt colorẽ apparere. Porrò cœli motus eſt perpetuus ſine fatigatione ac labore,& eſt æqualis,nec intenditur unquàm,nec remittitur. Hunc motũ Pythagoras,& poſt eum Plato, Cicero, & Macrobius, concentum & harmoniam excitare credebant. Quòd autem is ſonitus non audiatur, in cauſa eſſe dicebant incredibilem concentus ſuauitatem, qua aurium ſenſus ſopitus eſt: déinde quòd à natali die adſuefacti ſimus, ac ideo non audiamus: tertiò,q; tanta ſit eius magnitudo,ut aurium anguſtiæ non capiant. Sic & in Iob legitur: Quis enarrabit cœlorũ rationem, & concentum cœli quis dormire faciet? Hæc tamen Ariſtoteli uidentur abſurda. Cauſa autem efficiens motus cœleſtis eſt ipſa Dei uoluntas. Secundùm Peripateticos

Cœli concentus.

uerò eſt Deus, quem primum motorem uocant, perpetuò mouens & impellens, ſupremum mobile, cui eum inſidere & incumbere putabant. Deinde ſingulis ſphæris dicebãt inſidere ſpiritus, quos dęmonas ſiue intelligentias nominabant, mouentes quiſq; ſuam ſphęram. Porrò dextrum in cœlo eſt oriens, undè uidelicet aſtra oriuntur: ſiniſtrum uerò occidens. Item polus antarcticus eſt ſurſum in cœlo, arcticus uerò deorſum. Sunt qui dicũt arcticum eſſe dextrũ cœli, antarcticum ſiniſtrum. Sic Lucanus:

Dextrum ac ſiniſtrũ cœli.

Ignotum uobis Arabes ueniſtis in orbem,
Vmbras mirati nemorum non ire ſiniſtras.

Id eſt, uerſùs Auſtrum ſiue meridiem. Loquitur de militibus ex Aphrica in Italiã digreſſis. Sphæra ſolidum eſt corpus, una ſuperficie contentũ, in cuius meditullio punctum imaginamur, quod centrũ dicimus, à quo omnes lineæ ad peripheriam ductæ ſunt æquales. Sphęra duplex eſt: Recta, ubi uterq; polus horizonta contingit, ut ſub æquatore: & obliqua, in qua alter mundi polus altero ſublimior eſt, ut ultra citràq; æquatorē. Poli duo ſunt, qui & cardines aut uertices dicuntur. Vnus dicitur polus arcticus, nobis ſemper

Sphæra.

Poli.

conſpi-

conſpicuus, ab arctis duabus, id eſt, urſis. Alter huic oppoſitus antarcticus ſiue auſtrinus, ſub terra latens. A polo autem arctico, ad polum antarcticũ, Mathematici lineam rectam per medium mundi & terræ centrum ductã fingunt, circa quam mundus uertitur. Eam lineam axem mundi uocant. Hæc linea unâ cũ polis mundi immobilis eſt. Axis mundi.

De primo mobili, & nouo cœlo.

Caput III.

SVb cœlo empyreo eſt decimum cœlum, ſiue primum mobile, cuius motus unicus eſt, ſuper polis mundi ab ortu in occaſum, & hinc rurſum in ortum, quem quotidiè conficit ſpacio uiginti quatuor horarum. Hic motus ſecum rapit omnes alias ſphæras inferiores, quæ tamen & proprium motum habent ſuper polis Zodiaci ab occidente in orientẽ, qui dicitur motus obliquus. Quô autẽ orbis eſt ſuperior, eô uelociùs mouetur motu primi mobilis, & tardiùs motu proprio. Quô autem eſt inferior, eô mouetur uelociùs motu proprio ab occidente in orientem, & tardiùs motu diurno. Cœlum nonum ſiue aqueum, uel criſtallinũ, duos habet motus: alterum com- Primum mobile. Cœlũ criſtallinum

munem

munem cum primo mobili:alterum proprium ab occidente in orientem, qui motus perficitur quadraginta nouem milium annorũ ſpacio. Quod tempus uocant magnum annũ Platonis, quo exacto omnia aſtra & ſphęræ redibunt in priſtinum ordinem. Hoc autem cœlum etiam proprio ſuo motu rapit ſecum octauam ſphęram, & omnes auges planetarum, præterquàm lunæ. Sunt quoq; qui per aquas, quæ ſupra cœlos ſunt, Pſalmo 148. intelligãt hoc cœlum. Sic Gen. 1. Diuiſit aquas, quæ erant ſub firmamento, ab hijs, quæ erant ſuper firmamentum, atq; ſuper has aquas ferebatur, ſeu (ut ueritas Hebraica habet) incubabat ſpiritus Domini.

Annus Platonis.

De octauo cœlo & ſtellis. *Cap.* IIII.

Firmamẽtum.

IN octauo cœlo, quod alij firmamentum uocant, omnes ſtellæ, præter ſeptem errãtes, continentur. Hoc tres habet motus, ut dictum eſt. Primum ab oriente in occidentem: Secundum à nono orbe, ab occaſu in ortum: Tertium proprium, quẽ acceſſus receſſusq;, aut trepidationis motum uocant. Hic motus ſtellas à meridie in ſeptentrionẽ, & ab Aquilone in Auſtrum trahit. Abſoluit autem hũc

motũ

motum in ſeptem annorũ milibus. Sed quia in hac ſphęra ſtellas ferè omnes eſſe diximus, quædam in genere de ſtellis ſubijcere uolumus. Eſt igitur ſtella denſior pars ſui orbis, lumen à ſole recipiens. Aliæ autem partes orbium, propter nimiam raritatem & tranſparentiam non recipiunt lumen. Quælibet uerò ſtella uiſui obiecta, eſt maior quàm terra, præter Venerem, Mercurium, & Lunã. Porrò ſtellæ uidentur noctu, uel ſub crepuſculũ tantùm: quia magno illo Solis lumine interdiu obfuſcatur minus lumen ſtellarum. Figura omnium eſt rotunda, & mouentur ad motum ſphęrę ſuæ, neq; tremunt aut ſcintillant. Quòd autem quædam uidentur ſcintillare, in cauſa eſt nimia diſtantia uiſus noſtri à ſtellis, atq; hinc tremit uiſus, non ſtellæ. Item ſtellæ aliæ ſunt fixæ, ut ſunt omnes quæ in octaua ſphęra ſunt ſitæ: quia eodem ſemper ſpacio à ſe inuicèm diſtant. Illarũ pręcipuè ſunt, ut Mathematici obſeruauerũt, mille & uiginti duæ. Aliæ ſeptem, planetæ, id eſt, uagæ ſiue erroneæ uocantur, ut Saturnus, Mars, & cæt. quia mouentur nunc ad meridiem, nũc ad ſeptentrionem, nunc ad orientem, uel occidentem, aliquando propinqui, aliquando oppoſiti inuicèm.

uicem. Differt autē ſidus & ſtella: Sidus ſiue ſignum, græcè aſtrum, eſt effigies animalium, aliarum'ue rerum in cœlo, ex pluribus conſtans ſtellis: ut Leo, Virgo, &c. Stella unica ac ſingularis eſt: ut ſtella Veneris, Mercurij. Item ſiderum exortus triplex eſt, Matutinus, qui à Græcis κοσμικὸς dicitur, quando aſtrum manè cum Sole oritur. de hoc Vergi.

Sidus & ſtella differunt.

Exortus ſiderũ triplex.

Candidus auratis aperit cùm cornibus annum
Taurus, & aduerſo cedens canis occidit aſtro.

Veſpertinus ſiue χρονικὸς, cùm ſidus ueſperì Sole occidente exoritur. ut apud Ouidium:

Quattuor autumnos Pleïas orta facit.

Et Heliacus, quando ſtella poſt Solis occaſum tanto ab eo ſpacio abeſt, ut cerni poſſit. ſic Poëta:

Ite domum ſaturæ, uenit heſperus, ite capellæ.

Eodem modo triplicē faciunt occaſum: Matutinum, cùm ſtellę Solis ortu óccidũt. Verg.

Multæ ante occaſum Maiæ cœpêre, ſed illos
Expectata ſeges uanis eluſit ariſtis.

Veſpertinum, quando ueſperì cum Sole ócci dunt, ut Vergiliæ in Vere. Heliacũ, cùm propter acceſſum Solis ſtella uideri deſinit. Sic aries circa uernum æquinoctium óccidit.

De circulis octauæ ſphæræ. Cap. V.

Mathe-

MAthematici duplices in cœlo circulos imaginantur, maiores & minores. Maiores, qui totam ſphęram in duas partes æquales diuidũt: Minores, qui partes inęquales. Maiores circuli ſex ſunt: æquinoctialis, zodiacus, colurus æquinoctiorum, colurus ſolſtitiorũ, circulus meridianus, & horizon. Aequinoctialis, qui & ęquator dicitur, eſt cuius partes omnes æquo ſpacio ab utroq; polo mundi diſtant. Dicitur autem æquinoctialis, quia cùm ſol eſt ſub eo, facit ubiq; gentium diem nocti æqualem. Zodiacus ab animaliũ effigie Græcis dicitur: Latinè à ſignis, in quæ diuiditur, ſignifer: uel ab obliquitate, circulus obliquus nominatur. Secat ſphęram & æquatorem in alias partes æquales. Vna pars uerſùs ſeptentrionem, altera uerſùs auſtrum declinat. Sub hoc circulo ſtellæ errantes feruntur. Diuiditur in duodecim partes æquales, quæ Signa uocantur, & ſunt: Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Piſces. Vnumquodq; uerò ſignum triginta gradus: Gradus ſexaginta minuta: Minutum 60. ſecunda: Secundum 60. tertia, & ſic deinceps ad decima uſq; diuiditur. Simili etiam modo

Aequinoctialis.

Zodiacus

reliqui

reliqui maiores circuli diuidũtur in quatuor quadrantes. Quadrans in nonaginta gradus. Gradus rurſus ut prius. Inter omnes uerò circulos ſolus zodiacus habet latitudinem, quæ eſt duodecim graduum. Hanc latitudinem linea diuidit, quam eclipticam uocant. Nam quando Sol & Luna coniũguntur ſub illa linea, Solis: quando opponuntur, Lunæ fit eclipſis. Vocatur eadem linea uia Solis, quia Sol nunquam ab ea digreditur: reliqui planetę ſępè. Coluri duo ſunt circuli per polos mundi protracti, ſphærã ipſam & ſe inuicèm in duo æqualia ſecãtes. Horum alter tranſit per principia Cancri & Capricorni, diciturq́; Colurus ſolſtitiorũ: quia cùm Sol hũc circulum attingit, intrans Cancrum, fit ſolſtitium æſtiuum: quando uerò ex parte altera Sol ad hunc circulum denenerit in principio Capricorni, eſt ſolſtitium hyemale. Alter colurus per principia Arietis & Libræ tranſit, & uocatur Colurus æquinoctiorum. Sol enim conſtitutus in hoc circulo in principio Arietis, eſt uernale æquinoctium: in principio Libræ, autumnale. Circulus meridianus dicitur, qui per polos mundi & punctum uerticis cuiuſcunq; regionis ducitur: in quem cùm Sol inciderit ſupra

Linea ecliptica.

Colurus ſolſtitiorũ.

Colurus æquinoctiorum.

pra Horizonta, meridiem: infra, mediam noctem efficit. Punctũ uerticis, quod Zenit adpellant, eſt quod ſecundùm perpendiculũ alicui loco in cœlis ſupraponitur, quod'que æquali interuallo ab omni parte horizontis diſſidet. Punctus per diametrum huic oppoſitus Nadir dicitur. Horizon grȩcè, Finitor latinè, eſt circulus, qui dirimit conſpectã cœli partem ab inconſpecta: media nanq; cœli pars tantùm uidetur. Eſt autem duplex horizon: Rectus, qui æquales angulos cum ȩquatore conſtituit: Obliquus, qui inæquales efficit. Qui uerò talem habẽt, eis Sol & alia aſtra obliquo aſcendunt & deſcendunt motu. **Zenit.** **Nadir.** **Horizon.**

De minoribus circulis, & quinque zonis.
Caput VI.

MInores circuli quatuor ſunt: duo polares dicunt: eô quòd circùm polos mundi per polos zodiaci ducantur, ſic dicti. Vicinus polo arctico, Arcticus dicitur: alter Antarcticus. Reliqui duo Tropici uocantur. Alter Cancri tropicus, alter Capricorni. Illũ Sol raptu primi mobilis deſcribit exſiſtens in principio Cancri. Hunc idem Sol in principio Capricorni deſcribit. Hij duo circuli li- **Arcticus.** **Antarcticus.** **Tropicus Cancri.** **Tropicus Capricorni.**

 mites

mites Solis ſunt, quos nunquam tranſcendit. Item quatuor circuli minores, quinq; ſpacia in ſuperficie cœli & terræ diſtinguunt, quæ zonas uocãt. Duę extremę circulis polaribus interclusæ, ob perpetuam frigiditatem non ſunt habitabiles. Mediam inter duos tropicos interclusam, ſimiliter ob intemperatum Solis ardorem antiqui non habitabilem cenſuêre. Verùm noſtræ ætatis ſcriptores habitabilem experientia comperierũt. Reliquæ aũt duæ zonæ inter polares circulos & tropicos interceptę, habitabiles ſunt ob aëris temperiẽ.

Zonę quinque.

De ſeptem Planetis, & eclipſi Solis & Lunæ. *Caput* VII.

Planetæ.

PLanetæ quotidiè cum mobili uertuntur, ab ortu in occaſum: pręter quem motum alium habent aduerſum huic ab occaſu in ortum, quem Iupiter annis duodecim, Mars duobus, Sol trecẽtis ſexaginta quinq; diebus, & ferè ſex horis, Venus & Mercurius ſimiliter, Luna uiginti ſeptem diebus & octo horis abſoluit. Veneris ſtella ſemper comitatur Solem, nec unquam (authore Cicerone) à Sole longiùs abeſt duorum ſignorum interuallo. Matutino tempore Solem pręcedit, & Lucifer

Lucifer. Heſperus.

cifer dicitur: Veſpertino tempore ſequitur Solem, & appellatur Heſperus, ſiue Veſper. Sortiuntur planetæ cognomina quædam à qualitatibus, non quaſi habeant eas, ſed quòd efficiant & ſuppeditent. Sic Saturnus candidus eſt, frigidus, & ſiccus, generans melancholiã, retinet coaugmentatq; corpus, & contemplationis donum miniſtrat. Iupiter clarus, calidus & humidus, ſanguineam complexionẽ ſuppeditans, adfert calidum ſpiritale & animale, uocatur ſalutare & benignum ſidus. Mars igneus, calidus & ſiccus, cholericę complexioni præeſt, adfert calidum feruens, & ſubigit coaugmẽtatq; materiam, ac animi magnitudinẽ præbet. Sol anima & oculus mundi dicitur, dator uitæ, calidus & ſiccus, miniſtrat calidum ſeminale, amplior terra centies ſexagies ſexies. Venus candens, calida & humida, adfert humidum uitale & fœcundum. Mercurius radians, & eius planetę naturam adſumit cui adiungitur, cum bono bonus, cũ malo malus eſt, adiuuat pronunciandi, interpretandiq; ſolertiam, ſubminiſtrat uim commiſcendi & applicandi uirtutes & qualitates uitales. Luna frigida & humida præeſt phlegmaticæ complexioni, adfert humidum ele-

Lucifer. Heſperus. Saturnus. Iupiter. Mars. Sol. Venus. Mercurius.

mentale ſimplex. Dimidium tantùm eius illuſtratur à Sole. ſic quando nobis ſeſe plena offert, pars illa, quæ cœlo obuertitur, eſt obſcura: & quãdo nobis nulla cernitur, tum cœlum uerſùs eſt plena. Eſt autem terra maior Luna tricies nouies. Cæterùm eclipſis Lunæ fit quando terra in plenilunio inter Solem Lunamq́ꝫ ſecundùm diametrũ locatur. Vmbra enim terræ tum impedit, ut Luna nõ poſſit lumen à Sole recipere. Quòd aũt per hanc umbram cæteręſtellę non eclipſantur, in cauſa eſt, qa ſol longè maior terra eſt. hinc fit ut umbra terræ ſit pyramidalis, nec ultra Lunæ ſphæram protendatur. Solis uerò eclipſis eſt, quando Luna in coitu aut interlunio inter Solem aſpectumq́ꝫ noſtrum ſecundùm diametrum ponitur. Porrò quum Lunæ globus ſit admodũ exiguus reſpectu globi ſolaris: eclipſis ſolaris uniuerſalis eſſe non poteſt, neque ubiqꝫ locorum cernitur.

Eclipſis lunæ.

Eclipſis Solis.

De elementis. *Caput* VIII.

Elementũ

ELementum eſt principium corporeum ſimplex, ex quo corpora mixta componuntur primò, quodq́ꝫ in partes diuerſæ ſpeciei diuidi nequit. Et ſunt quatuor: ignis, aër, aqua, terra. Dicitur in definitione, Corporeũ prin-

cipium: ad differẽtiam primorum principiorum, materiæ ſcilicet, formæ, & priuationis, quæ per ſe non ſunt corpus. ſunt enim elemẽta ſolùm principia ſecundaria, & habent prima principia in ſe ipſis priora, nempe materiam, formam, & per accidens priuationem. Sequitur deinde in definitione, Ex quo componuntur mixta primò: ad differentiã membrorum, quæ partes ſunt ſecundariæ. nam corpus primò omnium fit ex elementis, non ex membris ſuis. Additur quoq;, Elementa nõ poſſe diuidi in partes diuerſæ ſpeciei. quælibet enim pars aquæ, aqua eſt, &c. Sed reliqua corpora compoſita, in elementa ſpecie differentia diuiduntur. Item figura omnium elementorum eſt ſphærica. aqua tamen cũ terra ſimul unum corpus ſphæricum conſtituunt, prouidente id naturæ opifice Deo, qui humanæ potiſſimùm conſulens commoditati, fecit aliqua parte terrã eminere, alia aquam. Cæterùm motus elementorum naturalis eſt rectus, non circularis. Sic leuia, ignis uidelicet & aër, ſurſum: grauia, ut aqua & terra, deorſum mouentur. Quòd autem ignis & ſuprema aëris regio circunuoluuntur circulariter, non eſt naturalis motus, ſed uiolẽtus &

 alienus.

alienus. quia à ſphęra lunæ rapiuntur ab oriente in occidentem, & hinc rurſum in orientem. Neque illud prætereundum, uix ullum elementum depræhendi purum, & quod nõ ſit alienis partibus admixtis inquinatum. Sic Aër uaporibus, & nebulis, & halitibus eſt cõmixtus: Aqua turbatur terreſtri & fœculenta materia: Terra quoq; alijs elementis permixta eſt. Item elementa inuicèm tranſmutantur, uerùm non ſecundùm ſe tota, ſed ſecundùm partes ſolùm: ac in tali tranſmutatione generantur ex una parte terræ per rarefactionem decem aquæ partes, ut aiunt, & centum aëris, & mille ignis. Et contrà: ſi ex parte ignis per condẽſationem fieret aër, tum neceſſe eſſet ut illa pars decuplo minor fieret, ſi aqua centuplo, ſi terra millecuplo. Diximus autem, ex elementis fieri corpora mixta, ex quo oritur quæſtio inter philoſophos: An etiam poſt compoſitionẽ in mixtis actu elementa maneant? Ad quã breuiter reſpondendum: Elementa actu formaq́ȝ ſua non manere in compoſitis, ſed per potentiam ſolùm, alterata nimirum & religata ad alienam formam corporis mixti, ac qualitatibus elementorum adinuicèm temperatis.

De Igne & Aëre. Caput IX.

IGnis eſt elementum leuiſſimum, calidiſſimum, & ſiccum. Eſt autem ſupremum elementum, ſphærę́q; lunari proximè ſubiectũ: & quemadmodùm ſphæra lunæ circũambit totum ignem, ita ignis aëra, aër aquam & terram. Virtus eius eſt temperare in corporibus mixtis frigiditatem aquę terrǽq;, ne immodicè infrigidentur corpora, plus quàm ferat eorum temperatura, & coquere in eis, digerere, ac maturare incocta, indigeſta, immaturáq;. Laurentius Valla primo Dialectices, capite 2. contra Ariſtotelem & cæteros philoſophos nullis certis rationibus rixatur, Nullum eſſe elementum ignis inter lunam & aëra. Quòd autem quidam obijciunt: Si ſupra aëra ignis eſſet, ille uideretur ſereno cœlo: item, Si tãtus illic exſiſteret ignis, decupla nimirum proportione aërem excedẽs, ille adureret hæc inferiora: his paucis reſpondendũ: Ignem elementarem nullum habere colorẽ, nec eſſe lucidum, ſed decuplo eſſe rariorem aëre etiam puro, & nullo uento commiſto. Et ſi ullum elementum purum eſt (teſte Philoſopho) creditur eſſe ignis, utpote cœlo proximum, ubi difficilius eſt fieri ullam commi- Ignis.

ſtionem. Quòd ſi igitur aër decuplo denſior, non poteſt terminare uiſum noſtrum, ſed eſt διαφανὴσ, id eſt tranſparẽs & perſpicuus: quãtò minus ignis decuplo rarior. Nec uerendũ eſt, ne ignis urat hæc inferiora. Eius enim efficacia à pluribus reprimitur, utpote à frigiditate Saturni & Lunæ, ab humiditate aëris, à frigiditate aquæ, terræ, & mediæ regionis aëris. Porrò ille ignis, quo nos utimur, non eſt elementum, ſed commixtus eſt uiſcoſitati & pinguedini terreſtri, qua alitur & fouetur, & conſumit uſta, & deficiente materia tandem euaneſcit. Ignis uerò elementaris non conſumit, ſed eſt cauſa efficiens conſeruationis & eſſentiæ, nec indiget nutrimento quo foueatur, non minùs quàm aër aut aqua. Aër eſt elementum calidum & humidum, complens omnem locum non repletum alio corpore. Habet tres regiões: Prima & ſuprema eſt calida & ſicca: Media frigida & humida: Infima, in qua nos ſpiramus, eſt modò calida propter reflexionem radiorum Solis, modò frigida propter uicinitatẽ aquæ & terræ frigidæ, prout Sol accedit uel recedit. Virtus aëris eſt adferre corporibus mixtis raritatem, leuitatem, & ſubtilitatem, ut ſint penetrabilia, & aper-

Aer.

ta humoribus & refrigerationi, utq́ facilè agitentur & leuentur, ne ſegnitie & torpore torpeant. Temperat quoque humiditate ſua ardorem cordis, aliorumq́ membrorum calidorum.

De Aqua & Terra. *Cap.* X.

AQua eſt elementum frigidum & humidum. Eſt autem aqua longè altior & excelſior quàm terra: quod adparet nauigantibus à terra in altũ mare. tum enim depreſſior atq́ humilior fieri uidetur terra, quoad tota euaneſcit. Virtus aquæ in mixtis corporibus eſt, ut mollificet corpora ad ſuſcipiendam figuram naturalem uel accidentariam, & ſua frigiditate temperet calorem ignis & aëris. Terra eſt elemẽtum frigidum & ſiccũ. eſtq́ ſphęricæ figuræ: quod probatur ex umbra terræ in eclipſi lunari, quæ eſt ſphærica. corpus autem tale eſt, qualis eſt eius umbra, nec impedit rotunditatem inæqualitas montium & conuallium. quia iſtę partes inæquales collatæ ad totam terram, adferunt minimum momentum, nec ullius æſtimationis. Item terra eſt immobilis, & centrum mundi, ad quod omnia grauia mouentur, adeò ut ſi

Aqua.

Terra.

terra per medium eſſet perforata, lapis in eam foſſam deiectus, in medio terræ quieſceret. Virtus eius eſt in corporibus mixtis tẽperare ſua ſiccitate humiditatẽ aquę, ut eô durabiliùs cohæreãt corpora. Diuidiť in Aſiã, Aphricã, & Europã. de quibus uide Coſmographos.

De *qualitatibus primis & ſecũdis.* Cap. XI.

Qualitas primæ — QValitates primæ ſunt uirtutes elementorum, & ſunt quatuor: calidũ, frigidũ, humidum, ſiccum. Dicuntur aũt primę eô, q secundę naſcunť ac proueniunt ex cõmixtione actioneq́ꝫ primaꝝ. Calidũ eſt qualitas prima, congregans homogenia, & diſgregans

Calidum. — heterogenia: ut calidũ in igni congregat aurũ cũ auro, argentũ cum argento, & ſeparat ferrum ab auro. Quandoq; tamẽ pro natura materię patientis qualitatẽ, caliditas diſgregat homogenia: ut calidũ reſoluit niuem, cerã, plũbum, atq; alia liqueſcentia. Sic etiã qñq; congregat & condẽſat heterogenia propter naturam materię ipſoꝝ: ſic calor condenſat & colligit unà lutũ, ſtramina, paleas, &c. Homoge-

Homogenia. — nia aũt ſunt, quoꝝ partes ſunt eiuſdẽ ſpeciei ac noĩs cum ſuo toto: ut quælibet pars auri aurũ

Heterogenia. — eſt, aquę aqua, &c. Heterogenia ſunt, quoꝝ partes ſunt diuerſæ ſpeciei ac noĩs cũ toto: ut nõ quęlibet pars hoĩs homo eſt, nõ pars arboris

arbor eſt. Frigidũ eſt qualitas prima congre- gans homogenia & heterogenia pariter: ut frigus cõgregat & cõdenſat aurũ cũ auro, & argentũ cũ argẽto. Alquãdo propter diuerſitatẽ materiæ frigidũ diſſoluit homogenia: ut frigus nimiũ diſſipat uitrũ. Humidũ eſt, q̊d difficulter termino ſuo, facilè aũt termino alieno continetᷣ: ut aqua, aër. Siccũ eſt q̊d facilè termino ſuo, difficulter uerò termino alieno cõtinetur: ut lapis, lutũ. Terminus hîc eſt ſuperficies corporis extrema. Sicci itaq; partes quia ſimul ſunt cõdenſatę, facilè connectunᷣ intrà ſuperficiẽ ꝓpriã ſui corporis, neq; diffluũt ſine mutatiõe totius: ut ligna, lapides, aĩalia. Vnde colligitur, terrã eſſe magis ſiccã, q̃ ignẽ. quia ignis faciliùs dilataᷣ & extẽdiᷣ, q̃ terra, nec tñ eſt fluxilis ſicut aër et aqua. Humidũ uerò dilatat ſe, & diffluit ſuꝑficie latiori, qñ nõ continetᷣ alieno termino. ſic uinũ ſi nõ retineaᷣ uaſe, uitreo'ue difflueret q̃ poſſet latiſſimè. Ex q̊ colligũt philoſophi aëra eſſe humidiorẽ aqua; qa hęc facili⁹ cõtinetᷣ ſuꝑficie aliena, q̃ aër, q penetrat etiã minutiſſ. poros & rimulas corporis cõtinẽtis. Ex his primis qualitatib⁹ generãᷣ ſecũdę qualitates ſenſibiles: ut ab hũido fit lene, molle, lubricũ: à ſicco aſpeꝝ, durũ, aridũ, &c.

Frigidum

Humidũ.

Siccum.

Finis libri ſecundi.

DE METEO RIS. LIBER III.

Quid ſit Meteoron. *Caput I.*

DIctum eſt in præcedenti libro de corporibus ſimplicibus: nunc conſequenti ordine de corporibus ex elementis compoſitis dicetur: & primò de meteoris, quæ ſic uocantur Græcis à ſublimitate, Latini Impreſſiones nominant. quia plerunque in ſublimi, id eſt, in aëre imprimũtur, & impreſſę uidentur. Eſt autẽ meteoron corpus mixtum imperfectũ ex uapore aut exhalatione effectum, in aëre, uel terra apparere ſolitum. Dicitur imperfectum, uel propter ſubitam eius generationem, uel collatione reliquorum corporum mixtorum. Cauſa efficiens meteororũ corpora cœleſtia ſunt, quæ ſuis motibus, uirtute, influentijs attrahunt ſurſum ex terra & aqua uaporum & exhalationum ingentem multitudinem, ex qua proueniunt meteora. Vapores igitur & exhalationes ſunt eorum materia. Exhalatio eſt fumus calidus

Meteorõ.

Exhalatio.

calidus & ſiccus, inflammabilis, calore Solis è terra tepefacta in ſublime extractus, & propter leuitatem penetrat facilè mediam regionem aëris uſq; ad ſupremam. Vapor eſt fumus calidus & humidus, non inflammabilis, tum ex terra, tum ex aqua uirtute Solis in altum extractus. Terra enim apud nos habet plurimos poros, foramina, atq; meatus. Porrò ſub media ſiue torrida zona ſunt pauciſſima meteora, præſertim aquoſa, propter intentiſſimum calorem ex radijs ſolaribus ibi prouenientem, qui adurit & abſumit in illis terris omnes ferè fumos, antequam eleuentur. Sub zonis polaribus ſunt raræ pluuiæ, ignitæ impreſſiones rariores, propter frigus intenſum aſtringens & claudens fumos, ne radij ſolares ex longinquiſſimo accedentes eos poſſint ſupra terram extrahere: ſemper quoque illic terra & aqua congelata ſunt. Verùm ſub duabus zonis temperatis plurima meteora apparent: quia illic calor temperatus, calefaciens inferiora, extrahit uapores & exhalationes: ſed non eſt tamen calor adeò intenſus, ut poſſit abſumere tantam fumorum uim.

Vapor.

De impreßionibus, quæ in ſuprema aëris regione generantur. Caput II.

Supre-

Suprema aëris regio eſt calida & ſicca, ut ſuperiùs dictum eſt. In hac generantur ſolũ ignitę impreſſiones: ut cometa, galaxia, ignis perpendicularis, &c. Cometa aũt eſt congregatio multarũ ſtellarũ, neq; unus planetarũ, ut quidã dixerũt: ſed generatur in ſuprema aëris regione hũc in modum. Virtus Solis aliorumq; aſtrorum attrahit aliquando paulatim & particulatim ex uiſceribus terræ exhalationem craſſam, pinguem & uiſcoſam, calidam & ſiccam, in ſupremam aëris regionem, ubi ex motu atq; æſtu aëris inflammatur, & à coma Cometa uocatur. mouetur autem circulariter ad motum ſtellę ſub qua naſcitur, uel ad motum ſupremi aëris, & aduenientibus continuè alijs atq; alijs exhalatiõibus multũ diuq; nutritur. Durat igitur minimùm ſeptem dies: aliquando uerò quadraginta, aut eo plus.

Cometa.

Quòd ſi cometæ materia eſt in medio dẽſior, circa extrema rarior, uidetur tanq̃ crinitus, & uocatur Cometa comatus. Si uerò materia una parte denſior, reliqua in longũ protenſa rarior eſt, dicitur Caudatus. Sin autẽ extrema pars ſit rarior & quaſi diſperſa, fit Cometa barbatus. Apparet aũt plerũq; cometa in autumno, propter aëris temperiẽ. nimius eñ calor

lor ęſtatis conſumit materiam, frigus hyemis non ſinit eam extrahere. Galaxia ſiue lacteus circulus apparet ſingulis noctibus cœlo ſereno. Eſt autem albus, & quaſi lacteus circulus per pedes Geminorum & principium Sagittarij extra tropicos protenſus. Generatur uerò, iuxta mentem Ariſtotelis, ex exhalatione multa & pura, quæ uirtute multarum ſtellarum, ſub quibus conſpicitur, ſemper & continuê in ſupremam regionem aëris ad illum locum, in quo apparet, attrahitur, & illa exhalatio illuminatur & recipit album colorem ab aſtris, ſub quibus hæret. Maior uerò philoſophorũ pars adſerit, galaxiam eſſe partem cœli denſiorẽ ſtellis, & ideò luminoſiorem ac albicantẽ. Theophraſtus ait eam eſſe compagem, qua de duobus hemiſphærijs cœli ſphæra ſit ſolidata. Ouidius uerò ſic de lacteo circulo ſcribit:

Eſt uia ſublimis cœlo manifeſta ſereno,
Lactea nomen habet, candore notabilis ipſo.
Hàc iter eſt ſuperis ad magni tecta tonantis.

Ignis perpendicularis à figura nomen habet, quã repræſentat, ut & cęterę ignitę impreſſiones. Generatur autem, quando exhalatio incenſa eſt inæqualiter craſſa & ſubtilis, ſic ut craſſiores partes tanq̃ grauia in ima ſubſidũt, (Ignis perpẽdicularis.)

&

& ſe dilatãt, tenuiores uerò in acutũ feruntur. Si uerò materia eſt ęqualiter ſubtilis & craſſa: ea incenſa, figuram lanceæ ardentis refert, quam Plinius Trabẽ uel Bolida uocat. Sed ſi exhalatio fuerit æqualiter ſubtilis, quæq; ex ęquo extendi potuerit, ſuperiore parte incenſa, reddit formam candelę accenſæ. Sin uerò exhalatio æqualiter ſubtilis, quæ incenſa non queat ex ęquo extendi, habet lampadis figuram. Verùm ſi exhalatio ſit rara, diſcòntinua, & diſperſa, ut uno momento non omnes partes ſimul accendantur, fiunt ſtipulæ ardentes périnde ac ſi ſcintillæ è fornace euolent. Ariſtoteles ſtellas uolantes uocat, Plinius diſcurſum ſtellarum. Quædam autem ex dictis impreſſionibus etiam in inferioribus aëris regionibus euenire poſſunt, ſed rarò.

Lancea ardens.

Candela accenſa.

Lampas.

Stipulę ardentes.

Stellę uolantes.

De ignitis meteoris, quæ in media & infima aëris regione generantur. *Cap.* III.

Exhalatio aliquando propter debilitatẽ ad ſupremam regionem aëris aſcendere non poteſt: ſed repellitur deorſum à frigore mediæ, & in his inferioribus per antiperiſtaſin calidi ſui, & frigoris circũſiſtantis, atq; ex motu aëris accenditur. Hinc itaq; alia ignita proueniunt meteora: ut ſunt quæ ſequuntur.

tur Stella cadens fit, quando exhalatio nõ ita denſa circa mediã regionem aẽris accẽditur, atq; à frigore eius depellitur, cadens aliquando rectà deorſum, aliquando indirectè ad latus, relinquens quandoq; imaginem ſtellæ anguloſæ, donec penitus abſumatur. Draco uolans generatur, quando exhalatio magna & inæqualis inter duas nubes, alterã calidã, alteram frigidam incenditur, cuius extremæ partes capitis caudęq́ꝫ effigiem, media curuata & craſſa uentris effigiem repræſentat. Fumat uerò Draco ille propter nubem frigidã. Frigidum enim & humidum ardenti adpoſitum, fumum excitare ſolẽt. Exhalatio tenuis incenſa interim occultatur nubibus, interim rurſum depulſis nubibus adparet, quã Aſſub adparens & diſparens nominãt. Chaſma eſt hiatus aut uorago, quãdo uidelicet magna exhalatio ſub nubibus incenſa repentino lumine quaſi cœlum aperit. Quòd ſi ille hiatus eſt aliquantò minor, doliĳ figuram efficit. Exhalatio incenſa uidetur aliquãdo ad ſimilitudinem latæ facis, lucideq́ꝫ ardentis, decidere de cœlo in terram uſq;. Quandoq; exhalatio diuiditur in duas partes, quas duas Capras ſaltãtes, hoc eſt faces incenſas uocãt. Quandoqꝫ

Stella cadens.

Draco uolans.

Aſſub.
Chaſma.

Fax ardẽs

Capræ ſaltantes.

adparet candela alteram accendere. Ignis fatuus, qui à Plinio Caſtor & Pollux dicitur, eſt ignis in aëre circa terram diutiùs perdurans, mouetur à uento huc atq; illuc. Aliquādo euntes noctu præcedit aut ſequitur, ſed plerunq; propter materiæ craſſitudinem loca decliuiora petit, quarè ad aquas ducit ſequentem. Generatur uerò in locis humidis & fumoſis, ut in conuallibus, & ſepulchris mortuorum. Talis etiam ferè eſt ignis lambens crines & pilos animalium, aut ueſtes quoq;. Et huiuſmodi ignis aliquando generatur ex exhalatione ſudoris animantium. Sic apud Virgilium de Aſcanio:

Ignis fatuus.

Ignis lambens.

Ecce leuis ſummo de uertice uiſus Iuli
Fundere lumen apex, tactuq́; innoxia molli
Lambere flamma comas, & circùm tēpora paſci.

Huiuſmodi etiā impreſſiones ſpectant̃ in argentifodinis, & alijs fodinis ſub terra. Porrò crebræ ignitæ impreſſiones portendunt uentos, pluuiam, atq; tonitrua: nam deſignant adhuc multùm exhalabilis materiæ ſupereſſe unà cum materia tempeſtatum atq; uentorū.

De Aquoſis impreßionibus, & primò de Nube, Pluuia, & Nebula. Caput IIII.

Nubes

NVbes generatur ex uapore eleuato de corporibus humidis calore Solis, aliorum'qꝫ aſtrorum, uſq; ad mediam aëris regionem, cuius frigore condenſatur & conuertitur in nubem. Quòd autem huc atqꝫ illuc per aëra ferúntur, fit agitatione uentorum. Verùm quòd non ſimul décidunt, quod'ue cataractæ nõ rumpuntur, accidit calore Solis ad ſe attrahentis & coërcentis nubes in ſublimi, ne uno eodem'qꝫ momento deorſum cadãt. Reſoluuntur tamen aliquãdo cataractæ ſubitò, ſed ualde rarò. Ex parua etiam nubecula creſcunt ſæpè nubes ingentis magnitudinis, uaporibus adauctis, unde exſtat uulgare prouerbium: A parua nubecula magnam ſæpè oriri tempeſtatem. Habent autem nubes uarios colores, tum ex qualitate materiæ, tum ex immiſſione luminis ſolaris aut ſtellaris in nubes. Quòd ſi igitur nubes fuerit ex uapore ſubtiliore & non condẽſato, r arior atq; tranſparens, color inerit illi albus. Sed ſi denſior fuerit nubes, multo terreſtri fumo admixto, adparet nigra uel atra. Sin nubes fuerit rorãs, & iam incipiens ſtillare, lumine aqueo iniecto, colorem facit uiridẽ. Quando nubes habet fumum terreſtrẽ aduſtũ, commixto hu- Nubes.

mido fumoſo, efficit rubeum, puniceum, aut ſanguineum colorem. Et tales nubes in æſtate ſunt periculoſæ, quia illud terreſtre aduſtũ facilè incenditur, atq; hinc fulgura & fulmina horrenda proueniunt. Rubedo uerò matutina nubium fit ex denſitate nubis, cui lux Solis iniecta, rubeum, roſeum, aut luteum facit colorem. Porrò quando nubes liquefit, & reſol-

Pluuia. uitur in aquam deſtillantem guttatim in terras ad ſalutem animantium & creſcentiũ, uocatur pluuia. Cuius guttę modò minores, modò maiores ſunt: quod euenit ex diuerſitate materiæ nunc craſſioris, nunc ſubtilioris. Generatur quandoq; pluuia in ſuprema parte infimæ regionis aëriæ, & guttæ tunc plerunq; ſunt maiores. Pluuia etiam quãdoq; eſt amara & rubei coloris: id fit propter terreum & aduſtum uaporem admixtum nubibus, qui non concoctus generat ſalſum saporẽ. Decidunt cum pluuia aliquando ranæ, uermes, caro, lac, ſanguis, lana, lapides, ferrũ: quod contingit cùm uiſcoſa terreſtriſq; exhalatio unà cum uapore eleuatur, ex qua uirtute corporũ cœleſtiũ agentiũ generãtur ſubitò huiuſmodi beſtiolę, caro, lac, ſanguis, & indureſcere aliquando poteſt in lapides & ferrum. Sunt qui

putant

putant Solem unà cum uapore attrahere huiuſmodi res, quæ poſtea cum pluuia in terras decidant. Alij putant id accidere miraculoſè. Porrò prognoſtica futuræ pluuiæ ſunt, ſtellæ uolantes, querela ranarum, acrior morſus pulicum, coruorum raucus clamor, anſerũ ſtrepitus, humilior uolatus hirundinum ſuper aqua, quando Sol ſolitò citiùs manè adparet, & ſupra ipſum eſt nubes nigra & longa citò euaneſcens: ſed ſi diu nubes permaneat, indicat ſerenitatem. Item rubedo matutina ſignificat pluuiam eô, quòd certò indicet plures ſupereſſe uapores nondum abſumptos à Sole, ex quibus poſteà fit pluuia. Verùm rubedo ueſpertina prænunciat ſerenitatem: quia indicat uapores eleuatos longè eſſe infra mediam regionem aëris, & ſubſidere humiliùs, ex quibus non pluuia, ſed ros uel pruina generatur. Item quando ſub occaſum Sol ſe in nigram nubem occulit, eſt ſignum futurę pluuiæ. Plura prognoſtica quære apud Plinium. Nebula eſt ſterilis uapor, iuxta terram pendens, qui non poteſt eleuari ſatis in altum, uel condenſari in nubem. Quòd ſi nebula uirtute Solis reſoluta ſubſidat, præſignat ſerenitatem dieĩ: ſi adſurgit in aëra ſurſum, indicat pluuiam.

Prognoſtica tempeſtatis.

Nebula.

De Halone, Iride, Parelio, & Lineis perpēdicu laribus. Caput V.

HAlo eſt corona albicans, circumpoſito in extremis nigro, adparens circa Solē, uel Lunam, aut Stellam lucidam. Generatur autem quando nubecula infra mediā regionem aëris uniformis, & in omnibus partibus æquam raritatem aut denſitatem habens directò ſub Sole, Luna, aut Stella aliqua inuenta fuerit, quæ lumine colluſtrata, efficit per refractionem luminis magnam circularem figuram in oculis ſpectantiū apparere. quæ ſi paulatim euaneſcat, portendit ſerenitatem: ſin aliqua ex parte diſpergatur atq; frangatur, ſignificat uentos ab ea parte, qua primùm frangi incipit. Si uerò nigreſcat, & craſſior fiat, eſt ſignum pluuiæ. Atq; propter denſitatem nubis adparet aliquando Halo ſanguinei coloris. Sub Luna autem ſępiùs adparet Halo, ſub Stellis rariùs, ſub Sole rariſſimè, propter eius adurentem calorem, qui abſumit iſtos uapores, ut euaneſcāt. Iris generatur in nube opaca, & concaua, rorida, atq; aquoſa, & iam ut in imbrē ſoluatur parata, Soli, uel aliquādo, ſed rariſſimè, Lunæ ex diametro oppoſita, partim à refractione luminis in nube, partim

Iris.

à radijs

à radijs reflexis. Referunt enim guttulę nubis rorantis inſtar ſpeculi concaui, nõ integrum Solem, propter paruitatem guttularum, ſed ſpecies aliquot colorum. Figura Iridis eſt arcuata & ſemicircularis ſupra Horizonta: qa reliqua pars noſtro uiſui eripitur. tota em̃ Iris eſt circularis & rotũda. Semper enim radius in cõcauo refractus apparet rotũdus. Et quãtò Sol depreſſior eſt, & Horizonti uicinior, tantò Iris altior & maior à nobis uidetur: & contrà, quantò Sol magis eleuatur ſupra Horizontem, tanto Iris apparet minor. Obſeruatum etiam eſt, centrum arcus, & centrum oculi cernentis Iridem eſſe in eadem linea recta. Cæterùm in Iride ſunt iſti colores: puniceus in ſuprema parte, in media uiridis, in infima alurgus, id eſt color uiridi nigrior. Sumitur autem colorum diuerſitas hinc: quòd radius luminoſus quantò longiùs protenditur, tantò magis ad obſcuritatem atq; nigredinem tendit: & quando lucidum uidetur in nigro, adparet puniceum. hinc ſuprema peripheria eſt punicei coloris. Hic autem color factus debilior, conuertitur in uiridem. Color enim uiridis magis tendit ad nigredinẽ, q̃ puniceus, & alurgus plus quàm uiridis. quarè

medius circulus uiridem, infimus Alurgū habet. Quandoq; etiam ex reſplendentia unius, ſupernè apparet alia Iris, quæ eſt imago alterius Iridis, habens eoſdē colores ordine contrario. Color itaq; ſupremæ peripheriæ alterius Iridis eſt Alurgus, mediæ uiridis, infimę puniceus. Aliquādo quoq; tres adparent, ſed tertia uſqueadeò debilis, ut uix uideri queat. Tertia enim eſt imago ſecundæ, quæ multò obſcurior eſt quàm prima. Habet autem tertia eoſdem colores, quos prima, atq; eodem ordine. Cæterùm à Luna, propter debilitatē luminis rariſſimè fit Iris. Porrò Parelius generatur hoc modo: Cùm nubes denſa, ęqualis, pariter diſpoſita & propinqua ad conuerſionem aquæ, ſita fuerit ad latus Solis, in quatum refringuntur radij ſolares, efficiunt imaginem Soli ſimilem, quæ Parelius dicitur. Vulgus putat eſſe duos aut tres Soles. Poſſunt enim aliquādo duo aut tres adparere Parelij. Quòd ſi fiat id iuxta Lunam, uocantur Paraſelinæ. Perpendiculares autem lineæ etiam fiunt ex refractione radiorum in nube circa latus Solis pendenti: uerùm in nube inæquali, ita ut in una parte ſit denſior, altera rarior, tum enim radij ſolares incidentes parti-

Parelius.

Paraſelinæ.

bus

bus rarioribus, tranſeũt per eas tanquàm per foramina, & repræſentãt lineas ſeu uirgas diuerſorum colorum. Ex lucidiore enim parte nubis adparet glaucus, ex rorante uiridis, ex denſiore puniceus. Hæ autem lineæ & Parelius plerunq; uidentur in ortu aut occaſu Solis, rariſſimè aut ferè nunq̃ in meridie.

De Grandine, Niue, Rore, & Pruina. *Caput* VI.

GRando generatur, quãdo nubes in media regione aëris in guttas reſoluta, decidit per calorem infimæ regionis aëriæ, ibiq; propter Antiperiſtaſin in glaciem conſtringitur: & quô aër inferior eſt calidior, eô plerunq; grando maioris eſt magnitudinis, ut in æſtate. quia tum ſtatim pluuia congelatur aliquando, antequàm in minutas guttas diſpergitur. Species grandinis eſt rotunda, aliquãdo angulosa, aliquando beſtiolarum, aut aliorum corporum effigiem impreſſam habet, uirtute & influentia, ut aiunt, cœleſtiũ corporum. In hyeme autem nunquàm, aut ualdè rarò fit grando. quia tum infima regio eſt frigidior, & ſic illic nulla eſt Antiperiſta- Grando.

 ſis:

ſis:in Vere autem & Autumno ſæpiſſimè : in Aeſtate etiã aliquando, quando uidelicet materia grandinis eleuata non conſumitur à calore Solis. Porrò ſonitus ille magnus, qui auditur aliquãdo in aëre ante caſum grandinis, accidit ex pugna exhalationum calidarũ & ſiccarum, quæ ſæpè incluſæ uaporibus & nubibus, erumpere nitentes, terribilem fragorẽ & ſtrepitum faciunt. Cæterùm nix generatur quando nubes congelatur, priuſquàm in aquam ſit conuerſa. Confert autem aqua niuis frugibus, & obeſt animalibus: quia materia niuis eſt magis pinguis & uiſcoſa, quàm pluuiæ. Ros uerò generatur quando eleuatur interdiu ſubtilis & terreſtris uapor, non habens ſufficientem calorem, ut poſſit ad mediam regionem aëris aſcendere, tunc ſuperueniente frigore nocturno condenſatur in aquam, quæ deſcendit & adhæret herbis, & folijs arborum. Ros aliquãdo habet dulcedinem mellis, quando uidelicet humidum eius à calore Solis conſumitur, tum præpingue & uiſcoſum quiddam relinquitur inſtar zaccari prædulce, q̊d uocant Manna. hoc ſi animalia comederint, moriuntur ſæpè: quia obſtruit illis epar: herbæ, quibus inhæret, plerũ-

Nix.

Ros.

que

que areſcunt. Eodem planè modo generatur pruina: niſi quòd hęc priùs congelatur, quàm in aquam uertitur. Fit aũt ros tempore calido & locis calidis: pruina contrà tempore frigido, locisq́ frigidis. Vtrunq; indicium eſt ſerenitatis diei. Pruina.

De Tonitru & Coruſcatione.
Caput VII.

TOnitru & Coruſcatio fiunt hoc modo: Quando uapor calidus & humidus unâ cum exhalatione ſicca & calida eleuatur in ſuperiorem partem mediæ regionis aëriæ, quæ frigidior eſt, atq; ibi uapor circũambit & concludit circunquaq; exhalationem, ac deinde condẽſatur in nubem ſpiſſam & intenſè frigidam: tum exhalatio propter Antiperiſtaſin uehementiùs incaleſcit, & exitum hinc indè petens, concutit nubem, tandemq́ iſta celeri agitatione incenſa, ui rumpit inferiorẽ partẽ nubis, quę tenuior eſt: qa inferior pars medię regionis eſt minùs frigida, q̃ ſupior. Illa itaq; uiolẽta eruptio exhalationis incenſę, ingentẽ fragorẽ êdit, quẽ Tonitru uocam⁹. Et exhalatio illa inflãmata, nõ ſurſum, ſed deorſum ꝓpellit, ꝓpter antiperiſtaſin & denſitatẽ ſuperioris Tonitru.

ris partis medij aëris, atq; lumen longè lateq́; de ſe emittit. quod ſi in aëre exſtinguatur atque euaneſcat, Coruſcationem ſiue fulgur ad pellant. Si inter mouendum augeatur magisq́; inardeſcat, & longè uehementiore motu terram pertingens, atq; in terrena ſæuiens corpora, fulmen dicitur. Atq; illud propter ſuam ſubtilitatem corpora rara & peruia abſque ullo nocumento pertranſit: denſa uerò & reſiſtentia confringit uel adurit: ſic gladiũ in uagina frangit, uagina illæſa: hominis interiora adurit, ueſtimentis & membris exterioribus non læſis, &c. Quando tamen fulmen eſt debile, & lentè mouetur, tunc exurit illa, quæ modicum reſiſtunt: & ſic exurit aliquando calces, pede non tacto, & crines illęſo capite. Fulgetrum autem uocant coruſcationem, quę fit ſine tonitru, quod accidit quãdo nubes propter eius raritatem facilè & ſine ui exhalationi erumpenti cedit. Quamuis tonitru & coruſcatio eodẽ penè temporis momento fiunt: fulgur tamen antè cernimus, q̃ tonitru audiamus. Viſio enim in inſtanti fit, auditus uerò tempore indiget, ut ſonus per motum localem ueniat ad auditũ. Hinc cùm ſimul auditur tonitru, & uidetur coruſcatio, tonitruũ

Coruſcatio.

Fulmen.

Fulgetrũ.

nitruum eſt nobis admodum propinquum, & magis timendum. Deijcitur aliquando cũ fulmine telum, ſeu lapis fulmineus in terram uix credibili impetu, obuia quæq; ſcindens, diſſipans,inflammans,atq; proſternens, qui generatur in nube ex fulminea exhalatione, mixta cum metallari materia, quæ circunfuſo humore conglutinatur in globum,nõ aliter quàm farina in maſſam ab infuſa aqua. Déinde globus, accedente illo intentiſſimo calore, ex Antiperiſtaſi conſolidatur atq; induratur in lapidem duriſſimum, figuram cunei habentem: quia eius materiæ aliquid hunidi admixtum eſt,idq; in inferiora in acutũ endit, & in ſuperiore parte ſiccũ,utpote denius,conglobatur. Porrò in hyeme non toiat,neq; fulgurat,niſi omnino rariſſimè.quia nateria fulminum atq;tonitruum non poteſt ttrahi & percoqui, niſi ab intenſiore calore Aeſtatis,Veris,uel Autumni. Aduerſus autẽ ulmina remedia ſunt loca ſubterranea. nam ulmen terram non intrat altiùs quinq; pedius. Déinde pellis uituli marini. quia ex manis hoc ſolùm animal fulmen non percutit: cut nec è uolucribus aquilam. Corona item urea. Laurus enim fulmine non icitur, au-

Lapis fulmineus.

thore

thore Plinio:quamuis noſtra ętate laurus Romæ fulmine diſiecta ſit.

De Ventis. *Caput* VIII.

Ventus. VEntus prouenit atq; generatur ex calida & ſicca exhalatione, non tamen inflammabili, quæ ad mediam regionem aëris eleuata, frigore eius deorſum repellitur, & mouetur in infima regione aëris ſupra terrã lateraliter. cuius uis principiò eſt remiſſior & minor: paulatim tamen accedẽte ſúbinde noua exhalatione è terra fluuijsq́ꝫ, fit uehementior & maior. Quando autem non aduenit noua exhalatio, uel propter frigus intenſum, impediens exhalationem calidam aſcẽdere, uel propter calorem uehementem adurentẽ eius materiã, uenti paulatim ſubſidunt. Quod uerò ad numerum uentorum attinet, poëtæ tantùm quatuor principales numerant, Eurum uidelicet ab ortu, à meridie Auſtrum, ab occidente Zephyrum, & à Septentrione Boream. Apud philoſophos tamen duodecim numerãtur: tres ab ortu, nempe ab ortu æſtiuo Cæcias, ab æquinoctiali Subſolanus, ab hyberno Eurus ſiue Vulturnus. hi calidi & ſicci ſunt. Indè à meridie tres ſunt: Eurus ſiue

Auſter

Auſter in medio: à látere orientem uerſus Euronotus uel Euroauſter: ab altero látere Libonotus. hi calidi ſunt & humidi atq; pluuioſi, nõ natura uenti, q ſiccus eſt, ſed natura loci undè ueniunt. Ab occidente tres: Corus ſiue Iapyx ab æſtiuo: Zephyrus uel Fauonius ab æquinoctiali: Lips ſeu Aphricus ab hyberno. hij tres frigidi & humidi, nubiloſi & tẽpeſtuoſi ſunt. A Septentrione itidem tres: à medio Aparctias ſiue Septentrio: à látere occidentem uerſùs Traſcias uel Circius: à látere orientali Boreas ſeu Aquilo. hi frigidi & ſicci ſunt, pellunt pluuias, excitãt fulgura, grandines & niues. Venti ſaniſſimi ſunt Boreas & Subſolanus, ſed nocẽt frugibus: peſtiferi Auſter & Zephyrus, uerùm frugibus ſalubres. Contrarij uenti exiſtimandi ſunt ſecundùm diametrum horizontis, quemadmodùm Subſolanus Zephyro, Auſter Septentrioni, &c. Verùm uenti uicini aut obliquè contrarij ſæpè flant ſimul. Enumerantur & aliæ ſpecies uentorum, uidelicet Ecnephias, Typhon, & Præſter. Ecnephias eſt uentus repentinus, ex ſubtili exhalatione coortus, q à frigore nubis depulſus, moueť ſupra terrã obliquè. hic obſcurat aëra, & ingẽtes pluuias pręcedere ſolet Ecnephias.

Typhon

Typhon eſt repentinus flatus à nube depulſus, qui ſupra terram aut mare in gyros rotatur, proxima quæq; proſternens, & non pulueres ſolùm, uerũ & trabes ſaxáq; huc illucq́; uerrẽs, iactitat, atq; in mari naues contorquet frangitq́;. Pręſter eſt Ecnephias, ſeu Typhon incenſus, terribiliter ſupra terram uolitans, ſata, ſyluas, arida tecta, aliquãdo uicos & oppida incendit ac proterit: uulgò Ignis cœleſtis appellatur.

Typhon. Pręſter.

De Fontibus & Fluminibus. Cap. IX.

TErra habet in ſe meatus, cauernas, foramina, & foſſas: quæ partim aqua, partim uaporibus & exhalationibus repleta ſunt. Vapor aũt continuè ex aquis ſubterraneis aſcendit per huiuſmodi meatus in montium ſummitates, atq; ibi à frigiditate condenſatur, & in guttas aquarum reſoluitur: quæ paulatim ex multis uenis in unum locum deſcendentes, erumpunt, ac fonti aut flumini principiũ prębent. Quòd autem fontes ac flumina perennem curſum habent, id accidit: quia uapore in aquam reſoluto, eodem planè momento ad prohibendum uacuum neceſſariò alius

Fons. Flumen.

atq;

atq; alius adſurgit uapor, & hoc liquefacto, alius. Neq; illa aqua ſubterranea tota euaneſcit in uaporem, ſed iterum augetur, fortaſſis per uarias uenas ex mari. Id quoq; Eccleſiaſtes capite 1. innuere uidetur, dicens: Omnia flumina intrant in mare, & mare nõ redũdat, &c. Aliquando in iugo montis ſcaturit fons, cùm uidelicet mons habet cauernas ad ſummitatẽ penetrabiles: in quas quum aër, quia leuis, deſcendere nolit, aqua, ne uacuum admittatur, cogitur aſcẽdere, quæ in uertice tum erumpit. Porrò in planis locis raro admodũ naſcuntur fontes. Loca enim plana plerunq; poroſa ſunt: quarè materia fontium exit per erras, priuſquàm in guttas reſoluatur. mones uerò extrinſecus ſolidiores ſunt: quarè uaor nõ poteſt egredi. & hinc ex magnis mon ibus magna flumina, ex minoribus minores ontes ſcaturiunt. Augentur ſæpè flumina nie & pluuia, ſed tamen ipſa ex multis fontius, non ex niue aut pluuia generantur. Cærùm quòd quidam fontes ac riuuli caleant, 1 cauſa ſunt uenę ſulphureæ, aut aluminoſæ, : quodammodò ardẽtes, per quas aqua flu1s, ab ipſis calorem, ſaporem, colorem, & lmirabiles uirtutes accipit. Porrò quòd fon

tes ferè hyeme caleant, æſtate frigeant, fit per antiperiſtaſin. Item aqua omnis, quô purior & leuior, eô ſalubrior ac melior eſt.

De Mari & eius Salſedine, atq; Aeſtu.

Caput X.

OMnes fontes, riui, ac flumina in mare fluunt, nec tamen mare excreſcit ſuprà littora terminosq; ſuos: tum quia calor Solis & aliorum aſtrorum ſingulis momentis ingentem uaporum & exhalationum molem ſurſum in aërem extrahit, undè meteora generantur: tum quia aqua reuertitur è mari per uenas terræ ad loca ubi fontes & flumina originem trahunt. Quòd autem totum mare ſalſum ſaporē habet, id accidit: quia calor Solis quotidiè extrahit ſurſum ea, quę in aquis dulcia ſunt: quia leuiora magisq; aërea ſunt. ſed aqua amara, quia grauis, relinquitur in mari, cui permiſcentur ſiccæ & aduſtæ exhalationes terreſtres, quę efficiunt mare amarum & ſalſum: quemadmodùm, ſi aqua dulcis coletur per cineres, fit lixiuium ſalſum atq; amarū: & potus dulcis in humano corpore calore percoquitur, fitq; urina ſalſa. Flumina tamen ſi qua ex mari fluunt, per meatus terræ tranſeuntia,

Salſedo maris.

euntia,

euntia, ſtatim amaritudinem perdunt: quia colantur & purificātur à ſalſedine. Inueniuntur quidam riuuli atq; fontes ſalſi ſaporis, quem recipiunt à natura terræ, per quam tranſeunt. Cauſa æſtus & reciprocationis maris eſt motus Lunæ. In plenilunio mare maximè intumeſcit, pòſt decreſcente Luna, paulatim reſidet maris æſtus. Reciprocatio maris eſt, modò retrò refugere, alueumq́; aliquot miliaribus ſiccū relinquere, modò poſt aliquot horas redire, atq; ſuum alueum rurſus implere. Luna itaq; aſcendēs hemiſphærium, ſub quo eſt mare reciprocans, fluit quouſq; Luna ad circulum meridianum deuenerit: quò ubi peruenerit, refluit. Iterum cùm Luna fuerit in occaſu, fluit donec ſub horizonte Luna in eundem circulum meridianum inciderit, in quo conſtituta, refluit. Cæterùm Luna ſupra horizonte exſiſtente, fortiùs mouet mare, quàm infra horizontem. Non tamen omnia maria reciprocant, ſed quædam tantùm.

Aeſtus.

De Terræmotu. *Caput* XI.

CAlor Solis, aliorumq́; cœleſtiū corporū nō ſolùm exhalationes atq; uapores attrahūt ex ſuperficie, uerùm ex intimis quoq;

cauernis atq; meatibus terræ. Quòd ſi illa exhalatio ex terra exierit, generant in aëre uenti: ſi uerò ſolum terræ adeò occluſum fuerit, quòd exhalatio, quæ natura ſua ſemper nititur in altum, non potuerit inuenire uiam, per quam emergat, huc atq; illuc per terram mouetur, atq; ui eam concutit, tremereq; facit: & ſic quando exhalatio eſt copioſa, motus fit magnus, & longo tempore durat, quouſque ſpiritus mouens rumpat terram, uoraginem, atq; hiatum ingentem faciens. Vnde legimus apud hiſtoricos, terræ motu urbes euerſas, montes quaſi abſorptos ſubſediſſe, fluuios mutaſſe curſum, aquam ſubterraneam unâ cũ exhalationibus eruptam diluuia feciſſe, terras contiguas ui diruptas, non contiguas feciſſe coniunctas, inſulas merſas, aut contrà ſubitò enatas. Sequitur etiam quandoq; peſtis terræ motum: quia aliquãdo exhalatio inficitur & putrefit in terra, quæ poſt eruptionem inficit aërem. Porrò in arenoſis locis, quia illic uapores facilè aſcendunt, atq; in mediterraneis, qa ibi terra minùs eſt excauata, pauciores fiũt terræmotus. Vbi autem terra eſt supernè ſolida, & interiùs cauernoſa, ea motui ſępiùs eſt obnoxia. Sed de meteoris hactenus.

Terrę motus.

Finis tertij libri.

QVARTVS LIBER DE METALLIS & Lapidibus.

De Metallo, Argento uiuo, & Sulphure. Caput I.

PRæcedenti libro qua potui dili-
gentia Meteora, quæ à Phyſicis
corpora mixta imperfecta pri-
mæ cõpoſitionis uocantur, tra-
ctauimus: nunc in ſequenti libro de Metallis
&Lapidibus, quæ mixta ſunt perfecta ſecũdę Metallum
ompoſitionis, ſed inanimata, dicemus. Ge-
erantur metalla à calore corporum cœle-
ium, ex argento uiuo & ſulphure, in mine-
s, ut uocant, id eſt uenis uiſceribusq́ terræ.
Quô uerò argentum uiuum & ſulphur defe-
atius ac ſubtilius eſt, eô purius nobiliusq́ me
llum gignit. Inuenitur etiam quandoq; au-
um, alia'ue metalla in fluuiorum fundis al-
eisq́, quæ illic ſub arenis calor Solis ex ſul-
hure quoq; & argento uiuo decoxit, ac im-
tu aquæ arenis tandem dimotis alicubi in

Argentũ uiuum.

conſpectum ueniunt. Porrò argentũ uiuum prouenit ex humido aqueo præcipuè, admixto aliquantulo ſubtili & unctuoſo terreſtri, calore ſolari, aſtrorumq; ac ſulphuris adurẽtis decocto, coaugmentato, & quaſi coagulato. Claritatem habet ex aqua & aëre, mobilitatem ab humore & pondere, quodq; ueluti in guttulas diſpergitur, à terreſtri ſiccitate. & eſt ſingulis animalibus uenenũ. Romani ueteres huic argento ob mobilitatem uitam tribuerunt, atq; hinc Viuum uocitant. Græci uerò à fluido atq; aquoſo eius habitu Hydrargyron, quaſi aquoſum argentum, nominauerunt. Naſcitur in fodinis præcipuè argẽtarijs. Ex minio conficitur etiam, cuius rationẽ conficiendi lege apud Vitruuium. Omnia ei innatant, præter aurum: id unum ad ſe trahit. Seruatur uitreis, plumbeis, ſtanneis, uel argẽteis uaſculis: aliam materiam omnem erodit ac perforat. Sulphur ex terreſtri ſubtili ignito, & unctuoſo aëreo fit, à calore cœli decocto & coaugmentato. Hoc duplex eſt: uiuum ſulphur, & fuſum. Illud è terræ uenis eruitur, in quibus futurum erat metallum, ſi non erueretur: hoc liquefactum & decoctum eſt manu artificis. Quòd ſi materia ſulphurea affa-

Sulphur.

tim

tim in loco aliquo abundauerit, ea incenſa, locus ille perpetuò ardet:ut Aetna, Veſuuius, & alij loci perpetuò ardentes.

De ſpeciebus Metallorum. Cap. II.

SPecies metalli ſunt ſeptem: aurum, argentum, æs, ſtannum, ferrum, plumbum, & orichalcum. Aurum eſt metallum ex rubro non adurēte, & mundiſſimo ſulphure, ac puro claroq; argento uiuo decoctum: & quanto rubicundius, tantò melius eſt. Inter omnia quęq; metalla ſolum aurum igne non conſumitur, nec minuitur, ſed probatur eo ac purgatur: & quemadmodùm eſt cæteris metallis grauius & ſolidius, ita etiam longè precioſius: adeoq;, quemadmodùm ex Plinio colligi poteſt, ut unũ auri ſcrupulum, quindecim argenti ſcrupula ualeat: noſtro autem æuo in Gallia ferè duodecim. Pollux decē tantùm ualere aſſerit, &c. Argentum poſt aurum precioſiſſimum eſt. fit ex albicante nõ adurente, & mundo ſulphure, ac argento uiuo albiore mundoq;. Hoc ductile eſt ac tractabile, ſonitum & tinnitum dulciſſimum præbet, & maximè ſi æri miſceatur. Fumus eius quando Aurum. Argentũ.

 igne

igne purgatur, ualdè homini nociuus eſt.

Aes. Aes naſcitur ex rubro craſſoq; ſulphure, & argento uiuo non ita mundo: adpellatur Cyprium ſiue Cuprum, qa in Cypro inſula nobiliſſimum æs inuentum eſt. Seruius Tullius ſextus Romanorum rex, poſt urbem conditam, ęs primus ſignauit: ſignatũ autem eſt nota pecudum, undè & pecunia adpellata. Regnauit hic anno mundi conditi IIII. M. CCC CCC. & XX. authore Euſebio. Déinde poſt CCC. annos, quinto anno ante bellũ Punicũ, primò in Vrbe ſignatum eſt argentum. Poſteà ſexageſimo ſecundo anno poſt argentum percuſſus eſt aureus numus: in quo primò Conſulum, déinde Imperatorum capita imprimi cœperũt. Id Lucretius quoq; teſtatur:

Aes fuit in precio magis, aurumq; iacebat.
Nunc iacet æs, aurum ſummo ſucceßit honore.

Sic Ouidius:

Aera dabant olim, melius nunc omen in auro eſt,
Victaq; conceßit priſca moneta nouæ.

Stannum Ferrum. Stannum prouenit ex impuro ſulphure, & argento uiuo mundo. Ferrum generatur ex ſulphure ſpiſſiore impuro & adurẽte, atq; ex argento uiuo immodico atq; impuro. Huius

Chalybs. ſpecies eſt chalybs, ferrũ uidelicet multo igne

purga

purgatũ, & crebra aquarũ reſtinctione. Plumbum fit ex impuro ſulphure, & argento uiuo ualdè impuro, fœculento & craſſo. Orichalcum eſt metallum multò nobilius ære, quod ſua ætate deſijſſe teſtatur Plinius: noſtro tamẽ ſeculo fit ex ære colato.

Plumbum

Orichalcum.

De Sale, Nitro, Alumine, & Bitumine.
Caput III.

SAL generatur à Sole uel igne ex aqua ſalſa aduſta & coagulata. Eſt autem uel metallaris, qui ex uenis terræ effoditur: uel marinus, qui ex aqua marina fit: uel ſtagnalis: uel fontanus. Sal in omnibus cibis condimenti uice adhibetur, & auiditatem inuitat, neq; humana uita ſine illo degere poteſt. habet enim uehementer ſiccam & aſtringẽtem uim. quare putredinẽ arcet, & carnes eo conditas conſeruat. Eſt & Salgemma ſal candidiſſimus, & inſtar criſtalli pellucidus. Inuenitur quoque Sal Naphthicus, cum quo cohæret & concreſcit Naphtha bituminis ſpecies: quæ tantam uim ignis habet, ut etiam ex longinquo ad eam ignis tranſiliat, atq; inflammet: quo bitumine Medea apud Ouidium Corinthij

Sal.

Salgẽma.

Nal Naphthicus.

Naphtha.

Nitrum. rêgis aulam accendit. Nitrum eſt ſal petroſum, quod in uenis terræ naſcitur & condenſatur: uel congelatur uento & calore in rupibus & ſaxis maritimis, aut litoralibus, ab aſſidua aquarum aſpergine, & in formam ſalis induratur. Generatur quoq; in ſubterrancis aut alioqui udis & fumidis cellis, prçcipuè lapide cameratis, inſtar ſtiriæ ſalſæ à parietibus dependens. Alumen. Alumen eſt ſalſugo & ueluti ſalſus terræ ſudor: quod ſi plus à ſulphure, cuius naturæ propinquum eſt, peruſtum eſſet, futurum erat argentum uiuum. Bitumen. Bitumen ex unctuoſis & putrefactis humoribus in terra naſcitur.

De generatione Lapidum.
Caput IIII.

Lapis. LApides generant ex uirtute metallari ex terra craſſiore & unctuoſa, utpote ex luto, argilla, uel arenis humido aqueo & uiſcoſo coaugmentatis, & déinde accedente calore ſolis exſiccante & excoquente humidum, ſi quod ſupereſt, adeoq; ut pleriq; lapides ne igne quidē liquefieri poſſint. Quô autem materia lapidum minus fœculenta fuerit, meliuſque decocta & depurata Sole ac æſtu, eô

ſubti-

ſubtiliores,nobiliores,magisq́ pellucidi pro
ueniunt lapides, qui gemmæ & precioſi lapi
des dicuntur. Hinc terra quô Orienti Soli & Gemma.
Meridionali uicinior eſt , ut India, Aethio-
pia, eô preciores mittit lapides. Contrà uerò,
quô craſſior & uiſcoſior fuerit materia, & ab
ęſtu Solis diſtantior, eô craſſiores, ignobilio-
res, minimeq́ pellucidi ſunt lapides: ut ſunt
ſilices, ſaxa, &c. Sexum etiam in lapidibus re-
periri, omnium philoſophorū conſenſus eſt.
Fœmina ſemper hebetior ſplendore, & infe-
rior uirtute eſt. In ueſicis quoq; ac renibus ani
malium lapides, quos calculos adpellant, ge-
nerantur ex humido, craſſo & uiſcoſo, com-
nixto terreo fęculento ſubſidenti & concre-
centi in calculum. Quædam etiam ligna ſub
quis longinquitate temporis in ſaxa indure-
cunt. Scribit Albertus, in Gotthia fontē eſſe,
n q̊ quicqd immittit̃ lapideſcit. Quarè Impe-
ator Fredericus rei incredulitate perculſus,
hirothecā anulo ſignatorio notatā (ut proba
et ſi qd ueri eſſet) immiſit, quæ ex illa parte,
ua fuerat immiſſa, paucis dieb⁹ lapidea cū ſi
no eſt repta. Porrò in lapidib⁹ terra maximè
ñatur, quare in aquā iniecti ſubſidūt. Qd aūt
umices & tophi aquis ſupnatāt, id accidit ab
aëre

aëre incluſo in poris atq; cauernis eorum concauis. Obſeruatur autem in omnibus gemmis imprimis figura: in quibus oblonga maximè probatur: deinde quæ uocatur lenticula: poſteà clipeiclos & rotunda: anguloſa minima grata eſt. Cauę aut extuberantes uiliores habentur æqualibus. Sed nobiles illas & ueras gemmas à falſis depræhendere, hoc opus, hic labor eſt. Noſcuntur autem primò pondere. artificiales enim leuiores ſunt naturalibus, excepto Smaragdo. Deinde naturales limam non accipiunt, niſi Smaragdus & Topazion, ſed poliuntur ſaxo & cote. Tertiò, quô magis inſpicias ueras gemmas, eô magis delectant & paſcunt oculos, ſed non ſatiant. Quartò, igne. falſæ eñ & adulteratæ uel per ignem conſumuntur, uel maculas accipiunt, quum ueræ euadant illæſæ, prȩter Chryſolectrum.

De ſpeciebus Lapidum & Gemmarum, iuxta alphabeti ordinem. *Cap.* V.

Achates. Achates olim in magna fuit authoritate: nunc plebeia gemma, uitreæ perſpicuitatis eſt, uarijsq; adornata coloribus: primùm

mùm in Sicilia, iuxta flumen eius nominis, reperta: poſteà pluribus locis. Quæ in India naſcuntur, referũt nemorum, fluminum, iumentorum, aliarumq́ꝫ rerum ſpecies. Leginus Pyrrhum illum, qui aduerſus Romanos bella geſſit, Achatem habuiſſe, in qua nouem Muſæ, ſingulæ cum ſuis inſignibus, & Apollo cytharam tenens ſpectabatur, non arte impreſſis figuris, ſed natura ingenitis. Species ius multæ ſunt: Andachates, quę cùm uritur, myrrham redolet. Cærearchates, quæ facie ærea eſt. Coralloachates, quæ Corallio ſimilis, & guttis aureis intermicantibus illuitur. Dendrachates, uelut arbuſcula inſignis eſt. Hæmachates, quæ ſanguineis maculis rubet. Leucachates, quę alba eſt. Phaſpachates, quæ colorem colli columbarum imitatur. Sardachates, quæ Sardæ ſimilis eſt. Acopus gemma eſt uitro ſimilis, pumicoſa, aureis gut ſtellata. Adamas gemma candidi coloris, translucida. Sex eius ſpecies ſunt: Indicus, non niſi in auro naſcens, nec ultra magnitudinem nuclei auellanę repertus. Arabicus minor eo, ſimiliter in auro naſcens: utriq́ꝫ indomita uis, undè & nomen Adamas gręca interpretatione accepit, ut nec caleſcat igni, nec

Acopus.

Adamas.

fer-

ferro cedat, atq; in tantum ictum reſpuens, ut incudi ſuperpoſitus, graui ictu feriatur, anteà malleus & incus diſſiliāt, quàm gemma frangatur. Cenchricus eſt milij magnitudine. Macedonicus in Philippico auro reperitur. ęqualis eſt ſemini cucumeris. Cyprius in Cypro naſcitur, uergit in æreum colorem. Siderites ferrei ſplendoris, ponderoſior cæteris, cui & diſſimilis ineſt natura. nam & ictibus frangitur, & alio Adamante perforatur, quod & in Cyprio euenit: quarè degeneres ſunt. Cæterùm inuicta illa Adamantis uis non frangitur niſi calido recentiq; hircino ſanguine. Diſſidet autem in tantum cum Magnete, ut iuxta poſitus, ferrum non patiatur abſtrahi, ſed Magneti rapiat atq; auferat. Sic etiam alijs lapidibus iunctus, omnem illorum uim in ſe transformat. Adamas uenena irrita facit, & lymphationes abigit, metusq; noctis à mente expellit. Aeglophthalmos gemma caprino oculo ſimilis. Aëtites, alio nomine Gagites, gemma cumprimis nobilis, non diſſimilis ouo, nomen habet ab aquila: quæ tanti caloris eſt, ut niſi hunc lapidem, refrigerandi uim habentem, adhibeat, oua, quibus incubat, percoqueret. à nonnullis Aquileus dicitur,

Aeglophthalmos. Aëtites.

tur. Hic lapis ſexu diſtinguitur. Mira eius
uis ad eliciendum partum. quamobrem par-
turientibus adhibetur, quò partum accele-
rent. Habet autem quatuor genera. In Africa
puſillus & mollis, ac uelut in aluo habens ar-
gillam ſuauem & candidam: ipſe friabilis,
quam fœminam exiſtimant. In Arabia mas
durus, & ſimilis gallæ, aut ſubrutilus, in utero
continens lapidem durum. quarè ſi mouea-
tur, tinnitum êdit. Tertius in Cypro inueni-
tur, colore illi in Africa naſcenti ſimilis; am-
plior tamen ac dilatatus. cæteris enim glo-
boſa facies. Habet in aluo harenam iocundã,
& lapillos, ipſe tamen mollis, ut etiam digitis
fricetur. Quarti generis Taphiuſius uoca-
tur, naſcens iuxta Leucadem in Taphiuſa, in-
uenitur'que in fluminibus candidus ac rotun
dus. Huic eſt in aluo lapis, qui uocatur Calli-
mus. Ageratus lapis, quo utuntur coriarij, Ageratus
ſtringendi diſcutiendiq́; uirtutem habet, &
gutturis inflammationem curat. Agyptilla la- Agyptilla
pis, in quo per album nigra uena tranſit, uul-
gus in nigra radice cæruleam facit. Alaban- Alabãdic9
dicus, qui Abalandicus: alius clarus eſt &
ſubrufus: alius rubri coloris, ut Sardius: alius
hebetis quaſi medijs inter Beryllum & Hya-
cinthũ

cinthum. Hic lapis igni liqueſcit, & ad uſum uitri funditur. Virtus eius eſt ſanguinem prouocare & augmentare. Alabaſtrites, eſt lapis candidus, interſtinctus uarijs coloribus, quē ad uaſa unguentaria cauant, in quibus unguēta optimè ſeruantur. Naſcitur in Aegypto, & in Syrię Damaſco. hic eſt cęteris candidior, ſed probatiſſimus in Carmania. Alectorius in uentriculo caporū, tertio anno poſtquàm caſtrati fuerunt, naſcitur: creſcit ad fabæ magnitudinē, ſimilis obſcuro Cryſtallo, aptus, ut dicunt, pregnantibus. Eo igitur Milonem Crotonienſem in certaminibus uſum tradūt, uictoremq́ ſemper lapidis uiriumq́ fiducia euaſiſſe. Amethyſtus colorem purpureum habet, permiſto uiolaceo, & leniter quaſdam flammulas, quaſi roſæ nitorem, fundente. hic eſt facilis ſculpturæ. Cauſam nominis reddunt, quòd fulgor in eo purpureus nō ex toto igneus in uini colorem deficiat. Alij hanc gemmam ebrietati reſiſtere putant, & indè Amethyſtum dictam, quaſi minimè ebriam. uerùm hoc Plinius Magorum uanitati adſcribit. Ariſtoteles tamen hanc umbilico adpoſitam, uaporem uini certiſſimè prohibere, & ebrietati prorſus eſſe contrariam, homi-

nemq́

Alabaſtrites.

Alectorius.

nem'q; à contagio liberare adſerit. Eſt & alte
rum Amethyſti genus ad Hiacynthos deſcẽ
dens. huius colorem Indi Sacon uocant, gem
mam'q; Sacadion. Tertium genus dilucidius
eſt, & Paranites dicitur, in confinijs gentis
Arabiæ. Quartum uini colorem habet. Quin
tum ad uiciniam Cryſtalli deſcendit: ſed mi-
nimè probatur. Amiantus lapis in Cypro na **Amiantus**
ſcitur, alumini ſciſſili ſimilis: qui in ignem in-
iectus accẽditur quidem, inflammatur'q;, ſed
non comburitur: uerùm nitidior incẽdio eua
dit. Ammochryſos harenis auro intermixtis, **Ammochryſos.**
nunc bractearum, nunc pulueris habet qua-
drulas. Amphytães, alio nomine adpellatur **Amphytanes.**
Chryſocolla: in Indiç parte, ubi formicæ au-
rum eruunt, inuenitur: auro ſimilis, quadrata
figura. Dicitur eſſe eiuſdẽ naturæ cũ Magnete
niſi q; augere q̊q; aurũ tradit. Anãchites gẽma
nigra, quo necromãtici dicũt euocari Deorũ **Anachytes.**
imagines. Androdamas, q & Argyrodamas **Androdamas**
dicitur, argenti nitorẽ habet, ut Adamas, & la
tera æqualiter quadrata. Datum illi nomen
ex eo cenſent, quòd hominũ impetus & ira-
cundias molliat. Naſcitur in Arabia. Antipa
thes Coralli genus eſt, ut inquit Dioſcorides, **Antiphates.**
ſpecie tantùm diuerſum, nigro enim colore,

& magis quàm Corallium arboreſcit, ramo-
Anthracites. ſiusq́; eſt. Anthracites cognata Carbunculo,
carbonibus ſimilis ignitis. hęc iniecta in ignē
uelut exſtinguitur: contrà, aqua perfuſa exar-
Apiſtos. deſcit. Apiſtos nigra eſt & ponderoſa, ſed ru-
bentes uenæ eam diſtinguunt: quæ igni cale-
facta, ſeptenis diebus calorem tenet. Putant
eam prodeſſe contra frigora. Aphroſelenes,
Aphroſelenes. id eſt, lunę ſpuma: ſic dicta, quòd per noctem
ad incrementa luminum Lunæ plenus inue-
nitur. colorem habet candidum, pellucidū,
& eſt minimè ponderoſus. Comitialibus
Apyraſta. potui datur. Apyraſta idem quod Carbuncu
Arabicus. lus, de quo poſteà. Arabicus gemma maculo
ſo ebori ſimilis, ſiccandi, repurgandiq́; uires
Aromatites. habet. Aromatites gemma quæ in Arabia na
ſcitur, myrrhæ coloris & odoris eſt, ob hoc
Arena. reginis gratiſſima. Arena eſt puluis terræ ab
Asbeſtos. æſtu induratus. Asbeſtos lapis ſic dictus, q
accenſus ſemel, nunquam exſtinguitur, igni
lapidi inhærente, nec tamen conſumente.
Ex quo lapide in Veneris quodam templo
candelabrum factum erat, in quo lucerna per
petuò ardebat, quæ nulla tempeſtate, nullo
imbre exſtingui potuit. Gignitur in Arcadię
Aſius. montibus ferrei coloris. Aſius candidus eſt,
pumi-

pumici ſimilis, non ponderoſu s, citò frangibilis, & in profundo uenis luteis. In ſumma huius lapidis ſuperficie ſalſugo quædam naſcitur ruffo colore, ſimilis farinæ tenuiſſimę, qualis in molarum parietibus adhærere uiſitur, quę flos eius dicitur. Vtriq; lapidi ſcilicet & flori, uis eſt extenuandi, ſed ſine eroſione: flos tamen potior eſt. Aſſius per duplex ſſ, lapis eſt, in quo ſi corpora defunctorum condi ta fuerint, intrà quadrageſimum diem conſu muntur: quarè & Sarcophagos nominatur. Aſſius.

Aſpilates gemma eſt coloris ignei: gignitur n Arabia. Eſt & alia eiuſdem nominis argen ei coloris. Aſteria ſiue Aſtrios gemma canlida eſt, cryſtallini ſplendoris, cui intus à cen o lucet ſtella fulgore lunæ plenæ. Hæc & ſtris oppoſita fulgorem rapit & regerit, unè & nomen accepit. Eſt difficilis ad cælanum. In Carmania nata, præfertur Indicæ. Aſpilates. Aſteria, ſiue Aſtrios

Aſtrapia gemma, in cuius candido aut cyaeo diſcurrūt è medio fulminis radij. Aſtrio s gemma, quæ oculis piſcium ſimilis eſt. Aſtrapia. Aſtriotes

Atizoë gemma argenteo nitore fulgens, ma nitudine trium digitorum ad lenticuli figum, odoris iucundi. Atizoë.

Augites multis nō alia detur eſſe, quàm quæ Callais dicitur. Augites.

Enumeratio incipientium à B.

Balanites

BAlanites gemma ſubuiridis, & Corinthio ſimilis æri, ſecante mediã flammea uena. Baptes uiridis ranæ colorẽ formamq́ habet. Eſt & lapillus eiuſdẽ coloris & figuræ, Batrachites dictus, ſed durior illo. Baroptemis ſiue Botrypes, eſt gemma nigra, ſanguineis & albis nodis alligata, ueluti portentoſa. Belliculi marini, ſunt lapides parui & albi, habentes figuram umbilici humani. inueniũtur in littoribus maris. Beli oculus albicans pupillam pingit nigram, è medio aureo fulgore lucentem. Hæc propter ſuam ſpeciem ſacratiſſimo AſſyriorumDeo dicatur. Alia autem quam Belum uocant, in Arbelis naſcitur, nucis iuglandis magnitudine, uitrea ſpecie.

Baptes.

Batrachites.

Baroptemis ſiue Botrypes.

Belliculi marini.

Beli ocul9

Beryllus.

Beryllus in India prouenit, eandẽ cum Smaragdo, uel certè ſimilem naturam habet: uiridis eſt, ſed ad pallorem uergens. Atteritur autem ingenijs artificum in ſexangularem figuram, ut hebetem colorem repercuſſu angulorum ad uigorem excitent. Species habet multas, inter quas cæteros excellit, qui uiriditatẽ puri maris imitatur: proximus, qui Chryſoberyllus uocat̃, & languidiùs micat, aureaq́ nube circunfunditur. Qui nimio pallore eſt,

Hya-

Hyacintizon appellatur. Eſt & qui Chryſtal lo ferè ſimilis eſt. Bezaar eſt lapis citrinus ad albedinem uergens, uini habẽs colorẽ, ſplendens ſicut lumẽ. leuis eſt & mollis. Bola gemma eſt glebæ ſimilitudine. Borax lapis qui extrahitur ex capite bufonis: cuius duo ſunt genera. alius enim ſubalbidus eſt, alius uarius, in medio oculum cęruleum habens. Boſtrichites crinibus mulierũ ſimilis eſt. Botrytes uuæ nigræ ſimilitudinem habet. Brontia capitibus teſtudinũ ſimilis eſt. Bucardia eandem cum bubulo corde ſimilitudinẽ habet. Naſcitur tantùm in Babylone.

Bezaar. Bola. Borax. Boſtrichites. Botrytes. Brontia. Bucardia.

Initium literæ C.

CAdmites gemma, quam cœruleæ interdum bullæ cingunt. Cærites, gemma ceræ ſimilis. Calaites gemmæ genus, à colore calaino: & eſt amplitudine conſpicua, ſed fiſtuloſa & ſordium plena. Calamites à calamo nomen habet, feruntq́ plures ſimul coniunctas inueniri. Callais comitatur Topaziũ ſimilitudine magis, quàm authoritate. Eſt enim in ea uiride pallens. Naſcitur in Arabia: ſed in Germaniæ continentibus multò præſtantior, quàm in Arabia, quæ honore precioq́

Cadmites. Cerites. Calaites. Calamites. Callais.

cioq́ʒ ad Smaragdos accedit. Inuenitur autē in rupibus inuijs ac gelidis, oculi figura extuberans, leuiterq́ʒ adhęrens, nec ut adnata petris, ſed adpoſita uideatur: auro incluſæ decorantur. Calorices gemma eſt herbacei coloris. Cantharia ſcarabeorum effigiem habet. Capnites gemma ſtellam habet, ſed ueluti fumo infectam, & croco refulgentem. Carbunculus lapis eſt precioſiſſimus, ignei coloris, in obſcuro & in tenebris ut carbo fulgens, adeò ut radios ad oculos uibret, à quibuſdā Apyrotus dicitur, q; ignem nō timeat: & Pyrois & Pyropus nominat̃. Hunc Ariſtoteles ſigillū, gnomonē, & regulam gemmarꝫ adſerit: utpote qui oībus lapidibus ſuā imprimere poſſit figurā, quū nullus ſibi preſſura noceat. Sūt Carbunculi utriuſq; ſexus. Mares excitatiùs fulgent: fœminæ pinguiores ſunt, & craſſiùs nitent. Sed difficilius eſt nihil, q̃ diſcernere ueros à falſis. Carchedonius ſpecies carbūculi, ſed minor & nigrioris aſpectus, q̊ ſignandis cęris uti ſolemus. Naſcit̃ apud Naſomonas in montibus imbre diuino, ut incolæ putant: & in Aegypto circa Thebas, ſed fragilis. Carcinias cancri marini colorem imitatur. Catochites Corſicæ inſulæ lapis eſt, neç tam lapis, quàm

Calorices
Cātharia.
Capnites.
Carbunculus.
Carchedonius
Catochites.

ĩ cautes. Ineſt ei uelut de glutino lentiore, at- que gummi: quarè impoſitas manus detinet. Catopyrites gemma ex Macedonia ueniens. Cenchrites ſpecies gemmę, quæ ueluti ſparſa milij grana habere uidetur. Cepionidę Acha i adpropinquãt, multis coloribus transluci- dę ſunt, aliâs Cryſtallinę, aliâs uitreę, aliâs Ia- pidææ, qbus & ſordidis tãtus eſt nitor, ut ima gines reddãt ceu ſpecula. Naſcũtur ad Darda ium pagum. Cepites ſiue Cepocapites, mag- am uicinitatem cum Achate habet. candida m̃ eſt, uenaꝝ nodis coëuntibus, & candore naginem regerit. Ceramites teſtæ colorẽ ha et. Ceraunia candida eſt cryſtallini ſplendo s, quę fulgorẽ ſideꝝ rapit, habetq́ intus ſtel m concurſantẽ. cum fulmine cadit: unde & omẽ habet. Qui hũc gerit à fulmine liber pu tur. Chalazia, qa grãdinis candorẽ figurã́q urimũ imitet̃, ſic dicta, adamantinę duricię, tãtę frigiditatis eſt, ut ab igne uix, uel nunq̃ lefieri poſſit. Quarè iram, & luxuriã, & cęte is huiuſmodi calidas paſſiones mitigare, Al ertus ſcribit. Chalcites æris ferè colorem ha et, ſed paulò nigriorẽ. Chalcophonus, id eſt ris uox, ſiue Chalcophthongus, id eſt æris nitus, gemma nigra eſt, quæ illiſa æris tinni

Catopyrites. Cẽchrites Cepionides. Cepites. Ceramites. Ceraunia Chalazia Chalcites Chalcophonus.

tum reddit:pudicè habitus ſeruat uocis claritatem. Chalix lapidis genus, ex quo deducitur ignis. Chelidonia hirũdinum colore eſt, & alia parte purpurei coloris, nigris interpellantibus maculis. Inuenitur in uentribus hirundinum. Chelonites, ut inquit Plinius, oculus eſt Indicæ teſtudinis: nitet purpureo uarioq́; calore. Chelonitides eſt teſtudini ſimilis, aureis quibuſdam guttis inſignis. Cheramides eadem eſt, quam Oſtraciten uocant: niſi quòd hanc cœruleæ interdum bullæ cingunt. naſcitur in Mauritaniæ campeſtribus. Chius eſt colore nigro, & igneus. quarè inter Carbunculos numeratur. Chlorites herbacei coloris eſt. Choaſpites à flumine dicta, eſt uiridis & aurei fulgoris. Chola Smaragdi genus in Arabia, & ædificijs includitur. Chryſites gemma eſt, quę alio nomine Philogynos dicitur, oſtreæ ſimilis Atticæ: inuenitur in Aegypto. Chryſocomus lapis, quo probatur aurum adulterinum & nothum, ſi illi atteratur, oſtẽditurq́; purum & immixtum numiſma.. Chryſolampis nocte igneus, die pallidus eſt: lux celat eum, prodit obſcurum. uocatur & Chryſotopſis. Chryſolectros aurei coloris eſt, ſed ad electri colorem declinans,

Chalix | Chelidonia. | Chelonites. | Chelonitides. | Cheramides. | Chius. | Chlorites | Choaſpites. | Chola. | Chryſites | Chryſocomus | Chryſolãpis. | Chryſolectros.

matu-

natutino aſpectu iucundior, citiſſimè ab igne
lagrat, adeò ut ignis ad hunc lapidem uiſum
ranſiliat. Chryſolithus ab auro nomen ſorti
ur. aureo enim colore translucet. Hos mittit
Aethiopia: ſed Indici præferũtur & Bactria-
ni, ſi uarij non ſunt. Arabici deterrimi ſunt,
quoniam turbidi ſunt & uarij, & fulgoris in-
erpellati nubilo macularum. Optimi ſunt, q
n collatione aurum albicare quadam argen
i facie cogunt. Inuenitur & in Germania in
ugis Miſniacis, & locis uicinis: ſed facilè
frangibilis eſt, & ſplendor ad candorem de-
clinat. Chryſopaſſus lapis auro ſparſus. Chry
opraſius porri uiriditatem habet, aureis inter
uenientibus guttis, undè & nomen habet, quē
aliqui Beryllorum generi adiudicarunt. Na-
ſcitur in Aethiopia, Africa, & Cypro. Chry-
ſoptorus gemma eſt ſimilis Chryſopraſio: li
mam admittit. Chryſophis aurum uideť eſſe.
Cinediæ lapilli inueniuntur in cerebro piſcis
eiuſdem nominis candidi & oblongi. Ciſſi-
tes naſcitur ad ſimilitudinem folij hederę can
dicantis, & uidetur intus habere partum, qui
ſentiatur etiam ſtrepitu. Corallium formam
habet fruticis, colorem ſub aqua uiridem. bac
cæ eius candidæ ac molles, extra rubeſcunt,

Chryſolithus. Chryſopaſſus. Chryſopraſius. Chryſoptorus. Chryſophis Cinediæ. Ciſſites. Coralliũ.

induranturq́ ceu corna ſatiua magnitudine & ſpecie. Aiunt tactu lapideſcere protinus, ſi uiuat: itaq́ occupari euelliq́ retibus, aut acri ferramento præcidi. à quo & Corallio quaſi Curallio, ἀπό τῆς κόρας, nomen inditum eſt. Probatiſſimum eximiè rubet, & quàm ramoſiſſimum eſt, nec ſcabioſum aut lapideũ. Adligatum infantibns, tutelam eorum habere creditur.

Corcallis. Corcallis modò nigro, modò cœruleo colore eſt.

Corneolus. Corneolus reperitur apud fluuiũ ſui nominis, & circa Rhenũ. ruber eſt, & perlucidus, ſed obſcuri coloris, inciſæ carni ſimilis. Si quis cum puluere eius dentes fricet, albeſcunt, & omnes abiguntur ſordes.

Cos. Cos lapis quo cultri acuũtur.

Craterites. Craterites inter Chryſolitum & electrum colorem habet præduręnaturæ.

Crecos. Crecos gemma nigra, piri ſpeciẽ imitatur.

Crocias. Crocias à croci ſimilitudine ſic dicta.

Cryſtallꝰ. Chryſtallus eſt albi coloris. naſcitur ex aqua cõgelata diurna frigoris caloriſq; ui. Plinius nihil aliud dicit eſſe Cryſtallum, quàm glaciem ex cœleſti humore paruaq́ niue uehementiùs concretã, undè & Græci nomen dedere: nec alibi reperiri credit, q̃ ubi hybernæ niues maximè rigent. Cui ſententię refragatur Solinus, eò ꝙ in Cypro & Alabãda regione

gione, Aſiæ locis admodùm calidis,genere-
ur quoq;. Sunt itaq;,q nõ uehementia frigo-
is in glaciẽ conuerti putãt: ſed uirtute terre-
ſtri, aſtrorũq; potẽtia indureſcere inſtar aquę
congelatæ, Indicus Cryſtallus omnibus præ
ertur: uiliſſimus circa Alabandam & Ortho
iam, & in finitimis montibus naſcitur. Lau-
datior qui in Alpium iugis, & in Germania re
peritur. Eſt caloris impatiẽs, nec aliud quàm
rigus ferre poteſt. Cyamea nigra eſt, quę fra
ta fabæ ſimilitudinem ex ſe parit. Cyaneus
x Iaſpidis genere cœruleo colore. Optima
ſt Schytica, deinde Cypria, poſtremò Aegy
tia. Theophraſtus hãc gemmam in marem
& fœminam diſtinguit. Officinæ eam hodiè
Turciam uel Thoricum uocant. Cynacus la
is è Schytia eſt optimus, ſi cœruleo coruſca
it. Diuiditur in marem & fœminam. Fœmi
is nitor purus eſt, mares puluiſculus punctu
s aureis ad gratiam interlucentibus uariat.

Cyamea. Cyaneus. Cynacus.

Quæ à D *ordiuntur.*

DAphnia gemma comitialibus morbis utilis exiſtimata. Diadochos Beryl-
o ſimilis eſt, gemma tam pura, tantæq; ſyn-
eritatis ex propria natura, ut cadauerum
neque-

Daphnia. Diadochos.

Dionyſia. nequeat ferre impuritatem. Dionyſia nigra ac dura, mixta rubentib⁹ maculis, quę in aqua trita odorem uini facit, & ebrietati reſiſtere putatur. Nomẽ habet à Dionyſio Bacchi cognomento. Diphris. Diphris duplex eſt, candida ac nigra, mas & fœmina. ferunt hanc morbis comitialibus utilem eſſe. Dracõtias ſiue Draconites. Dracontias ſiue Draconites lapis ex cerebris draconũ exciditur: ſed non gemmaſcit, niſi uiuentibus detrahatur. Nam ſi obeat priùs ſerpens, cum anima ſimul euaneſcit duricies ſoluta. Vſu eius Orientis rêges præcipuè gloriantur, quanquàm nullum lenocinium artis admittat ſoliditate, & quidquid in eo nobile eſt, non alterius quàm naturæ opus eſt. Marſilius Ficinus teſtatur, ſe uidiſſe Florentiæ hunc lapidem ex India aduectum, rotũdum ad numi figuram, punctis ordine quàm plurimis, quaſi ſtellis naturaliter inſignitũ, qui aceto perfuſus, admouebatur parũper in rectũ, imò in obliquũ, mox ferebatur in gyrum, donec exhalaret uaporem aceti. Sotacus author docet quibus modis intercipiatur: Præſtantiſſimi, inquit, audacia uiri explorant anguium foueas, & receptus: indè præſtolati ad paſtum exeuntes, præteruectiq; bigis, ſpargunt ſomnifica medicamenta. Ita

omno obſopitis caput amputant, & lapidem exſecant. Dryites è truncis arborum prouenit, & ligni more ardet. Dryites

Quæ ab E incipiunt.

Echites colorem habet uiridem ſubobſcurum, uiperijs maculis immixtis. Elatites ſpecies eſt Hæmatitis: quæ cruda inutilis eſt, cocta uerò utilis ambuſtis. Electrum ſuccini genus, in inſulis Septentrionalis Oceani genitum, & ad littus ui tempeſtatum adactum: inuenitur quoq; in alijs locis. Naſcitur autem effluente medulla ex pinei generis arboribus, ceu gummi è ceraſis. denſatur rigore maris: à Germanis Gleſſum dicit͂, à Latinis Succinum. Sunt eius genera quàmplurima, quæ pro facie nomen habent. Aliud candidum, aliud fuluum & translucens, aliud cæreum, aliud falernum à clore mellis aut uinio. Infantibus pro amuleto alligatur, contraq́; lymphationes cuicunq; ætati. Encardia dicitur & Cardiſce, tres habet ſpecies: unam in qua nigra cordis effigies eminet. Altera uiridi colore cordis ſpeciē repræſentat. Tertia nigrum cor oſtendit, reliqua ſui parte candida. Enorchis Echites Elatites Electrum Encardia

chis candida eſt, diuiſaq́ꝫ fragmentis, teſtium
Enhydros effigiem repręſentat. Enhydros lapis ab aqua
uocatus, ſemper eſt rotunditatis abſolutę, can
didus & leuis: ſed ad motum fluctuat intus
in eo, ueluti in ouis liquor: magnitudinis
eſt auellanæ nucis. Ex hoc lapide continuæ
guttæ aquarum manant. mutat enim ob ni-
miam ſuam frigiditatem aërem ſe tangētem
Epimelas in aquam. Epimelas eſt candida gemma, in
Erotylos. qua ſupernè nigricat colos. Erotylos ſilici ſi
Eumetes. milis. Eumetes in Bactris naſcitur: & hæc ſi
lici ſimilis, quę capiti ſuppoſita, nocturna uiſa
Eumetres ad oraculi ſimilitudinem reddit. Eumetren
Beli gemmam Aſſyrij adpellant, porracei co
Eupetalos. loris, ſuperſtitionibus gratam. Eupetalos ig-
neum imprimis colorem habet: ſed cæruleo,
Eureos. mynij, ac mali coloribus admixtis. Eureos
Eurocias. nucleo oliuæ ſimilis eſt. Eurocias ſitu uidetur
Euſebes. operire nigritiam. Euſebes gemma, ex qua
Exhebenus. Tyri in Herculis templo facta ſêdes, ex qua
facilè Dij ſurgebant. Exhebenus ſpecioſa
gemma eſt & candida, qua aurifices aurum
poliunt.

Quæ à G incipiunt.

Gagates

GAgates niger eſt, planus, leuis, ac nullius Gagates.
ferè ponderis: primùm in Gagate fluuij
omine in Sicilia repertus, undè & nomē ha
et. In Anglia etiam abundat. Hic igni admo
is ardet, & in urendo bituminis odore ſen
tur. Attritu calefactus detinet paleas. Gaga-
omeus pelli capreoli ſimilis. Aiunt eos eua Gagatromeus.
ere uictores, qui hunc geſtant: idq; comper
m eſſe ab Alchite quodam principe, quem
im ſecum habuerit hunc lapidē, uiciſſe do-
i forisq;: quādo uerò caruerit, hoſtibus ſuc
ibuiſſe ferunt. Galactites lapis colore & etiā Galactites.
pore lactis inſtar eſt, tritusq; colorem lacte
n emittit. nomen habet ἀπὸ τοῦ γάλακτος,
eſt, à lacte. In educatione nutricibus lactis
ecunditatem, infantium quoque alligatus
llo ſaliuam facere dicitur. In ore poſitus li-
ieſcit, memoriamq; adimit. Mittit eum Ni-
s & Achelous. Dicitur quoq; Galaxia, & à
iibuſdam Leucogagea, & Leucographia,
Sinephites. Galaicos Argyrodamanti ſimi Galaicos.
, paulò ſordidior: inueniuntur bini uel ter-
. Gaſidanem Medi mittunt, coloris olori- Gaſidanes
, ueluti floribus ſparſam: naſcitur & in Ar-
llis. Hæc gemma concipere dicitur trime-
i ſpacio, & intrà ſe partum fateri concuſſa.

Gemites

Gemites. Geniana. Geranites. Gloſſopetra. Gorgia.

Gemites ueluti candidas manus inter ſe com-plexas habet. Genianam inimicorum pœnas efficere aiunt. Geranites ſimilitudinem habet colli gruis. Gloſſopetra linguæ ſimilis huma-næ. Magi putant eum in terra non naſci, sed deficiente luna cœlo cadere. Gorgia nihil aliud eſt quàm Corallium.

Quæ ab H *incipiunt.*

Hæmatites. Hammocryſus. Hammõis cornu. Hamnites. Heliotropius.

HAematites ſanguineo colore eſt, undè et nomē habet. Quòd ſi teratur, ſanguinē reddit. Probatiſſimus, qui friabilis, ruber aut niger eſt, in ſeipſo durus & inęqualis, qui nul-las habet admixtas ſordes, nec lineis aliqui-bus uariatur. Optimus in Aethiopia naſcitur: in Arabia & Africa etiam inuenitur. Hammo-cryſus arenarum ſimilitudo eſt, uelut auro arenis mixto. Hammonis cornu inter ſacra-tiſſimas Aethiopiæ gemmas habetur, aureo colore, arietini cornu effigiem reddēs. Ham-nites ouis piſcium ſimilis eſt, ſed prædura. He-liotropius gemma porracei coloris eſt, ſed ſanguineis uenis diſtincta. Eminētiſſima eſt, quæ ex Athiopia aut Lybia uenit. Cauſam ha-bet nominis; quoniam deiecta in uas aquę ful-

gorem

;orem Solis accedentem percuſſu ſanguineo
nutat, maximè Aethiopica: eadẽ extra aquã
peculi more Solẽ accipit, depræhẽditq́ defe
ctus, ſubeuntẽ lunã oſtendẽs. Hepatites à io- Hepatites
inore nomẽ habet. Hepheſtites, ſiue Epiſtri Hepheſtites.
es ſpeculi naturã habet in reddẽdis imagini-
us, rutilãs & rubicũdus eſt. Quòd ſi in aquã
ruẽtem fuerit proiectus, eã frigidã efficit, &
Sole materię aridæ additus accẽdit eã. Na-
itur in Coryco. Hexecõtalithos lapis ita di- Hexecontalithos.
us, q sexaginta gemmarum colores in paruo
us orbiculo habeat: ἑξήκοντα enim ſexaginta,
θος lapis eſt. Reperitur in Troglodytica
gione. Hieracites à colore accipitris nomẽ
bet: ſed maioris uirtutis eſt, quàm coloris. Hieracites.
ormeſion ex igneo colore radiat, auro in- Hormeſiõ
tus in extremitate candidam lucem red-
t. Horminodes ex argumento uiriditatis Horminodes.
nbiente circulo aurei coloris. Hyacinthus Hyacinthus.
bro colore diluto, flori, à quo nomen acce
,oppidò quàm ſimilis, primo'que aſpectu
atus: ſed euaneſcit antequàm ſatiat. Pellit
ibecillitatem cordis, & pollet contra uene-
,& peſtilentes tractus. Tres eius ſunt ſpe-
s: Prima & potiſſima rubri coloris, quæ ſu
raddita prunis, magis rubeſcit. Secũda cro

cei coloris eſt,& in igne obſcuratur. Tertia cœrulei coloris, quam Aethiopia mittit, & ignem non fert. Hæc gemma ſculpturis minimè accommoda eſt. Adamante tantùm ſcribitur & notatur. Hyænia ex oculis hyænæ tollitur,uel,ut alij dicunt, ex fronte.

Hyænia.

Quæ à litera I incipiunt.

Iaſpis.

IAſpis, Latinè uiridis ſonat: alius uiridi colore Smaragdi eſt, alius glaciem repræſentat ſaliuæ ſimilis: aërius alius, fumoſus alius,ueluti fumo denigratus: Aſſyrius uocatur alius, albeſcentibus per tranſuerſum lineis renidens;alius poſtremò à Terebynthinæ reſinę colore Terebynthiſon dictus, Calai gemmę ſimilis. Omnia hęc genera in Germania reperiuntur,& alijs multis locis. Adalligantur pro amuletis, priuatimq́ femoribus prægnantium ſi admoueantur, puerperij celeritatem facere dicuntur. Icterias cutolurido ſimilis: ideo exiſtimatur ſalubris contra regios morbos. Eſt & alia eodem nomine liquidior. Tertia folio uiridi ſimilis, latior prioribus,penè ſine pondere uenis luridis. Quartum genus in eodem colore nigris uenis deſcenden-

Icterias.

:endentibus. Idæi dactyli in Creta ferreo co ore pollicem humanum exprimunt. Ignari- s lapis dicitur, ex quo ignis excutitur. Sunt ui putant hunc eſſe eiuſdem ſpeciei cum Py te. Ignites lapis eſt uitrei coloris, qui fronti dligatus omnem ſanguinis fluxum ſtringe- : conſueuit: incendia etiam exſtinguit. Indi- ı, regionis nomen habet, ſubrufo colore, in tritu ſudorem purpureum emanat. Alia eo- em nomine candida, puluereo aſpectu. Ion olacea gemma eſt apud Indos. Nam Ion olam nominant. Eſt autem ſpecies Carbun li. Iouis gemma candida eſt, tenera, & non onderoſa. Iris nomen habet, quoniam figu- m & colorem Iridis arcus cœleſtis pluri- ùm imitetur. Hæc, ut inquit Plinius, ſub te- o percuſſa Sole, ſpecies & colores arcus cœ tis in proximos parietes eiaculatur, ſubin- mutans, magnaq; uarietate admirationem augens. Eaſdem cum Beryllo creditur ha re uirtutes, niſi quòd tantæ non inuenitur antitatis. Effoditur in quadam inſula rubri aris. Reperitur &, Alberto teſte, in monti- s Germaniæ, qui ſunt inter Rhenum fluui- n & Treuerenſem ciuitatem. Optima eſt, æ maximos arcus facit, ſimilimos cœleſti

Idæi dactyli. Ignarius. Ignites. Indica. Ion. Iouis gemma. Iris.

bus. Eſt quoq; alia Iris cæterę ſimilis, ſed præ dura, quam crematam tuſam'q; ad ichneumo num ſerpentum morſus remedio eſſe dicũt.

Quæ ab L auſpicantur.

Leontius
Lepidotes.
Lesbias
Leucochryſos.
Leucopetalos.
Leucophthalmos.
Leucoſticos.
Libanochos.
Libicõtes
Lipares.
Lithargyrus.
Lithocolla.
Lichnites

LEontius à leonis pelle dicitur. Lepidotes ſquamas piſcium uarijs coloribus imitatur. Lesbias Lesbi patriæ nomen habet: inuenitur & in India. Leucochryſos fit Chryſolito interalbicante. Leucopetalos candorem niuis ex auro diſtinguit. Leucophthalmos candidam nigram'q; oculi ſpeciem continet, aliâs rutila. Leucoſticos lapis in Aegypto ruber, candidis interuenientibus punctis. Libanochos thuris ſimilitudinem oſtendit, ſed ad ſuccũ mellis. Libicontes carbunculi ſiue gemmæ, quæ languidiùs lucent. Lipares in inſula Liparia inuenitur, qui ſuffitus omnes beſtias euocat, & ad ſe trahit. Lithargyrus lapis argenteus. Lithocolla glutinũ, quo lapides cõiunguntur. fit enim ex lapide Pario, aut Marmore cum taurino glutino. Lychnites prouenit in India: cuius lucis uigorem flagrãtia excitat lucernarum, qua ex cauſa λυχνίτην Grȩci uocauêre. Duplex ei facies: aut in purpureã emi-

emicat claritatem: aut meracius ſuffunditur cocci rubore per omne intimum ſui: ſi quidē pura ſit, inoffenſam admittit perſpicuitatem. hanc quidam remiſſiorem Carbunculum dixêre: noſtra ætate Rubinum uocāt: contumaciter ſculpturis reſiſtit. At ſi quando ſculpta eſt, dum ſigna imprimit, quaſi quodam animalis morſu, partem cæræ retentat. Si radijs Solis excanduit, uel ad calorem attritu digitorum excitata eſt, paleas, aut chartarum folia ad ſe trahit. Lycophthalmos quatuor eſt colorum, ex rutilo & ſanguineo, in medio nigrum candido cingitur, dictus à luporū oculis. Lydius ſeu Heraclius, qui attritu aurū atq; argentum cuiuſmodi ſit arguit. Sunt autē modici, quaternas uncias longitudinis, binasq; latitudinis non excedentes. Iis coticulis periti, cùm è uena lima ceperint experimētum, protinus dicunt quantum auri ſit in ea, quantum argenti, uel æris, ſcrupulari differentia, mirabili ratione non fallente. Vocatur & Coticula, ſiue Index. Lyncurium: hanc gemmā Hieronymus ingenuè fatetur ſe non potuiſſe reperire apud authores, qui de his tradiderunt. Nec mirum eſt, hominem tantum, tantulum aſſugiſſe lapillum, quum aliquoties non ui-

Lycophthalmos.

Lydius.

Lyncuriū

deamus & id,in quod incurrimus. Memini huius Theophraſtus. Naſcitur autem ex urina lyncis,undè & nomen habet. λύγξ animal eſt, ὄυρ☉ urina. Ea eiecta protinus concreſcit in gemmam. Sed inuidum animal egeſtā urinam ſtatim terra operit, ne poſſit ab homine inueniri, ad multa efficax medicamenta. Valet enim ad elidendos ueſicæ calculos, & aduerſus morbum regium, ſi geſtetur, aut ex uino bibatur. Haud eſt diſſimilis Electro, ſiue Succino. Attrahit autem non ſolùm feſtucas & lignum, uerùm etiam ferrum, ſi ſit tenuius. Theophraſtus huius rei citat authorē Dioclem. At Plinius neutri credit hac in re, & negat unquàm hoc nomine gemmam uiſam. Sed hoc falſum eſſe, conſtat ex Exodi libro, & Ezechiele, in quibus huius lapidis mentio fit. Lyſimachus Rhodio marmori ſimilis eſt, aureis uenis. Politur ex marmore, amplitudine in anguſtias coëunte, ut inutilia exterantur.

Lyſimachus.

Quæ à litera M incipiunt.

Magnes.

MAgnetem, inquit Auguſti. lapidē eſſe nouimus mirabilē ferri raptorē: q̊d cū primùm uidi, uehementer exhorrui. Quippe cerne-

ernebam à lapide ferreum anulum raptum,
tq; ſuſpenſum,deniq;, tanquàm ferro,quod
apuerat, uim ſuam dediſſet, communemq;
eciſſet,idem anulus alteri admotus eſt, eun-
lemq; ſuſpendit.ſic acceſſit & tertius,& quar
us.iamq; ſibi per mutua circulis nexis, non
nplicatorum intrinſecus, ſed adhærentium
xtrinſecus,quaſi catena pependerat anulorum.
Quis iſtam uim lapidis non ſtuperet, quę illi
on ſolùm inerat, ſed etiam per tot ſuſpenſa
anſibat,& inuiſibilibus ea uinculis ſubliga-
it? Hæc ille. Hoc miraculum Plinius attollit
is uerbis: Quid lapidis rigore pigrius? Ecce
nſus manusq; tribuit illi. Quid ferri duricia
ıgnacius? Sed cedit, & patitur mores,trahi
rq; à Magnete lapide: domitrixq; illa rerũ
nnium materia,ad inane neſcio quid currit,
q; ut propiùs uenit,adſiſtit,teneturq;,& cõ-
exu hæret. Sideriten ob hoc alio nomine
pellant: quidam Heracleon. Inter multas
agnetis ſpecies Aethiopicum commemo-
nt attractu uſqueadeò efficaci, ut non ferrũ
odò, uerùm etiam alium Magnetem ad ſe
hat. Probatiſſimus, qui ferrum facilè tra-
,colore ad cœruleũ inclinato, dẽſus item,
c magnopere ponderoſus. Margaritæ na- Margarita.

ſcuntur in conchis marinis puriſſimis: quæ ubi libidine ſtimulantur, pandunt ſeſe, & quodam roſcido conceptu grauidæ fiunt: deinde pariunt margaritas pro qualitate roris accepti. Si purus influxit, candore conſpicuæ fiũt. Si turbidus, ſordeſcit & fœtus. Rubeſcunt quoq; Solis æſtu, candoremq́; perdunt: quarè Sole adueniente ſubſidunt. Senecta etiam flacceſcunt, & rugis torpeſcunt, nec niſi in iuuenta ille, qui quęritur, uigor conſtat. Tradunt huiuſmodi conchas examina facere: his duces eſſe, quæ uetuſtate & magnitudine præcipuæ ſunt: quibus captis, cęteras palantes retibus facilè includi. Nunquàm duæ margaritę ſimul reperiunt: ſed ſemper diſcretę, & unę, ideoq́; & Vniones dicuntur. Maximus in eis hominum luxus ſemper fuit. Has digitis ſuſpendere, & binas ac ternas auribus, fœminarum gloria fuit. Vltra ſemiunciales inuentas ueteres negant. Duos fuiſſe conſtat uniones, ob magnitudinẽ toto orbe celeberrimos. utrũq; Cleopatra regina Aegypti poſſedit: quorum cùm alterum, æſtimatum centies ſeſtertiûm, id eſt coronatis ducentis quinquaginta milibus, ex auribus detractũ, & in uaſculum aceti poſuiſſet, ſpectante Antonio, liquefactũ abſorbuit:

ɔrbuit: iniectaq́ꝫ altera manu, ut idem face‑et, à Planco prohibita fuit. Is poſteà uino diſ‑ectus in duas partes, in utriſq; auribus Vene‑is Romæ in Panthęo poſitus fuit. Nec id mi‑um, ſi Vnio omnis æui maximus, & omni‑ote bonitatis præſtantiſſimus, tanti ea ætate ſtimatus eſt, quia mundus auro & argento nagis exuberabat, & Vnionum inter gem‑nas prima, aut certè ſecunda erat indicatura: uum Budæus teſtetur ſe uidiſſe Margaritam uellanæ magnitudine, tribus aureorum mi‑bus emptam. Dictator quoq; Cæſar Vnio‑em Seruiliæ primo ſuo conſulatu ſexagies ſtertiûm, hoc eſt centum quinquaginta mi‑bus aureorum Gallicorum mercatus eſt. roueniunt in Oceano Indico, & in Britan‑co littore. Hodiè & in Germania in pleriſqꝫ cis inueniũtur. Imprimis autem probãtur, uæ circa Arabiam ſunt in Perſico ſinu ma‑s rubri. Meconites papauera exprimit. Me‑a ab inuentrice dicta, habet in nigro uenas rei coloris, ſudorem reddit croci, ſaporem tem uini. Medus à regione Medorum, ubi ures inueniuntur, nomen habet. hic tritus coctura medicinali, cũ lacte mulieris, quæ erum primo partu êdidit, & unctus, albugi

Meconites.

Medea.

Medus

nes oculorum curat, & omnem illorum dolorem. Verùm ſi quis ex eo biberit, pulmonẽ euomet. Melichrota mellei coloris eſt. Melitites in cunctis Galactiti ſimilis eſt: eo ſolùm differt, quòd dulciorem reddit ſuccũ. Memphites lapis calculorum magnitudine, pinguis, colore uario. Fertur hic tritus inunctusq́ue locis, quæ ſecanda urenda'ue ſint, ſine periculo aliquo omnem in eis ſenſum extinguere. Mennonia candidi coloris eſt. Magi miram huic uim adſcribunt. Meroctes porracei coloris, lacte ſudat. Meſoleucos mediam gemmã nigram alba diſtinguit linea. Meſomelas nigra linea diſtinguit albam gemmam. Mitrax roſeo colore, tamen Soli percuſſa coloribus micat uarijs. Prouenit in Perſia, & rubri maris montibus. Molochites à colore maluæ nomen accepit: uiret craſſiùs quàm Smaragdus: non translucet: infantium cuſtodiæ deſtinatur, innato contra pericula ipſorum medicamine. Morion Indica gemma, quæ nigerrimo colore translucet, in qua miſcetur & Carbunculi colos. uocatur Pramnion, & Myrmedia: habet quaſdam eminẽtias ſimiles uerrucis. Morochthus, quẽ aliqui à lacteo candore Galaxiã aut Leucographida uocant, in

Melichrota. Melitites. Memphites. Mẽnonia. Meroctes. Meſoleucos. Meſomelas. Mitrax Molochites. Morion. Morochthus.

Aegy-

Aegypto naſcit̃. Vtuntur eo lintearioꝝ offi-
cinæ ad candorem ueſtium: quoniam mollis
eſt, & facillimè diluitur. Myrmecites innatã
repentis formicæ effigiem habet. Myrrhites
Parthis familiaris eſt. hunc ſi uiſu æſtimes,
myrrhæ color eſt, & non habet quod adficiat
aſpectum. ſi penitus explores, & attritu inci-
es ad calorem, ſpirat Nardi ſuauitatem. Myr
ſinites melleum colorem nigricãtem habet,
& myrrhæ odorem.

Myrmecites. Myrrhites. Myrſinites.

Quæ ab N *&* O *incipiunt.*

NArciſſites narciſſi ſimilitudinẽ habet. Nasamonites lapis uniuerſus ſangui-
neus, nigris uenulis adumbratus. Nebrides
libero patri ſacra, nomen traxit à nebridum
ſimilitudine. Nilion colorem habet fumidæ
topazij. Nympharena ſimilis hippopotami
dentibus: urbis & gentis Perſicæ nomen ha-
bet. Obſidiana nigerrimi coloris eſt, & ali-
quando translucidi. Naſcitur in India, Italia,
Hiſpania, & maximè in Aethiopia. Ombria,
quã aliqui Notitiam adpellant, cadere cum
imbribus & fulminibus, ſicut Ceraunia &
Brontia dicitur: eundẽq; effectũ habere, quẽ

Narciſſites. Naſamonites. Nebrides. Nilion. Nympharena. Obſidiana. Ombria.

Bron-

Onyx. Brontia dicitur. Onyx lapis dictus, quòd ha beat in ſe permixtum colorem in ſimilitudi nem unguis humani. Inuenitur autem tanta magnitudinis, ut hinc pocula & unguentari uaſcula ſculpantur. quarè à priſcis dubitatur eſt, an inter gemmas cenſeri debeat.

Opalus. Opalu habet Carbunculi ignem tenuiorem, Ame thyſti purpureũ fulgorem, & Smaragdi gra tiſſimam uiriditatem, & cuncta pariter incre dibili mixtura lucentia: magnitudinis auell nę eſt. Naſcitur in Aegypto, Arabia, & uiliſſi ma in Ponto.

Ophicardelus. Ophicardelus, in quo nigrũ co lorem binæ lineæ albæ includunt.

Ophites. Ophite marmor eſt ſerpentium maculis ſimile, à qu & nomẽ habet. Alius eſt colore nigro, & gr ui odore, alius cinereo colore, & punctis ua riatus, alius incurrentibus candidis lineis. Omnes contra ſerpentium morſus, & capiti dolores, alligati utiles ſunt.

Ophthalmius. Ophthalmius u rĳs coloribus diſtinctus eſt: ſed tot uirtute habet, quot colores.

Orites. Orites uocatur à quibu dam Siderites. Tres habet ſpecies, quarũ un nigra eſt, & rotunda: alia uiridis, maculam h bens albam: tertia, cuius pars altera aſper eſt, altera plana, & color eſt quaſi ferri lam na.

Oſtracites. Oſtracites teſtæ ſimilitudinem habet, cr

ſtacei

taceus,facileq́ſciſſilis. Vtũtur eo in leuigan
la cute mulieres pro pumice. Fragmentis
ius aliæ gemmæ ſcalpuntur. Eſt & alia eius
pecies Achatæ ſimilis, niſi quòd Achates po
tura pingueſcit.

Quæ à P incipiunt.

PAeanites,ſiue Pæantes, quidam Gemo- nida uocãt,gignitur in Macedonia. Spe- es eius eſt aquæ glaciatæ. hunc & concipe- ,& párere, & parturientibus opitulari pu- nt. Pæderotes lapis, in quo congruit quid- uid in aliȷs eximiũ eſt, quadam decoris præ gatiua. Vndè & nomen retinet. Chryſtal- ium lucet,rubet purpuram, in orarum exti is corona crocea uelut è liquido renitente. ac ſuauitate oculos adficit, uiſum illicit,de- iet intuentes. Contra neruorum moleſtias odeſt. Laudatiſſima eſt Indica, ubi Arge- n uocatur: proxima Aegyptica, ubi Seni- nominatur:tertia in Arabia,uerùm ſcabra ouenit:molliùs radiat Pontica & Aſiatica: olliores uerò ſunt Calletica, Thraica, &Cy ia. Panchros ex omnibus ferè coloribus nſtat. Paneros,cui addita fœcũditas exiſti- ıtur: Quidã Panſebaſton uocãt. Panthau- rus

Pęanites, ſiue Pęan tes.

Pęderotes

Panchros

Paneros.

rus ignei fulgoris eſt,& omnium in ſe lapidū uirtutes continet. inuenitur in India. Panthe-

Panthers rus uarios habet colores, à panthera fera di-

Paranites uerſi coloris dictus. Paranites gēmæ ſpecies,

Pardalius quæ & Sapinos dicit̃. Pardalij lapilli ſunt ful-

Perileucos uij coloris. Perileucos, quę ex ore ipſius gemmę ad radicē uſq; candidū quaſi filum habet.

Phlogites Phlogites oſtenſtāt intrà ſe quaſi flāmas ęſtu-

Phrygius antes. Phrygius lapis, quo tingēdis ueſtibus in Phrygia utuntur, undè & nomen inuenit, naſcitur in Cappadocia. Probatiſſimus, q pallet, mediocriter ponderoſus, & inæquali coloris cōcretione eſt: candidas ſiquidem cadmię modò uenas habet.

Phycites. Phycites apud Indos inuenitur, algę ſimilitudinem, & colorē phuci habēs.

Polygrāmi. Polygrammi gemma multis lineis diſtincta.

Polyzonos Polyzonos nigra eſt multis zonis candicantibus.

Polytrix. Polytrix in uiridi capillat̃, ſed

Pontica. defluuia comaꝝ facere dicitur. Ponticarū plura ſunt genera: quædā nunc ſanguineis, nunc atris guttis ſtellata eſt, quæ inter ſacras habetur. Alia eiuſdem coloris: ſed pro ſtellis lineas habet. Alia montium conuallium'que effigiem continet.

Praſius. Praſius plebeia gemma colorem habet, qualem Phraſion, hoc eſt Marrubium. cuius genus alterum ſanguineis

puncti

punctis, alterum uirgulis candidis diſtinctū
ſt. Habet quaſdam Iaſpidis, & quaſdam Sma
agdi operationes. Generatur in India, Ger-
naniaq; præcipuè in locis quibuſdam Mi-
niæ, & ab illis, qui metalla fodiunt, inueni-
ur. Pumex lapis uulgaris, & cauernoſus, qui Pumex.
d corpora leuiganda laudatiſſimus eſt. Py- Pyrenæ.
enæ ab oliuæ nucleo dicta eſt. huic aliquan-
o ineſſe piſcium ſpicæ uidentur. Pyrites ni- Pyrites.
er eſt, & ponderoſus: percuſſus ſcintillat. no
ien habet ab igne: ſi enim digitis atteratur,
os adurit.

Quæ ab S incipiunt.

SAgda gemma uiridis, lignum ad ſe tra- Sagda.
hens, quemadmodùm Magnes ferrum.
aud facilis repertu, ni ipſa ut perhibent, ca-
ſſendā ſe daret. Nanq; ingēita ſpiritus effi-
cia ſupermeātes naues è profundo petit, &
rinis ita tenaciter adcorporat, ut niſi abraſa
rte ligni, ęgrè ſepararet. Samothracia eiuſ- Samothracia.
m nominis gemmam dat nigram, & ſine
ndere, ligno ſimilem. Sandaſtros cogna- Sādaſtros
Carbunculo eſt, quam aliqui Garamanti-
uocant. Naſcitur in India in loco eiuſdem
minis, & in Arabia meridiem uerſùs.

Sum-

Summa cõmendatio eſt, quòd uelut in tranſ-
lucido ſtellantes, intus aureæ guttæ fulgent.
Et hæ ferè ſtellarum hyadum & numero, &
diſpoſitione ſtellantur. Sunt in eo genere ma-
res uigore quodam & auſteritate à fœmini-
diſtincti. In fœminis eñ eſt blandior flam-
ma, alliciens magis ac accedens, & hoc præ-
ſertim in Indicis. quanquam alij Arabicas In-
dicis præferant. ſed hæ fumidæ ſunt, quod eſt
Sapphir9. uicium in gemmis. Sapphirus aureis puncti-
collucet, & cœli colorem habet: denſus eſt
non pellucidus, nec unquàm quantumcunq;
purus, imaginem in ſe ut ſpeculum oſtendit.
Sarcites. Optimi apud Medos inueniuntur. Sarcite-
bubulas carnes pręſentat. Sardius, Plinius Sa-
Sardius. dam adpellat, teſtaturq; à Sardibus primùm
repertam: ſed laudatiſſima poſteà in Babylo-
nia inuẽta: dehinc q̃plurimis locis alijs. gem-
ma uulgaris hodiè, ſed ſignandis cęris aptiſſi-
ma. quoniam ſculpta partem cęræ nõ aufert.
Sardonyx rubra eſt & translucida. Sardonyx, à patri-
dicta uidetur, Hieronymo à Sardinia, quum
Plinius palàm autumet dictam quaſi Sarco-
nycham. Nam σάρξ caro, & ὄνυξ unguis eſt,
quòd uelut unguem hominis carni impoſit-
repræſentet. Hæc eſt gemma illa ſignatoria
quam

iam Polycrates ab inuidia fortunæ ſe redi-
ere credens, uolens proiecit in ęquor. Erat
im ea gemma tyranno omnium rerũ gra-
ſima. Quinto, ſexto'ue die quum hæc acta
nt, piſcator quidam captum eum piſcem, q
olycratis gemmam caſu abſorbuerat, Poly
ati dono detulit: in cuius aluo ea gemma re
rta eſt. Habet hic lapis terræ rubræ ſimili-
dinem, medietatem circuit limes candicãs.
ptima eſt, ſi nec colorem ſuum ſpargat in
oximũ, nec ipſe ex altero mutuet. Quòd ſi
insluceat, uicio uertitur: ſi perſpicuitatẽ ar-
it, proficit ad decorem. Sculpta cęrã non
fert. Sauritẽ in uentre uiridis lacertę, harũ-
ie diſſectę, tradunt inueniri. Scarites, Scari
cis colorẽ habẽt. Schiſtos naſcit in Hiſpa-
e Iberia. Probatiſſimus luteo croci colore,
:abilis, et in ſeipõ facilimè ſciſſilis: ſimilis eſt
imoniaco .i. harenario ſali, lineas pectinũ
ore habet. Eiuſdẽ cũ Hæmatite uirtutis eſt,
noris tamẽ efficaciæ. Scorpites ſcorpionis
: effigiẽ, aut colorẽ habet. Selenetes nomẽ
bet à luna, quę Gręcis σελήνη dicit: ex candi
transiucet melleo colore, cuius candor in
ior cum luna creſcit atq; deficit. Siderepe-
s nigra eſt, multis uariãtibus guttis. Siphni

Saurites
Scarites
Schiſtos
Scorpites
Selenetes
Siderepecios.
Siphnius.

Smaragdus.

us oleo excalefactus dureſcit,alioqui molliſ
ſimus eſt.Smaragdus à lucido uirore dicitur
μαίρω Gręcè luceo:futurũ μαρῶ. indè deriua
tiuum uerbum μαράσσω & σμαράσσω, hin
uerbale σμάραγος,& additiõe δ σμάραγδος
Viret autem hæc gemma ultra aquaticũ gra
men ultra amicas herbas, adeò ut oculos, q
ſplendor alterius gemmę retuderit,Smarag
di recreent,exacuãtq́; Probantur hoc pacto
ſi aſpectum tranſmittãt, ſi proximum ſibi in
ficiant aëra repercuſſu,non umbra,non ſole
non lucernis mutatæ, ſed ſemper ſenſim rad
antes,&ad craſſitudinem ſui uiſum admitte
tes facilitate translucida. Genera duodecin
ſunt. Præcipua eſt Schytica, q̃ nullis minu
uicij ineſt:& quantũ Smaragdi à cæteris gen
mis diſtãt, tantum Schyticę ab alijs Smarag
dis:ſuntq́; ea duritia, ut nequeant uulnerari.
Proximam laudem habent Bactrianæ, qua
in commiſſuris ſaxorũ Eteſijs flantibus colli
gunt.tunc enim detecto ſole, facilimè intern
tent: q̃a his uentis maximè arenæ mouentur
ſunt tamen multò minores Scythicis. Terti
locum Aegyptiæ habent,quæ eruuntur circ
Copton, oppidum Thebaidis in collibus &
cautibus.hæ alacriter uirentes ſunt,nõ tame

acilè puræ aut concolores. Reliqua genera
n metallis ærarijs inueniũtur, quos Chalco-
maragdos uocant. Ex his principatũ Aegy-
tiæ tenent, dosq́ꝫ earũ eſt in colore liquido,
ec diluto, uerùm ex humido pinguiq́ꝫ con-
piciuntur, imitantes translucidũ mare. Quæ
on omnino uirides naſcuntur, uino & oleo
ieliores fiunt. Smaragdum contra uenena
otam remedio eſſe, contagiaq́ꝫ peſtilentiæ
llere tradunt, preſeruareq́ꝫ à comitiali mor
infantes, ſi collo adligantur. Smiris lapis, Smiris
o gemmas anularij exterunt, facit ad humẽ
gingiuas, & dentifricijs accõmodatus eſt.
lis gemma percandida eſt, ad ſpeciem ful- Solis gemma.
di ſideris, rutilosq́ꝫ ex ſe iacit radios. Specu Specularis lapis.
is lapis dictus eſt, qui ad ſpeculi ſimilitu-
iem lucet, atque imaginem reddit: finditur
enuiſſimas cruſtas. Spongitę lapides ſunt, Spõgites.
i in ſpongijs naſcũtur. Quidam eos Cyſto
ios uocant: quia ueſicæ medeantur, & lapi
s in ea comminuant. ſed id falſum eſſe ait
lenus: uerùm adſerit eos lapides in renibꝰ Steatites.
ùm rumpere. Steatites ſimilitudinem ſeui Synodontites.
endit, quod Græci σέαρ uocant. Synodon
s è cerebro piſcium eſt, qui ſydotes appel Synochitides.
ır. Synochitides nigra gemma, qua necro

mantici inferorum imagines euocare ſolent. Syringites ſtipulæ internodio ſimilis eſt, & perpetua fiſtula cauat. Syrtites in littore Syr-

Syrtites

tium, iam quidē in Lucania, inuenitur, melleo colore croco refulgens, intus ſtellulas continet languidas.

Quæ à T V & Z incipiunt.

Taos. Tecolithos.

TAos pauoni ſimilis eſt, τάως pauo græcè dicitur. Tecolithos oliuę nucleo ſimilis, candidus, eleganter & concinnè confectus, lineis inter ſe æqualibus uelut torno factis, frangit pellitq; calculos: undè & nomē habet, τή-κος calculus, λίθος lapis eſt. Dioſcorides Iudaicum lapidem nominat: Nomen, inquit, à gente cui naſcitur.

Telicardios.

Telicardios gemma colore cordis exſiſtens. Perſis maximè grata, qui & muculam adpellant.

Telirrhizos.

Telirrhizos colore coccino, candidis radicibus ſpectat.

Tephrites

Tephrites nouę lunæ ſpeciem habet curuatæ in cornua, q̃uis cinerei coloris.

Thracias.

Thracias naſcitur in Ponto Scythię fluuio. Fertur q; in bitumini fit: accenditur aqua, oleo autem reſtinguitur. Et eſt trium generum: uiridis, pallidior, tertius ſanguineis guttis.

Thyites

Thyites in Aethiopia naſcitur ſubuiridi colore, Iaſpidem imitatus: cum diluitur, lacteo colore cōſpicitur. Erodit hi-

uali

lidiſſimè, eſtq́; illi præcipua uis purgandi. x hoc mortaria fiebant, unde & nomen ha- t θύεια eñ mortarium ſignificat. Topazius ridis eſt. Quidam dictam putant à Topa- o inſula rubri maris, quæ quoniam eſt ne- uloſa, cùm à nauigantibus ſæpè quęſita eſſet, nc nomen accepit. Nam τοπάσειν lingua rogloditarũ quęrere ſignificat. Eſt ampliſſi a gemmarum, & ſolùm ex nobilibus limam mittit, & uſu atteritur. Ariſtoteles ſcribit eã guinem ſiſtere, ſi uulneri imponatur. Tri- s niger eſt, ſed tres ſuccos reddit, à radice grum, à medio ſanguineum, à ſummo can- dum: uenit ex Aphrica. Trigles muli ſpe- m habet. Triophthalmus in Ionia naſcit, s hominis ſimul oculos exprimens. Vene crinis nitet nigro, internis ductibus oſten- ıs ruforum crinium ſimilitudinẽ. Vienta- Italica gemma eſt, Veijs reperta, nigrã ma iam diſtinguente limite albo. Vrites plena orientiq́; carboni ſimilis, ex quo potoria ua iunt. Zathene modò nigri, modò flaui ele i colore: quòd ſi teratur in uino palmeo & oco, cęrę more lenteſcit, odore magnę ſua- atis. Naſcitur in Media. Zeros cryſtalli ſpe s eſt, alba nigraq́; macula in tranſuerſum

Topazius

Tricus

Trigles

Triophthalmus.

Veneris crinis.

Vientana

Vrites.

Zathene.

Zeros.

Zmilaces

cryſtallum diſtinguẽte. Zmilaces in Euphra tis alueo legitur, ad imaginẽ marmoris Proconneſi, niſi q; in medio ùmbilico lapidis, glaucum uelut oculi pupula internitet. Zoro

Zeronyſios

nyſios in Indo flumine naſcitur: Magorum gemma narratur eſſe. Naſcũtur ſæpè gemmæ nouæ ac ſine nominibus, ut Lampaſci in metallis quædam inuenta, quæ propter pulchritudinem Alexandro rêgi miſſa fuit, ut author eſt Theophraſtus. Inſigniores lapillos ferè oẽs deſcripſimus hoc capite, & occulta quædam naturæ miracula, quæ illis inſunt, manifeſtauimus: ita tamen, ut ſuperſtitioſam efficaciam, quam magorum uanitas illis tribuit, non intermiſcuerimus. Quis enim non rideat in Gagate caſtitatem, in Sarda lætitiam, in Topazio ſecuritatem, ſi ſiniſtro brachio adligatus fuerit, in Hyacintho maris tranquillitatem, ſi in ea Neptunus ſculpatur, in Magnete uxoris impudicitiã, ſi puluinari ſubiectus, illã non quieſcere ſinat, & reliqua id genus. Hacte nus de gemmis.

Finis Tomi primi.

Errata.

4.facie 2.linea 17.lege;diſpoſita,inq́; areas.
8.fa,1.li.16. in duas partes.
1. fa. 2. li. 15. quotidiè cum primo mobili.
7,fa,2,li.4.Cometa autem non eſt.

TOMVS SE-
VNDVS ELEMENTO-

m Phyſiologiæ, ſeu Philoſophiæ na-
ralis, tres libros continens: Primus
Animã, Secundus Plantas, Tertius
Animalia deſcribit.

Autore Ioanne Monhemio.



oloniæ Hæredes Gymnici excude-
ant Anno M. D. XLIIII.

IOAN. FABRITIVS BOLANDVS.

Qui cupis ipſarum cauſas, & ſemina rerum
Noſſe, creatoris munera tanta Dei.
Perlege, perſpicua quod luce Monhemius, arte
Naturæ doctus, condidit autor, opus.

RPJCB

AD AM-
PLISSIMOS, ILLV-
triſs. generoſiſs. doctiſſimosq; heroas
Principes, Comites, utriusq; ſiue alte-
is Iuris doctores, dominos Præpoſi-
um, Decanum, & cæteros Prælatos,
niuerſumq; Canonicorum ordinē lau-
latiſſimū inſignis Metropolitanæ ec-
cleſiæ Colonienſis, in ſequen-
tem Phyſiologiæ tomum
Præfatio.

SVperiore tomo, Heroës clariſs. ea quæ ad inquirenda prima Phyſiologiæ principia attinēt: hinc mundū uniuer-
ım, cœlum, elementa, meteωra, deniq;
etalla atq; lapides, ſumma, qua potui

breuitate, facilitate, diligentiaq́; expli-
cauimus. Nunc in hoc tomo animæ na-
turam, uires, ac partes: plantas quoqu
& animalia maiore aliquanto cum uo-
luptate & utilitate quàm hactenus de-
ſcribemus. Etenim contemplari propi
usq́; cognoſcere animam, ſenſus, cauſa
appetitionum & affectuum, notitiam
uoluntatem, intellectum: adhæc admir
biles illas, & planè diuinas plantaru
animaliumq́; uirtutes atque opes, mult
iucundiſsimum debet exiſtimari, & ho
mine ingenuo digniſsimũ. Huius eni
inſpectio ac conſideratio incredibile
uoluptatem, eamq́; honeſtiſsimam an
mis bene liberaliterq́; inſtitutis adfer
Quod nanq; ſpectaculum, qui ludi ma
gis delectare nos poſsint, quàm natur
uarietas, ſi propius intueamur? Ne
tan

tantùm in magnis corporibus ſtructu-
ram, ordinem, ac uires partium omniũ
ſpectare iuuabit: ſed minutiſsimæ res
uel maximam admirationem pariunt.
Cùm nulla ſit totius naturæ pars tam
humilis, tam contempta, quæ non aliqua
ſingulari uirtute prædita ſit. Et non
modo in leonibus, aquilis & quercubus,
ſed in apibus quoque, formicis, malua,
adiantoq́; aut ſi quid abiectius, præſtã-
tes, ſplendidas, uixq́; credibiles ineſſe
uires atq; uirtutes comperimus. Quis
igitur nõ mirabiliter adficeretur, cùm
admirandas has rerum conſiderauerit
naturas? In quibus perluſtrandis tan-
quam in ſpeculo cernitur tremẽda Dei
maieſtas, benignitas atq; potentia, ſeſe
in ſingulas res infundens, & non ſolùm
illas creans, ac uires ſuas diſtribuens:

 ſed

ſed etiam uegetans, conſeruans, & pa
ſcens uiuentia cuncta. Aperit enim ill
(ut Propheta ait) manũ ſuam, & im
plet omne animal benedictione. Ille da
iumentis eſcas ipſorum, & pullis coru
rum inuocantibus eum. Ille uolatilia n
metentia nec ſerentia alit, ille lilia agr
ſplendidè, magnificè, & ſupra Solo
monis ornatum ueſtit. Taceo admiran
das & uerè arcanas ſingulorũ anima
lium plantarũq; uires, quas Deus co
ditor omnium rerum, ipſis rebus pro
pter humani generis utilitatem & con
ſeruationẽ indidit: monſtrauit & uſum
ut his beneficijs cum gratiarum action
ad ipſius gloriam uteremur. Profect
quocunq; nos uerterimus, quancunqu
herbæ aut animantis partem intueami
ni, nihil aliud atq; potentiam, & mira
bili

bilia & magnifica Dei cùm conſilia, tum opera inuenimus, aſpicimus, conſideramus. Harum itaq; rerum notitia & inſpectio illicit hominē in Dei amorem atq; benignitatē, menteſq; ad Dei admirationem exuſcitat. Monet præterea nos hunc mundum non temerè aut caſu extitiſſe, ſed à mente aliqua æterna ortum eſſe, quæ diuinas illas uirtutes rebus impreſſit. Quæ quidē ita ſunt illuſtres, ut ueteres etiā philoſophos mouerint. Ideò enim præclarè inquit Ariſtoteles in primo de partibus animaliū: Quum in omnibus partibus naturæ inſit admirandum quiddā, ſatis apparere naturā non extitiſſe caſu. Quare Dei ordinationem contemnunt, ac Deum ipſum inſigni afficiunt contumelia, qui ipſius beneficia hominibus ad uitæ con-

ſeruationem conceſſa non admirantur non perueſtigant. Vt auari quidam & quæſtui, ſiue turpibus uoluptatibus de diti homines faciũt: quorum alij aurum argentum, ueſtes precioſas, & ædifici demirantur: alij in ſola uoluptate uen trisq́; ſui ingluuie hærent, libidinibus e cupiditatibus tetris inſeruientes, han pulcherrimã naturæ cognitionem, mo rum quadam immanitate aſpernantur indigni profectò hominis uocabulo. Be ſtiæ enim & uolucres pleræque norun atq; meminerunt certas herbas, quibu ſuæ ſaluti proſpiciunt: ſerpentes fœni culum, corui aron, hirundines chelido niam, ciconiæ origanum, apri hederam muſtelæ rutam, elephantes oleaſtrum muli aſplenum, cerui dictamum, cygn uiticen, quæ uulgò uocatur agnus ca

ſtus

ſtus, expetũt: quòd ab ea in partu iuuantur. Turpiſſimum itaq; eſt homini ſaluti ſuæ conuenientia nõ tantùm ignorare, ſed etiam contemnere. Illi igitur pluſquam frigidus fuerit circum præcordia ſanguis, quem hæc ingens utilitas atq; honeſta uoluptas non inuitauerit ad Phyſiologiam diſcendam, & ad tam uarias, tam iucũdas, utiles, diuinas rerum naturas inueſtigandas. Quum autem nos quædam Phyſiologiæ præceptiones, ad eorum puerorum utilitatem, qui ad arcanum hoc ſtudium adſpirant, conſcripſimus: ſelegimus nobis ueſtras Celſitudines huius noſtri opuſculi patronos: orantes atq; obſecrãtes ut C. V. illud à ſycophantarum, quorum hoc turbulentiſſimo ſeculo numerus omniũ maximus eſt, morſibus de

ſendere uelint, ac ueſtra autoritate co rũ latratus cõpeſcere. Neq; enim de erunt, qui hunc noſtrum laborem conui cijs inceſſuri ſunt. Damnabuntq; illu præcipuè, quòd multa ex aliorum com mentarijs in hoſce libellos trãſtulerim quaſi ſummi autores, qui me multis pa raſangis præcurrunt, idipſum non fec rint. Nonne Plinius ingens naturali hiſtoriæ opus ex uarijs autoribus con geßit? Nonne, ut alios multos omittã, Terentius quoque inter Comicos faci lè princeps, ſe multa in Andriã ſuan ex Menandri Perinthia tranſtuliſſe, atq; uſum eſſe pro ſuis fatetur, inq; e ſe magnorum autorum Næuij et Pla ti exemplum ſecutum eſſe ait? Ingenue fateor, me optimorum tum ueterũ, tum neotericorum laboribus multùm adiuti

eſſe

eſſe. Deſcriptiones nanque herbarum
magna ex parte è Dioſcoride ſum-
pſimus, uires uerò ex Aegineta, qui
Galeni compendium eſt. Leonhardi
quoque Fuchſij, medicorum noſtri ſe-
culi Alpha & ω, commentarij mul-
tùm mihi profuerunt, idem de Othonis
Brunsfelſij, Euricij Cordi, Hierony-
mi Tragi, Conradi Geſneri ſcriptis
apertè confiteor. Malui enim ex do-
ctiſsimorum uirorum monumentis ple-
raque in uſum noſtrum tranferre, quàm
temerè quidquam ſine illorum autori-
tate in publicum effutire. Atq; utinã
ſuperiorum temporum homines, Ari-
ſtotelem, Hippocratẽ, Galenum, Dio-
ſcoridem, atq; cæteros eiuſdem farinæ
autores per omnia in ſcribendo æmula-
ti fuiſſet, potiùs q̃ ſua rancida putidaue
ſomnia

ſomnia mundo obtruſiſſent, nunq̃ natu-ralis Philoſophia Medicinaq́; tot erro-ribus, tanta barbarie, totq́; cladibus fuiſſēt adfectæ. Sed hic ne in præfatio-ne longior ſim æquo, nihil amplius ad-dam, q̃ ut à uobis Heroibus, tum gene-ris nobilitate, tum uirtute atq; doctri-na præſtantiſſimis petam, quô & nos & noſtrum laborem V. C. in fidem e-clientelam ſuſcipere uelint. Hoc V. C. ita rogamus & oramus, ut maiore ſtudio, magisq́; ex animo agere nō poſ-ſimus: quas Deus opt. max. nobis diu ſeruet incolumes. Coloniæ Calend. Iu-lij. Anno à Chriſto nato M. D. XLIIII.

C. V.

obſecundantiſſ. cliens.

Ioan. Monhemius.

LIBER PRIMVS
DE ANIMA.

De definitione Animæ,
CAPVT I.

ANima quid ſit reuera, magna ſemper inter philoſophos cõtrouerſia fuit. Multi crediderunt incorporeã & ſeparabilem immortalemque; non pauci corporeã, inſeparabilem atq; mortalem. Inter quos alij animã ignem, alij aërem, lij aquam, alij terram, alij ex omnibus iſtis, lij ex paucioribus, alij ſanguinem, alij ſemen, lij ſpiritum uitalem eſſe cenſuerunt. Medici nimam dixerunt eſſe harmoniam & κρᾶσιν, ıoc eſt, temperamentum. Ariſtoteles uerò ſic lefinit:

Anima eſt ἐντελέχεια corporis phyſici organici uitam habentis potentia. Scribendum ſt ἐντελέχεια per τ, & non per δ. Sic enim Plutarchus, & Græci ferè omnes: Hermolaus uoq;, Budæus, & Lodouicus Viues legunt: atq;

atque in Ciceronis codicibus caſtigatioribus
hoc modo inuenitur ſcriptum. Eſt autem noua uox ab Ariſtotele inuenta, à τέλος, id eſt, finis, & ἔχω habeo: quam Hermolaus noue quoq; nomine non incommodè uertit Perfectihabiam. Boëthius uerò, actum primum interpretatur, id eſt, eſſentiam, perfectionẽ, abſolutionem, conſummationem, formamq́ſ, ſeu δύναμιν quandam, ſecundũ quam corpus naturale moueatur, agitetur, creſcat, ſentiat, & operationes, officia, uiresq́ſ exerceat. Nec diſcrepat ἐντελέχεια cum uoce ἐνέργεια, qua utitur Ariſtoteles pro eodem in his diſputationibus, licet ἐνέργεια in alijs locis & pro ſecundo actu uſus ſit. Eſt autem actus ſecundus actio quæ procedit à primo actu, ut agitatio, uita, intellectus, memoria, uiſus, auditus, &c. quæ nõ ſunt anima in corpore, ſed ſunt actus ſecundarij, progrediẽtes ab ipſo primo actu, id eſt, ab anima corporis animati. Eſt itaque anima per ſe immobilis, ut probat Ariſtoteles contra Platonem: ſed tamen eſt principium & cauſa motus. Omne autem principiũ motus eſt immobile, igitur & anima. Idem enim non poteſt eſſe cauſa & effectus, principium & ortum ex principio, reſpectu eiuſdem.

Porro

Porrò Cicero ἐντελέχειαν interpretat̃ con-
inuatam & perennem motionem, & ſic ſcri-
endum eſſet ἐνδελέχεια per δ: ab ἐνδελεχές,
uod ſignificat continuum: cuius ſententiam
ro uiribus defendunt Philippus Beroaldus,
& Angelus Politianus. Prior tamen expoſi-
io propius accedit ad Ariſtotelis ſententiam.
nima enim, ut diximus, eſt cauſa motionis,
on ipſa motio.

Dicitur in definitione ἐντελέχεια corporis,
d differentiam eius potentiæ, uel actus in an-
elo aut dæmone exiſtentis, quibus nõ adeſt
rpus naturale, ſed adfictum ſolummodo, &
ſſumptum aliunde præter naturam eorum.
uare & hæc definitio animæ ſeparatæ per
ortem à corpore non conuenit, ſed eius con
deratio ad Metaphyſicam, ſeu Theologiam
rtinet. Additur præterea, corporis phyſici,
excludantur corpora accidentaria uel artifi
alia, quæ tamẽ ſi habeãt operationes & mo-
nes ſuas, tamen non dicuntur animata.

Organicũ uerò corpus uocatur hic, quod
bet diſcrimen, ſitum, & figuram membro-
m, ac partium in ſe principalium: ut cor, ce-
brum, caput, uiſcera, inſtrumenta ſenſuum̃,
animali: cortex, radix, truncus, caulis, me-

dulla,

dulla, ſemen, in planta. Organum dicitur pars corporis animati certo temperamento, figura, & ſitu condita ad certas functiones apta illi naturæ. Adijcitur autem organicum: quia ſunt & corpora, quæ non habent organa: ſi lapis, metallum, meteoron, cœlum, quæ quã uis mouentur, tamẽ nullum habent iſtiuſmo di inſtrumentum creſcendi, generandi, ſenti endi.

Additur poſtremò, uitam habentis in po tentia, ad differentiam inanimati corporis, q ne in potentia quidem uitam habet, nedum i actu. Item cadauera tametſi organica ſint cor pora, nullam tamen habent uitam in potenti ſaltem naturali, uel propinqua. Habere auter uitam in potentia, eſt operationes uitales atc animales ſuo tempore ac modo, per uim ani mæ ſecum habitãtis præſtare. Sic corpus do mientis, quamuis non uidet, neq; audit actu eſt tamen animatum, quia potentiam hab uidendi, audiendi, & ſimilium ſi euigilet ru ſum: ſic ſemina frugum in domibus repoſi ſunt animata corpora, quamuis actu non ex erceant operationes uitales, ſed quia exerce poſſunt terra fertili iniecta, tum enim creſcũ ſeminant, gignunt, fœtificant.

Defin

Definit Ariſtoteles ſic quoq; animam: Anima eſt principium, quo uiuimus, ſentimus, nouemur, ac intelligimus primum: uerùm hæc definitio conuenit potiſſimùm animę rationali ac humanæ.

De animæ partibus ac potentijs.

CAPVT II.

ANimæ ſpecies, ſeu partes ſunt tres: Vegetatiuum, Senſitiuum, Rationale. Plan e habent tantùm uegetatiuum, Brutis ineſt nſitiuum, fungens quoq; officijs uegetatiui: omines poſſident rationale, officia uegetaii ſenſitiuiq; complectens. Quidquid enim oteſt uirtus minor, id etiam, atq; amplius eo oteſt uirtus & potentia maior. Habet itaque omo non tres, ſed unam animam.

Vegetatiui uires ſunt: nutritiuum, augmen iuum, & generatiuum: quorũ hoc ad conuationem ſuæ ſpeciei: priora duo ad conuationem indiuidui ualent.

Senſitiuum, præter dictas potentias, habet um, auditum, guſtum, odoratum, tactum, ſum communem, imaginatiuum, memoiuum, concupiſcitiuum, motiuum loco.

Prædictæ uires, ſeu operationes omnés, uo-
cantur organicæ, quia animaeas non niſi ir
corpore, per'qꝫ eius partes, ueluti per inſtru-
menta exercere poteſt.

Rationale tredecim prædictas uires,& pr
terea duas operationes non organicas com
plectitur:quibus &ſi ſenſus interiores ſeruiũt
& obiecta offerũt,tamen anima etiam eas ex
tra corpus ſine adminiculo organorum, u
etiam ſeparata à corpore exercere poteſt: Ir
tellectiuum ſcilicet,& uoluntarium, quorur
poſterius rectè uocatur appetitiuum intelle
ctiui. Nam affectus illi organici,in corde,iec
nore & uiſceribus uocantur appetitiua ſenſit
ui. Eſt quoq; motus quidam animæ non org
nicus,quo mouetur etiã anima localiter ext
corpus, & ſeparata à corpore. Tali motu be
torum & defunctorum animæ feruntur. T
etiam motu anima Hermothæi Clazomer
apud Plinium mouebatur, quæ extra corp
errare in longinqua conſueuit, ac inde red
re in corpus.

Porrò anima, cuius actio corporalis eſt,
uegetatiuum & ſenſitiuum nõ aliunde adu
nit,ſed naſcitur in corporibus ex natura ſem
num. Mens,ſiue rationale ſolùm extrinſec
ac

accedit,atq; diuinum eſt:diuinitus enim nouũ creatur,& inſeritur humanis corporibus,cùm membra iam in utero formata figurataq́; ſunt ad hoc,ut mentem recipere poſſint.

Gradus uitæ ſunt quinq;: uegetatiuum,ſenſitiuum exterius,& interius : appetitiuum,loco motiuum,intellectiuum uel rationale.

De uegetatiuo & nutritiuo.

CAPVT III.

VEgetatiuum eſt actus ſubſtantialis corporis phyſici organici, quo id ipſum nutritur, augetur, & ſibi ſimile generare poſſit. Obiectum eius,eſt alimentum. Organũ in animali eſt epar,in plantis radix &medulla. Primum eius officium,eſt nutrire.

Eſt itaq; nutritio, conuerſio nutrimẽti extrinſecus aduenientis in ſubſtantiã aliti corporis,facta ui caloris naturalis,ad recuperãdum quod abſumi cœperat. Organa nutritionis ſunt os,œſophagus,uentriculus,epar,& uenæ deferentes ſanguinem. Nutritioni attribuuntur quatuor operationes ſeu facultates,attrahendi ſcilicet,& retinendi, digerendi (ſeu Latinius, coquendi; digerere enim ſignificat diſtribue-

 re)

re)& expellendi potentia.

Vis attrahendi alimentũ per os & gulan
in ipſum ſtomachum, uel in plantis per radi
cem in medullam uirtute calidi & ſicci trahit
Retinēdi facultas attractum alimentũ pe
frigidum & ſiccum in ſtomacho, aut medul
la, alioúe membro æquiualente tantiſper reti
net, dum alteretur, ac digeratur, inq́; ſubſtan
tiam aliti mutetur.

Potentia coquendi eſt, qua nutrimentur
per naturalem calorem, & humorem altera
ac digeritur pro uniuſcuiuſq; membri natur
& officio. Huic tres potentiæ ſubijciuntur: m
turatio uidelicet alimenti ui caloris in hum
do, cui contrariatur cruditas, qua alimentu
non mollitur, neq; à calore maturatur & ſub
gitur. Elixatio eſt alimēti in ſtomacho cocti
quæ fit calore humido: huic inquinatio opp
nitur, quę fit, cùm immodica humiditas eſt
eo, quod coquitur, aut nimia frigiditas in h
mido coquente, quæ alimentum impurũ ef
ciunt, corrumpuntq́; : atq; inde ſanies, & a
corrupti & putridi humores naſcuntur. Aſſ
tio eſt, cùm alimentum aſſatur, ſolidiusq́; fit
quo non ſolùm carnea membra nutriunt, ſ
& cartilaginea, oſſaq́; . Huic opponitur imp

fe

ꝰcta atq; incocta aſſatio, qua alimentum non
t ritè ſolidum, neq; tranſit in membra ſubti-
a aut ſolida, ſed totum ferè mutatur in ſter-
ora &excrementa ſanioſa purulentáq;,unde
:abies,ulcera,aliáq; uicia naſcuntur. Expellē-
ı facultas ſuperflua excrementáq; alimenti:
tpote urinam, ſtercus,ſudorem, alioſúe hu-
ıores ex corpore flauæ bilis auxilio expellit.

Quintuplex concoctionis ordo eſt. Prima
ōcoctio eſt maſticatio cibi in ore. Secūda eſt
ıutatio alimenti maſticati in chylum, id eſt,
ıaſſam inſtar ptiſanæ uel pultis, & illa fit in
entriculo. Tertia eſt mutatio chyli in chy-
ıum, hoc eſt, in maſſam ſanguineam quaſi
oagulatam: & hæc in epate perficitur. Chy-
ıs enim per pylorum in duodenum & ieiu-
um emittitur, ex quo uenæ meſaraicæ rapi-
nt id, quod purius eſt, & tranſuehūt in epar:
ıtulentum uerò ex ieiuno pellitur ad inferio
ı inteſtina. In chymo ſunt quatuor humores:
ıbra bilis magna ex parte deriuatˀ in follicu-
ım fellis: multum atrę bilis in ſplenem tranſ-
ıittitur; aquoſa ſuperfluitas cum uentum eſt
d uenam cauam, plurima effunditˀ in uenas
mulgētes, & defluit ad renes & ueſicam, fitq;
rina. Sanguis uerò labitur ad cor, ubi dexter

uentriculus haurit & reddit ſanguinem,ac ui-
tali calore temperat, ut idoneum fiat nutri-
mentum ; atque hæc eſt quarta concoctio :
pars quoque ſanguinis deriuatur in ſiniſtrum
uentriculum, & uertitur in ſpiritus uitales.
Quinta fit in uenis ; ex dextro enim uentri-
triculo cordis ſpargitur ſanguis rurſus per o-
mnia corporis membra in uenas, & in earum
extremitatibus fit humiditas ſecunda,cambiū
uocata, quæ iam membris apponitur,adglut
natur,&aſſimilatur.Porrò uicium prioris co-
ctionis nō poteſt corrigi in poſteriore.Quare
cùm ſtomachus nō fecit ſuum officium,nunq
fit ex chylo bonus ſanguis,&c.

De augmentatiuo & generatiuo.

CAPVT IIII.

AVgmentatiuū eſt cōuerſio alimenti ex-
trinſecus uenientis in ſubſtantiam cor-
poris,uel membri aliti, per calorē naturalem
qua corpus uel membrum ſecundum propo
tionem augetur ad iuſtam magnitudinem, in
longum,latum,&denſum.Obiectum eius eſ
alimentum quoq;,ſed quatenus habet poten
tiam faciendi corpus maius.Organū eſt epar
aliaq

ia'q; membra principalia, in quibus, & per
uæ alimentum concoctum colatur, diſpargi
ır'q; in corpus. Ceterùm augmentatio omnis
ſt nutritio, non tamen omnis nutritio augmē
tio: corpus enim per omnem uitam, omni-
us ſuis membris non malè adfectis nutritur,
d non augmentatur quoad uiuit. Intenſior
nim calor auget iuuenile & recens corpus:
ediocris & temperatus nihil auget neq; im-
ıinuit mediam ætatem: remiſſior factus ca-
ır nō auget, ſed minuit corpus in ſenectute.
)uatuor qualitates primæ neceſſariò ad au-
mentandi potentiam concurrunt. Calor em̄
bigit & diſponit alimentum, ueluti materiā
l formam ſibi homogeniam: ut aſſimiletur
: uniatur carneum carni, oſſeum oſſi, medul
um medullæ, & ſic quidq; ſuo generi. Fri-
ıs membra coagulat & coaugmentat. Siccū
onſolidat, continuat, atq; retinet. Humidum
ddit materiam facilem & tractabilem, ut
eam informet membrorū formis. Huc non
ertinet pinguefactio, quia in hac non creſcūt
ıembra, ſed additur carni quædam humidi-
s ſuperflua ex bono ſanguine redundans.

Generandi potentia eſt, qua animatum cor
us generat ſibi ſimile, ad perpetuam ſpeciei

 propa-

propagationem conſeruandam. Alimentum etiam eſt obiectum eius, ſed purius ac ſubtilius, & quatenus in prolificum aut fœcundum ſemen mutari poteſt, ex ultima concoctione ab epate emanans. Nonnulli tamẽ à cerebro, alij à medullis, reliqui ab omnibus membris æquabiliter prouenire putant. Organũ in animalibus eſt, unde ſemen emanat, & præterea renes & uaſa genitalia; in plantis flores & ſurculi.

De ſenſitiuo.

CAPVT V.

SEnſitiuum eſt, quo animal uiuit, ſentit, diiudicat, appetit, ſpirat, & loco progreditur. Sunt autem animalibus propter neceſſitatem & ſuæ ſalutis conſeruationem inditi ſenſus, ut ea, quæ animalibus proſint & obſint percipiant, & accedente appetitu eligant atque acceſſant ſalutaria, declinent nocentia. In hominibus etiam ad prudentiam & intellectum multum habent momenti. Nihil enim, ut ait Ariſtoteles, eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu. Quare ſenſus ſunt ueluti quidam nuncij mentis.

Obiectum ſenſitiui in genere, eſt ſenſibilis

ue

uel paſſibilis qualitas. Organum eſt cerebrū, a quo ſpecialia ſenſuum organa emanāt. Porrò nullum obiectum abſq; medio poteſt ab organo percipi. Sic inter uiſum & colorem interponitur corpus actu perſpicuum, aër uel aqua, &c.

Diuiditur ſenſitiuum in potentiam apprehendendi & mouendi. Vis apprehendendi, ſpecies rerum ſenſibilium apprehendit ac percipit: quam diuidunt in quinq; ſenſus exteriores: uiſum, auditum, olfactum, guſtum, tactū: & tres interiores, ſenſum communem, phantaſiam, ac memoriam.

Senſus exterior, eſt potentia ſentiendi, quę ſpecies rerum ſenſibilium præſentes, non abſentes percipit extrinſecus: ſic uiſus colorem non niſi pręſentem oculis concipit, ſic auditus ſonum, &c. Per ſenſus exteriores uoluptas aut dolor animo uel corpori quæritur: ex quibus tactus & guſtus ſunt maximè communes homini cum beſtijs ad uoluptatem & dolorem. Reliqui tres magis homini ſunt peculiares: utpote uiſus & auditus ad doctrinam, olfactus ad ſanitatem.

Senſus interior eſt potentia ſentiendi ſpecies rerum ſenſibilium non ſolùm præſentes,

ſed & abſentes percipiens, dijudicans, diſcernens, comparans atq; diutius conſeruans.

Senſus partim eſt potētia actiua, quia cum obiecto ſuo efficit ſenſionem, partim etiā paſſiua, eò quòd ab obiecto ſuo feriatur: ut à colore feritur & patitur oculus ac uiſus: à ſono auditus, &c. Quare obiectum excellens corrumpit ſenſum: ſic ab intuitu radiorum ſolariū corrumpitur uel hebetatur uiſus: ſic ſonus magnarum bombardarum aliquando in uniuerſum aufert auditum: ita gens, quæ Nili καταῤῥάκτας, ſiue κατάδουπα accolūt, propter excellētiam ſonitus, ſenſu audiēdi prorſus carent: ita è contrario obiectum nimis deficiens immutat ſenſum, ut à uiſibili nimis tenui hebetatur uiſus, debilitanturq; oculi: inconueniens quoque & incommodum obiectum debilitat ſenſus: ut color nimis candidus diſpergit uiſum, atq; hebetat: ſic inſuauis ſonus obtundit aures, grauis odor olfactum, diſtēperata qualitas tactum.

Mouendi uis eſt, qua mouetur animal, uel loco externè, uel ſpiritu, & pulſu internè. Hæc potētia aut eſt imperās, aut proſequens: illa diuiditur in cupiditatem, ſub qua ſpes & lætitia: & iram, ſub qua metus & dolor comprehenditur; hæc in uitalem, quam medici ani-

ma-

malem uirtutem nominant, cui pulſus & reſpi ratio ſubijciũtur: & progreſſiuã, ad quam con tractionem, inceſſum, ſaltum, uolatum, reptationem, natationem, & uim operatiuam referunt. Sunt tamen animalia quædam imperfecta, quæ omnes illas ſenſitiuas potentias non habent, ſed quaſdam: ſic ἀμφίβια, hoc eſt, ambiguæ uitę corpora, motu locali, & item reſpi ratione uidentur carere.

De uiſu.

CAPVT VI.

VIſus eſt potentia percipiens oculis colo rem, lucem, & lumen. Oculi, ut inquit Plato, duces nobis ſunt ad Dei agnitionẽ, intuentes hanc pulcherrimam cœli machinam, notantes motuum uarietatem. Oculus ex tunicis quatuor, id eſt, membranis pellucidis, calloſis, duriuſculisq́ꝫ, & tribus humoribus puris ac liquidis conſtat.

Prima atq; extrema pellicula alba pinguior & ſolidior, oritur à pelliculo tegente oſſa frontis, & ab interiore pellicula palpebrarum, hæc ambit & circumligat oculum, ne humores eius congelaſcant, aut contra diffluant. Dicitur Coniunctiua, q̃a oculum capiti coniũgit.

Secun

Secunda tunica cornea dicitur,quia & colore & firmitate imitatur laminas pellucidas, ex cornu factas: in anteriore parte eſt perſpicua,in poſteriore cùm ſit opaca & durior,uocatur ſclirotica.

Tertiam Vueam uocant,quę circulus eſt intra corneã,qui uulgò Iris dicitur, propter colorum uarietatem: interdum enim cœrulea, interdum fulua cernitur. Vocatur Vuea,qa colore imitatur uuas, & eſt perforata. Nam Iris ambit pupillam,quæ eſt ipſum oculi lumen.

Quarta eſt Aranea intra Vueam,continens chryſtallinum humorem, in quo reddũtur & fulgent imagines, ac longè omnia ſpecula claritate uincit.

Humores ſunt tres: Albugineus,albo ouorum ſimilis, ſed multò tenuior eſt, & fluidus: continetur inter corneam,colore ſuo ambitũ in oculo,qui apparet candidus,pingẽs: & perueniens uſq; ad araneam, ut irriget Chryſtallinum,totumq́; oculum. Iuuat ſua ſubtilitate ut ſpiritus per eum facilè penetrent. Vitreus uitro liquefacto ſimilis, nigredine quadam mixta albo. Nec eſt fluidus,ſed aliquanto firmior,eſtq́; ſedes Chryſtallini humoris,ac magna pars pupillæ. Præſtantiſſimus humor eſt Cryſtal-

ſtallinus, qui à Vitreo, ut inquit Galenus, nutritur, & ambo parte aliqua continent intra Araneam. Eſt autem hic humor, tanquam lucidiſſimum ſpeculum, non aliunde petita luce, ſed ſua natura lucens, & cæteras oculi partes, in quibus eſt lumẽ, illuminans, in hoc immediatè fit uiſio. Nec eſt fluidus humor, ſed paulò firmior penè ut cæra, q̊ recipere imagines poſſit, & tanquam gemma in media pupilla fulget. Interdũ fulgor effundit lumen extra oculos, ut in Cattis. Organum igitur uiſus eſt oculus, ſeu potius Cryſtallinus humor, qui per duos neruos opticos, id eſt, uiſiuos, à cerebro bifurcatim deſcendentes, alter ad oculum dextrum, alter ad ſiniſtrum ſuam potentiam, ſpiritum ac uitam ſuſcipit. Ac per eoſdem neruos ſpecies ab oculis ſuſceptæ mittuntur ad cerebrum, & ad ſenſum communem. Proprium obiectum uiſus eſt ipſe color, cui lucem cum lumine adijciunt.

Lux primo die à deo creata eſt, Gen. 1. ante ſolem & lunã, & ante omnia corpora mixta: poſtea ſoli, lunę, ſtellis, igni, & pleriſq; gẽmis indita, quæ in tenebris etiam uidentur, & tenebras illuminant diſcutiuntq;. Eſt autem lux qualitas corporis lucidi, quatenus lucet.

Lu-

Lumen eſt qualitas uiſibilis, à luce in cor-
pus perſpicuum, translucidum atq; tranſparēs
propagata ac diffuſa: & eſt quaſi color quidā
perſpicui corporis. Lumen recipiunt in ſe aër,
aqua, uitrum, & pleræq; gemmæ, quæ non im
pediunt lucem atq; colorem à longinquo ui-
deri. Luminis priuatio ſunt tenebræ.

Color eſt extremitas perſpicui in corpore
definito, id eſt, corpore opaco, & non perſpi-
cuo, quæ extremitas perſpicuum tangit, & be
neficio luminis uidetur. Eſt autem color tan-
tùm in corporibus mixtis: nam incorporea et
corpora ſimplicia propriè non ſunt colorata,
ſed lucida, aut perſpicua, aut merè opaca: u
terra elemētaris. Species coloris ſunt ſeptem
duo extremi, ex quibus alij componuntur, &
ueluti parentes aliorum: ſcilicet album à lum
nis & caloris multitudine, nigrum à lumini
paucitate, & frigidi multitudine. Quinq; ſun
medij colores uel mixti: rubrum ex commi
xtione albi & nigri, flauum ex pluri albo &
pauciore rubro, croceū ex pluri rubro, & pau
ciore albo, uiride ex pluri nigro & rubro pau
ciore, purpureum ex pluri rubro, & paucior
nigro. Sunt & aliæ ſpecies colorum, quæ ad
has referuntur.

Cæte

Cæterùm uiſus fit iuxta Ariſtotelis ſenten-iam hoc modo. Species, forma & idolum ſpi-ritale quaſi progreditur per radium uiſiuum à re uiſa per medium διαφανὲς, id eſt, actu perſpi-cuum, uſq; in pupillam oculi, qui ſuſcipiat id idolum refulgens in ſe, ſicut ſpeculum ſuſcipit imaginem intuentis ſe. Radius uiſiuus eſt lu-men pyramidale, multiplicatum ab obiecto uiſibili præſertim lucido, continuata genera-tione luminis ad uiſum oculorum: cuius qui-dem radij baſis eſt in re uiſa, conus autem in oculo uidente. Quanquam uerò duo ſunt ocu-li, unum tamen obiectum non uidetur gemi-num: quia ſpecies ab utroq; oculo coit in ner-uos opticos, qui iuncti ſunt, ut ibi receptę ſpe-cies concurrant.

De auditu.

CAPVT VII.

AVditus eſt ſenſus percipiens ſonū. Eius enim proprium obiectū ſonus eſt: me-dium aër uel aqua: organum, auris foris patu-la, ut ſonos colligere queat, intus flexuoſa ac tortuoſa: ut per anfractus huiuſmodi paulatim ſonos ad ſe ſuſcipiat, ne magnitudo ſoni ſen-

ſum

ſum lædat. In imo auris eſt pellicula quædam ſuper foramine oſſis poroſi & ſicci, uelut tympani pellis extenſa, quæ uocatur meninga, aëre immobili repleta. Hæc pellicula unà cum aëre incluſo, ab aëre externo impulſa ſonos tanquam tympanum percipit, ac per molliorem neruũ bifurcatim quaſi à cerebro ad ambas aures deſcendentẽ ſonum ad ſenſum communem tranſmittit. Cæterùm hic neruus in dormiente à ſoporiferis uaporibus oppilatur & obſtruitur, quare non percipit ſonum, niſi fuerit iuſto maior. Tinnitus aurium oritur cũ intus uapores incluſum aërem turbant.

Sonus eſt qualitas ex fractione aëris orta quæ fit colliſis duobus ſolidis corporibus. Tria itaq; ad ſonum requiruntur: corpus percutiens, corpus percuſſum, & aër motus, uel colliſus. Sæpe etiam ab uno corpore aëre uehementer impulſo fit ſonus: ut cùm aër celeriter feritur uirga, cùm pannus rumpitur: ibi enim duæ partes aëris ſubito intrantes ad replend locũ eum, quẽ antea opplebat pannus, quę colidẽtes ſe ſonũ generãt. Editur q̃q; ſonus, cùm aër ex ueſica aut alio corpore per anguſtum meatum expellit: & cùm ab homine per ſtrictum os uelociter attrahitur. Species ſonorum

ſu

ṇt graue, acutum, & quæ ſunt inter hæc me-
a. Acutum dicũt eſſe, quod multum mouet
ıditum in paruo tempore: graue, quod parũ
ıouet in magno tempore.

Ad ſonum refertur Echo, ſonus uidelicet à
ɔrpore ſibi obſtante reflexus, & repercuſſus.
ic in locis cauernoſis aut cameratis: ut in litto
bus, ſyluis, montibus, uocem emiſſam iterũ
ıdimus, debiliorem tamen, & ultimas tantũ
ɔces: quia uirtus reflexa infirmior eſt, quàm
irecta.

Vox eſt ſonus ab ore animalis per natura
ı inſtrumenta prolatus: quæ ſunt pulmo, &
pera arteria, quam φάρυγγα uocant ac lingua.
Quare animalia, quæ carent pulmone: ut in-
ēcta & piſces, non êdunt uocem, ſed ſonum
iquando, quem efficiunt attritu interni ſpiri
s ad pelliculam ſubiectam præcordijs.

De olfactu.

CAPVT VIII.

OLfactus eſt potentia, qua ſentit anima odores. Obiectum eius eſt odor: medi-
ım aër, ſed piſcibus aqua. Organum cerebro
diunctum eſt proximê ſupra naſum. In iun-
ctura enim frontis & naſi, ubi ſunt duæ carun-

culæ cauæ & poroſæ, ex ſubſtãtia cerebri or
tæ, figura papillarum mulieris, quæ hauriun
odores, & tranſmittunt eos ad anteriores ce
rebri uentriculos. Hæ carunculæ cooperiun
tur in homine operculo, quod intrante ſpirit
aperitur: in cęteris animalibus non eſt tectur
organum hoc.

Porrò odor non eſt uapor, uel exhalati
uel aliquid ex utroque conſiſtens, quod mul
crediderunt. Piſces enim in aqua olfaciũt, ul
uapor & exhalatio non habent locum. Se
eſt qualitas quædam humidi, per uim calor
à ſicco ſapido facta, alterans olfactum. Corp
ra, quæ non ſapida, non olent etiam: ut ſu
aër, aqua, & cætera ſimplicia, lapis quoq;, au
rum, ſcoria ęris. Duplex eſt odor: Nutritiuu
qui adiuuat ſaporem, & unà cum eo oblect
comedentes & bibentes, nec eſt gratus, niſi c
bum aut potum appetentibus, & hic eſt re
quis animantibus cum homine communis
Alter eſt proprius homini, qui cerebrũ ac ſp
ritus recreat ac corroborat, adferens quoq; u
luptatem & delectationẽ ſaturatis cibo & p
tu: ut ſunt odores roſæ, uiolæ, amaracini, &
milium rerum, qui ſeruiunt peculiariter ad ſ
nitatem. Fœtor enim uenenum eſt; & lon
pl

plus nocet corruptus odor, quàm cibus aut alia qualitas corrupta. Cæterùm homines hebetiorem habent olfactũ, quàm canes, & quędam alia animalia, quia hominum cerebrum copioſius & humidius eſt. Quare & crebrioribus diſtillationibus capitis laborant. Nam uapores ubi ex humano corpore ad cerebrũ adſcendunt, propter eius frigiditatẽ facilè in humores reſoluunt. Nõia odorũ ſumunt à ſimilitudine ſaporum, uel à ſubiectis; ut odor acutus, qui celeriter & fortiter mouet ſine ſatietate aut faſtidio: grauis, qui tardius mouet, ac minus eſt ſuauis, facilè ſatiat, efficitq; faſtidium. Eſt & odor aromaticus, ſalſus, amarus, acutus, acetoſus, unctuoſus, ſtypticus, pinguis, dulcis, ſiue ſuauis, fœtidus, &c.

De guſtu.

CAPVT IX.

GVſtus eſt potentia apprehendens ſapores. Obiectum eius eſt ſapor. Medium eſt humiditas ſaliuæ, uel caro interius fungoſa. Organum, pellicula quædam inſtar retis expanſa in lingua ſuper carnem poroſam ſeu ſpongioſam, quæ eſt in linguæ ſuperficie. Eadem pellicula & in palato ſparſa eſt, oriturq;

 à ner-

à neruis,non illis, qui motum linguæ imper
tiunt,ſed ab aliȷs à cerebro per palatum dem
ſis ad linguæ radicem, qui & tactum & guſt
linguæ ſuppeditant,& ſpecies ſaporum ad ce
rebrum tranſmittunt. Cùm autem pori in lin
gua crudis,craſſis & corruptis humorib⁹ ſun
infecti:ut accidit febricitantibus,dulcia plerũ
que,amarum, ac peregrinum ſaporem adfe
runt.

Sapor eſt qualitas guſtabilis,ex humido u
caloris in ſicco terreſtri digeſto. Species ſapo
ris ſunt octo:duæ ſimplices & contrariæ,dul
ce & amarum:reliquæ compoſitæ aut mediç
pingue,ſalſum,acre, auſterum, acerbum,aci
dum. Dulcis ſapor naturæ ſanguinis & car
nis conuenit,quare & efficaciſſimam nutriẽd
uim habet,ſed amarus non nutrit:reliqua pro
ſuo gradu,hoc eſt,prout propius accedunt ad
illa extrema,uel longius diſcedũt. Et ideo du
cibus addũtur ſalſa & amara,ne nimium ala
tur animal,aut coctio impediatur, & ut ſapo
fiat iucundior. Theophraſtus & amara nutri
re docet,licet multò imperfectius. Non enim
inquit,eſſent ſapores,ſi non alerent, cùm ale
re ſit proprium ipſorum munus.

Eſt autem dulcis ſapor in eis,quæ ſunt tem
perat

ratè calida, & in quibus exuberat aërea hu-
iditas:ut uinum dulce,mel,lac.

Amarus ſapor eſt, in quo excedit calor & rreſtris ſiccitas:ut in bile, nitro, marrubio, ſinthio,aloë. Detergit autem,exaſperat,& ordet linguam.

Pinguis,in quibus calor eſt debilior: ut in utyro,oleo,carne. Quæ mediocria pinguia nt,proſunt in nutrimento:quæ nimium,no nt & impediunt concoctionem,quia ſolent pernatare,& oppilationes efficere.

Salſus, calidus & ſiccus in natura terreſtri aſſa,qui linguam non contrahit,nec conſti-at, ſed detergit & abluit diſgregando & ex-cando,ut ſal.Hic impedit putrefactiones,qa umiditates deſiccat, extenuat,& erodit.

Acris eſt in natura tenui, in qua excedunt liditas & ſiccitas, ut piper,zinziber,allium, epa,calx,granum gnidium,pyrethrum: hic on ſolùm mordet,rodit,&exulcerat,ſed etiã rit,penetrat,ac ualde diſſoluit.

Auſterus ſapor eſt in natura terreſtri craſ-a, frigida & ſicca, qui aſperitatem quandam n ſumma lingua efficit,& leuiter deſiccat:ſed non pellit intro,nec condenſat.

Acerbus,quem recentiores aliâs ſtypticũ,

aliâs ponticum uocant, eſt in natura terreſtr crasſa, frigida & ſicca: ut fructus glandiũ, acaciæ, arbuta, caſtaneæ, meſpila, gallæ, immatura & ſylueſtria poma, mâla cydonia. Hic ſapor linguam contrahit, & introrſum pellit conſtipandi, denſandi & adſtringendi uim habet.

Acidus eſt in natura tenui ſicca & maxim frigida: ut oxalis, uulgò acetoſa dicta. Hic ſapor conſtringit, refrigerat, ac citra calefactionem extenuat, diuidit & uellicat, atq; appetentiam ciet.

Sunt & aliæ ſaporum appellationes, ut inſipidus, qui non notabiliter aliquam ſpeciem ſu prà dictam refert, ut cucurbitæ ſapor. Plinius addit ſuauem, quem ueteres à dulci non diſcernunt.

De tactu.

CAPVT X.

TActus eſt potentia percipiendi qualitates tactiles. Obiectum eius eſt qualitas prima. calidum, frigidum, ſiccum, humidum: & ſecunda, aſperum, lene, lubricum, molle, durum, glabrum, graue, leue, denſum, rarum. Organum eſt pellicula neruea intexta, & diſperſa,

ceu rete quoddam ſub extrema cute per to-
um corpus, ex cerebro tanquam à radice or-
. Ariſtoteles organũ in corde collocat, nam
de neruos emanare putat. Medium tactus
ſt caro uel cutis. Cæterùm pellicula neruea
on ſpargitur per oſſa, pilos, ungues, cornua,
 ſimilia, quare tactũ non ſentiunt. In anima-
bus, quę carne & neruis carent, aliud eſt or-
anum tangens, iſti neruo æquipollens. Atq;
ic ſenſus eſt omnibus animalib⁹ communis,
uãlibet etiã impfectis. Sunt & obiecta quędã
ommunia, quæ à pluribus ſenſibus percipiũ-
ur: magnitudo ſcilicet, figura, numerus, mo-
us, quies.

De ſenſu communi.

CAPVT XI.

DEſcripſimus breuiter ſenſus exteriores, nunc interiores aggrediemur. Eſt autẽ nterior ſenſus particularis quædam ratio in rutis ac in hominibus, quemadmodum in-ellectus eſt ratio uniuerſalis in ſolo homine. nteriores ſenſus tres ſunt: ſenſus communis, hantaſia, & memoria.

Senſus communis eſt, qui omnium exte-riorum ſenſuum imagines apprehendit, præ-

ſentes uel abſentes, & dijudicat obiecta ſen-
ſuum, ac diſcernit actionum differẽtias, quan-
tum inter ſe conueniunt, uel diſſentiãt. Sic ocu-
lus percipit album & nigrum, ſed ſenſus com-
munis diſcernit. Organum eius eſt anterior
cerebri uentriculus, plus habens humiditatis:
ut ſpecies facilius poſſit ſuſcipere.

De imaginatiuo.

CAPVT XII.

IMaginatiuum eſt potẽtia ſenſitiua interior,
præſentiuum uel abſentiuũ ſenſibiliũ ſpeci-
es altius ſibi imprimẽs, atq; ex his ſimiles ſpe-
cies ſenſibiles aut intentiones eliciens, ac ra-
tiocinans. Sic auis retia, quæ nimium apparẽt,
uitat: elicit enim ſibi per illa inſidias fieri. Sic le-
pus uiſo cane elicit conceptum inimicitiæ: &
ouis uiſo lupo. Diſcernit hic ſenſus, & certius
atq; exactius dijudicat à ſenſu communi cog-
nita, elicitq; ex ſpecie ſibi obiecta, aliam ſimi-
lem aut diſſimilem ſpeciem, ſenſu exteriore
quoq; perceptibilem, cùm offertur illi: ut ui-
dens lupum pictum, concipit eius geſtum at-
que impetum: centaurum imaginari & conci-
pere ex homine & equo conflatum.

Huc

Huc refertur Intenſio .i. conceptus imagi-
arius: ut cùm in aliquo concipitur eſſe acci-
ens quoddam imaginarium, & inſenſibile:
em, cùm rei incorporeæ adfingitur perſona
orporea, ut Fama, apud Virgil. famis, inuidię,
omnij apud Ouidium, &c. Organum imagi
atiui eſt medius cerebri uentriculus, pau-
ò ſiccior anteriore: ut ſpecies receptas à ſen-
u communi per neruorum ſpiritus altius im
rimat, ac diutius retineat in abſentia quo-
ue obiecti. Alij eius organum ponunt in me-
io anterioris uentriculi cerebri.

De memoratiuo.

CAPVT XIII.

MEmoratiuum eſt facultas ſentiendi in-
terior, qua rei præteritæ, & ſenſu per-
eptæ imago, ac ſi res ipſa eſſet præſens, inſpi-
itur. Sunt qui contendunt memoriam non
ſſe potentiam animæ, ſed ſolùm functionem
nimæ, atq; adeò potentiarum aliarum & prę
ipuè ſenſus communis πάθος, atq; adfectio
nem. Eſt autem memoria de præterito tantũ:
quare nullum animal habet memoriã, quod
notitiã temporis non poteſt diſcernere. Quo-
modo enim meminiſſet, quod nõ aliquo mo-

 do

do quid præſens, quid præteritũ, quid furum ſit intelligit.

Ad hunc locum pertinet reminiſcẽtia, quę eſt uis animæ, qua res, quæ memoriæ excidit, reuocata inſpicit̃ ita, ut ſciatur perceptã fuiſſe. Reminiſcẽtia enim fit, cùm excidit quid è memoria non totum, ſed relictis in anima ueſtigijs quibuſdam rei oblitæ, ex quibus extinctæ penè atque amiſſæ rei imaginem acquirimus. Quod fit per contrarium, ſimile, aut propinquum: ut cùm ex intenſo calore æſtatis recordor hyemis præteritæ frigiditatem: cùm ex latratu canũ reminiſcor maleuoli alicuius iurgia atq; obtrectatiões: cùm ex dulcedine mellis recolo dulcedinem nectaris. Hoc intereſt inter memoriam & reminiſcentiam, quod inter picturam recentẽ, expreſſam, necdum obſcuratam: & picturã uetuſtate aut alia de cauſa obtenebratã. Quando autem res tota è memoria effluxit, adeò ut poſt receptionem perinde habeat̃, ac ſi nunq̃ antea fuiſſet cognita, id cũ iterum ſcitur eſt doctrina, non reminiſcẽtia.

Organum memoriæ eſt poſterior cerebri uentriculus, qui minus humidus eſt, quare ad retinendas ſpecies aptior. Et quô ſiccius eſt cerebrum, eô diutius retinet quæ didicit, ſed diffici-

cilius memoriæ quid imprimitur. Quô ue-
ò humidius, eô citius quę diſcit, retinet: ſed fa
ilius obliuiſcitur. Sicut ſigillum facilimè aquę
nprimitur, ſed non retinet figuram. Frigidi-
as & ſiccitas memorię peſtes ſunt, ſicut Venus
uoque: quia natiuum calorem exhaurit. Me-
noria etiam amittitur, poſteriore parte capi-
is læſa. Quidam lapide ictus prorſus oblitus
ſt literas, ut ſcribit Plinius. Et in illa peſtilen-
ia, quæ graſſata eſt Athenis initio belli Pelo-
onneſiaci extitit, in quibuſdam, qui reualue-
unt tanta obliuio, ut nec ſuos, nec ſeipſos ag-
oſcerent. Præterea cùm cauitates cerebri im
lentur fecibus, hoc eſt, lentis & peſtiferis hu-
noribus, ut fit in apoplexia: ſpiritus, qui ci-
nt actiones ſenſuum exteriorum & interio-
um, & qui ſuppeditant uirtutē motiuam, ob-
uuntur, & ob id amittuntur ſenſus & motus.

Porrò duplex eſt memoria, ſenſitiua, quæ
ommunis eſt homini cum beſtijs, quam ſen-
tiuam uocant, ſeu organicam: & intellectiua,
uæ res ab intellectu perceptas conſeruat: &
ſt unicus theſaurus eorum omnium, quę ad-
liſcimus. Hæc eſt potentia non organica, ſoli
homini peculiaris.

Tria ſunt, quæ exacuunt memoriam: bo-
no

no ſcilicet ordine digerere memoriæ cōmendanda: deinde meditari attentè, ſæpiusq; eadem repetere memoriæ quālibet infixa: tertiò affectu quodam peculiari lætitiæ aut doloris in rem memorandam ferri. Adiuuatur etiam naturalis memoria præceptis eius artis, quam nunc Memoratiuam uocant. Cæterùm, quod plerunq;, qui ingenio ualent, ſunt magis obliuioſi, accidit, quòd minus intendant animum in ſpecies intelligibiles, quas celerius comprehenduut. Sed ingenio tardiores, cùm plus intendunt animum in intellecta: firmius quoq; retinent difficulter impreſſas ſpecies, quemadmodum imago inſculpta marmori diutius manet, quàm ceræ impreſſa.

De ſomno & uigilia.

CAPVT XIIII.

SOmnus, eſt uinculum uel remiſſio primi ſenſitiui. Cauſa efficiens ſomni eſt uapor non uiſcoſus aut lentus, nam hic lędit cerebrū & apoplexiam efficit: ſed ſuauis à nutrimento eductus, qui cùm per uenas, aut meatus uenis proportionales ad cerebrum, aut quod loco cerebri eſt in animalibus eo carentibus deuenerit, cogitur in humorem à natiua cerebri frigid

iditate,eodem modo,quo in media aëris re-
ione uapor in pluuiam conuertitur. Hic hu-
ıor rurſum repercutitur deorſum,& tum de
endendo obſtruit meatus ipſos ſpirituum à
ɔrde ſurgentiũ. Quibus ſpiritibus nerui ſen-
is communis,& exteriorum ſenſuum deſti-
ıti, clauduntur & obſtruuntur, ut nequeant
ecies ſenſibiles ſentire,& ſic induciť ſomnus
le humor relabitur ad cor,& tum calor cor-
s per antiperiſtaſin intenditur,& attrahit ca
rem ex exterioribus mẽbris,quæ tum non-
hil refrigeſcunt. Quare quô copioſius fuerit
ıtrimentum,eô plures ab eo uapores ſurgũt,
ım coquitur, qui profundiorem quoque &
ngiorem ſomnum cient: ut apparet in pue-
s & operarijs laſſis. Nam illi propter nati-
ım copiam caloris cibum digerentis ſunt
ɔratiores,& alioqui etiam humidiores. Hi la
ɔre calorem naturalem intendunt & exci-
nt,quare cibos eô fortius concoquunt, à qui
ıs copioſiores uapores exhalant. Somni q̊-
ıe largiores ſunt in phlegmaticis & ſangui-
ɛis: breuiores contrà in melãcholicis ob ni-
iam frigiditatem & ſiccitatem cerebri, & in
ıolericis ob ſiccitatem. Piſces propter calo-
s paucitatem, & inſecta, & quæ duros ocu-
los

los habent,ut cancri, breuem habent ſomn
Præcipuum ſomni munus eſt, uirtutem an
malem ac uitalem adiuuare & recreare:nutr
mentum enim nunquam melius concoqui
quàm in ſomno, propter calorem naturale
collectũ ad interiora membra, & organa cc
coctionis:& gignit ſomnus maiorem ſpiritu
copiam. Si enim rectè ſomno utamur, mul
præſtat commoda. Cibum enim elaborat,h
mores excoquit, dolorem lenit, laſſitudine
ſolatur, interna laxat, animi uerò ęgritudin
obliterat,rationem uiciatam corrigit. Cæte
optimus ſomnus eſt nocturnus, quoniã n
naturali humiditate ſilentioq; ſomnum acc
ſens abſolutam molitur concoctionem:atq
ideò fit,ut poſt hunc magna ex parte ad exc
menta deijcienda feſtinemus. Interdiu eni
ut inquit Hippocrates, uigilandum: ſi cont
commutetur,peſſimum. Tempus autem,q
interdiu dormiunt aliqui, haud ſatis eſt, ut
eo cibi perfectè conficiãtur:intercifa enim a
te ſuam horã concoctione,per meridiem e
urgentes,ſæpe numero acidum ructant, fla
bus implentur, nonnulli fluctuatione quoq
moleſtãtur,niſi uel ex conſuetudine, uel q
ſatis dormierunt, huiuſcemodi caſus effugi

Q

Quæ enim ex longo tempore conſueta ſunt, Hippocrate teſte, etſi deteriora ſunt, inſuetis minus moleſtare ſolent. Ariſtoteles putauit pertinere uigilias matutinas & ad ſalubritatem, & ad acumen ingenij, ſomno nocturno legitimè peracto. Implet etiam ſomnus, & corpulentos nos facit, teſte Plinio. Vnde exijt illud Martialis in diſtichis de glire:

Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo
Tēpore ſum, quo me nil niſi ſomnus alit.

Sed ſi modum excedat ſomnus, itidemq́; uigilia, inſalubres habebuntur: hæc uel à calida & ſicca eſt intemperie plerunq;, uel ab humoris bilioſi abundantia: ille ab intemperie frigida & humida, uel frigidi humoris abundantia, uel Venere nimia. Adnotauit etiam Aulus Gellius ex M. Varrone & alijs, proceritatem impediri puerorum ſomno nimio, & hebetiores quoq; fieri ingenijs. Porrò ſomnus ſoluitur, quando peracta eſt coctio, & ſanguis purior à craſſiore ſeparatus fuerit: quorum ille in ſuperiora membra propter leuitatem ablegatur, hic propter grauitatem in inferiora decidit.

A cœna exiguum interuallum, non ultra horę ſpacium, nec eo minus, intercedat ad ſomnum:

mnum : ſed prius quàm te cubitum conferas, paulìſper inambula : ut cibus ex orificio ſto- machi deſcendat, & ſtomachus claudatur. Pr- mùm quoq; in dextro latere cubandũ, ne hie- os ſtomachi. Eſt ſane maxima pernicies uiri- um tum corporis, tum ingenij, poſt cœnam uigilias in multam noctem extendere, hinc enim ſtomachi ſequitur cruditas, calor natur- lis diſſipatur, gignitur ſanguis impurus, cor- pus uicioſis humoribus impletur, ſequitur au- κακοχυμία, aut macies: accedunt pallor, contu- batio ſpirituum, atq; debilitas cerebri.

Vigilia uerò eſt facultas ſentiendi ac mo- uendi in animali, à calore naturali & ſpirit- orta. Sunt autem ſomnus & uigiliæ adfectio- nes ſenſus communis: & inſunt omnibus an- malibus per uices. Sic enim Ouidius ait:

Quod caret alterna requie durabile non eſt,
Hæc reparat uires, feſſaq; membra leuat.
Et alibi:
Somne quies rerũ, placidiſſime Somne deo-
Pax animi, quem cura fugit, tu pectora dur-
Feſſa miniſterijs mulces, reparasq; labori.
Virg. Feſſos ſopor irrigat artus.

Martialis inter partes beatæ uitæ numerat ſo- mnum, cùm ait:

Somn

mnum, qui faciat breues tenebras.
alibi optat:
nox cum ſomno, ſit ſine lite dies.
icero ſomnum imaginem mortis nomina-
ait: ac inde colligi, nullum in mortuis, aut
orte ſenſum eſſe: quum eius ſimulachrum,
ue umbra ſenſu careat. Ouidius: (go?
ulte qd eſt ſomnus gelidæ niſi mortis ima-
Longa quieſcendi tempora fata dabunt.
roinde non inſcite dixit Ariſton apud Plu-
rchum in commẽtario De contẽtione ignis
aquę: ὀλίγου τοῦ βίου τοῖς ἀνθρώποις δεδομένου,
ῦνος ὥσπερ τελώνης τὸ ἥμισυ ἀφαιρεῖ τούτου, id eſt,
m exiguum uitæ tempus datum ſit homini
is, ſomnus uelut publicanus dimidium eius
fert. Plato libro de legibus ſeptimo, καθεύ-
ων γὰρ οὐδεὶς οὐδενὸς ἄξιος, οὐδὲν μᾶλλον τοῦ
ζῶντος, id eſt, nullus enim dormiens ali-
ius eſt precij, nihilo magis, quàm is, qui ui-
is non eſt. Huc reſpexit Murmellius:
rripitur uitæ tempus quodcunq; ſopori
Additur, annorum prætereunte rota.
ſt conceſſa breuis miſeris mortalibus ætas,
Expoſita innumeris peſtibus atq; malis.

Immodico mauis hanc ſi conſumere ſomno
Haud hominum cuiꝗ non odioſus eris.
Abijcient ſuperi uultu tua dona ſuperbo,
Deſidiam ludent fœmina uirq́ꝫ tuam.

De ſomnijs.

CAPVT XV.

Somnium, eſt imaginatio facta in ſomno ſpiritibus uariè per cerebrū diſcurrētibu Species enim rerum, quæ uigilando quis co ceperit, & appetiuerit, aut metuerit, in imag natione inter dormiendū offerunt. Sic Lucre

Et quo quiſqꝫ ferè ſtudio defunctus adhære
Aut qbus in rebus multū ſumus antè mora
Atq; in qua ratione fuit contēta magis men
In ſomnis eadem plerunq; uidemur obire.
Cauſidici cauſas agere, & componere leges:
Induperatores pugnare, ac prælia obire:
Nautæ contractum cum uentis degere belli
Nos agere hoc aūt: & naturam quęrere rerū
Semper, & inuentā patrijs exponere charti
& quæ ſequuntur. Sic Claudianus:

Omnia, quæ ſenſu uoluunt, uota diurno,
Pectore ſopito reddit amica quies.
Venator defeſſa thoro cùm membra reponi
Mens tamen ad ſyluas & ſua luſtra redit
Iudicibus lites, aurigæ ſomnia currus,

Vana

Vanaq́ꝫ nocturnis meta cauetur equis.
Aliquando certi humores, quorũ redundantia aut agitatio mouẽt imaginationem, ſeu ſpiritus, ſomnia efficiunt. Sic cholericus humor, ignea & præcipitia ſomnia parit, ſanguineus amœna, phlegmaticus aquea & pigra, melancholicus monſtroſa & horribilia.

Eodẽ modo Ephialtæ fiũt in ſomno, cùm ex continua crapula, aut ſtomachi cruditate craſſus humor impedit motum thoracis, quæ compreſſio mouet imaginationem, ut credat thoracem premi ab aliquo alio. Sequitur que clamoris & uocis fruſtratio, aut incertus & indiſcretus ſermo. Quidam ſe audire credunt eos, qui in ſe irruerunt, & ab eis Venerem exigere, mox illos fugere, & his ſimilia alia. Noſtri uocant dæmonem inſultorem, uel Incubum, alij Phaunos uocauerunt, & Phaunorum ac Incuborum ludibria & oppreſſiones.

Aliquãdo ſomnium contingit ex cœli influxu, ſic dominante Marte bella, Venere ludos ac choreas plerunq; ſomniamus. Aliquãdo neceſſitatis, aut caſus fortuiti occaſio parit ſomniũ: ſic famelicus cibũ ſomniat, ſitiẽs potũ.

Diuinatio ex ſomnio eſt præſcientia, uel prædictio quædam de futuro ex eo, quod an-

tea ſomniamus. Quæ aliquando diuinitus in-ſeritur mentibus, & monſtratur ſignificatio. Talia ſunt uaticinia Iacob, Ioſeph, Danielis & ſimilia. Hæc diuinatio ſola certa eſt: cæter omnes ut obſcuræ ſunt, ita ferè incertæ, & fal-laces. Depingunt tamen aliquando ſomnia fu-turos euentus quaſi quibuſdam allegorijs. It Pontanus ſcribit militem Genuę ſomniaſſe, ſ à ſerpente deuorari: quare eo die cùm cæter milites imponerent nauibus, dimicaturi cum hoſtibus, ipſe domi ſe continuit. Sed fortuit tumultu orto in urbe alioqui tranquilla, ictu globo bombardæ, quam ſerpentem uocant perijt. Diabolus quoque ſpectra terribilia ſo-mniātibus ſæpe offert, & ſuperſtitioſa ſomni confirmantia errores, aut ſcelus iubentia.

De appetitiuo, ſeu concupiſci-tiuo ſenſuum.

CAPVT XVI.

APpetitiuum eſt facultas, qua anima in-clinatur & impellitur ad proſequendū aut fugiendum id, quod ſenſu quolibet cogn uit & apprehendit. Ita lupus ouem uiſam, & imaginatione cognitam, ſpe ſequitur & inhi

at

r,canem metu & odio auerſatur.

Vis appetendi triplex eſt: Nutritiua, ſiue uegetatiua, quæ eſt inclinatio & procliuitas quędam in quolibet animato: ut corporis partes exhauſtæ appetunt nutrimentum, immodicę repletæ appetunt leuationem. Huc quoqꝫ pertinet appetitio generationis. Organũ eius eſt epar.

Altera, de qua hic loquimur, ineſt omnibus animalibus & ſolis, ac ſenſus comitatur, quare à pleriſq; appetitio ſenſitiua dicitur. Hęc duplex eſt. Aut enim fit per contactum, aut ſine contactu. Quę per contactum, comprehendit ſub ſe delectationem & dolorem. Delectatio cùm tangitur, obiectum conueniens. Dolor cùm tangitur, obiectum lædens aut lacerans corporis partem. Hæc non oriuntur ab ulla cogitatione, nec tolluntur ratione. Non enim poteſt non conueniẽtibus qualitatibus bene adfici ſenſus, ac rurſus non conuenientibus dolere. Quæ fiunt ſine contactu, ſunt motus cordis, quibus proſequimur obiecta, quæ cogitatio ſeu uera, ſeu falſa, oſtendit eſſe conuenientia, aut fugimus incommoda. Hij motus propriè uocantur Adfectus ac πάθη.

Adfectus eſt ueluti uoluntas in animalibus

ratione carentibus, quæ ſolo naturæ inſtinctu & impetu, non electione neq; liberè feruntur. In hominibus debet parêre rationi.

Eſt autem adfectus duplex: Concupiſcibilis & Iraſcibilis.

Concupiſcibilis appetit, uel futurum bonũ, & Spes dicitur, cui uicinus eſt amor: ſed ardentior eſt: optat enim obiectum incitato corde, tanquam ad ingens bonum fruendum: uel inſtans bonum, & lætitia uel uoluptas nominatur.

Iraſcibilis auerſatur quaſi per iram & odium, & indignè fert, aut futurum malum: ut timor, qui & metus dicitur: aut malum pręſens, ut triſtitia, quæ ſi modum exceſſerit, cor conſtringit, premit, angit, & illud tremere, atque eius uirtutem langueſcere cum acri ſenſu doloris facit, & paulatim amiſſa uirtute cordis hominem prorſus extinguit.

Ira eſt motus cordis, quo offenſionem aliquam auerſatur cor, & ſimul conatur pœna adficere autorem, ſeu cauſam offenſionis. Incandeſcit cor in eo motu, & incenduntur ſpiritus, qui ſanguinem agitatum etiam inflammant, & omnium membrorum actiones conturbant.

Odium

Odium eſt ira inueterata, atq; habitus quiam ex ira ortus.

Pudor eſt uicinns iræ: eſt enim motus, quo onſcius ſibiipſi iraſcit̃ propter admiſſam tur itudinem, & propemodum ſeſe punit, & ſi hul ueretur aliorum iudicia.

Verecundia eſt motus metuentis turpitudi em, & indignantis, admiſſa turpitudine.

Miſericordia, eſt triſtitia, propter alienas hiſerias orta.

Inuidentia, eſt triſtitía propter alterius feli itatem orta, quæ nihil noceat inuidenti.

Zelus eſt mixtus adfectus ex amore & ira. Cùm uidelicet amans aliquid, iraſcitur illi, à uo læditur id, quod amat: ut amore Chriſtia æ fidei principes Chriſtiani, bellum contra Turcam, pernicioſum noſtræ fidei hoſtem, uſcipiunt.

Eſt & huic contrarius adfectus, cùm quis odio uirtutis gaudet propter calamitates bo iorum, & improborum ſucceſſus: à Græcis licitur ἐπιχαιρεκακία.

Zelotypia, animi ęgritudo eſt, inde proue iiens, quòd timeas, ne alteri contingat, quod um nemine habere commune uelis.

Deſperatio, eſt ęgritudo ſine ulla rerũ expectatione meliorum.

Organum huius potentiæ eſt cor. Obiectum eius bonum & malum, reuera tale, aut opinione tantũ: hæc em̃ uis aĩæ errare poteſt. Cauſa efficiens adfectuũ, eſt ipſa mens, & conſuetudo bona uel praua, item diſciplina uel inſcitia. Indomitæ enim feræ & efferа ingenia manſueſcunt diſciplina: item corporum temperamentum. Sic ſanguinei plerunque ſunt hilares ac læti propter ſanguinem multum & clarum, ſpiritumq́ puriorem. Cholerici propter ſpiſſiorem, & ſanguinem calidiorem, nõ ita clarum, ſunt ad iram propenſi. Phlegmatici propter ſpiritum minus calidum, & ſanguinem tenuem & aquoſum, ſegnes ſunt. Melancholici propter ſpiritum impuriorem, & ſanguinem frigidiorem, turbidum, & craſſum, ſemper triſtes & meticuloſi ſunt: & ſolitudine gaudent, ſicut frequentia ſanguinei.

Adfectus quoque augentur, ac prouocantur ex influentijs planetarum, & ſignorum. Porrò, quô corporis temperamentum eſt nobilius, eô quoque puriores & generoſiores habet adfectus. Sed cauere oportet, ne conſuetudo praua, & mala mens hanc generoſitatẽ

tem ſubuertat. Immoderati quoq; adfectus
rrumpunt naturam, ut nimia lux oculos.
Tertia uis appetendi, rationalis dicitur, &
li homini ineſt, de qua poſtea.

De motiuo ſecundum locum.

CAPVT XVII.

MOtiuum eſt facultas mouendi corpus animatum uel totum, uel aliquam par m, ex alio loco in alium, ex appetitione qua am, aut imaginatione, ſeu deliberatione pro iſcens. Obiectum eius ſunt bonum & ma m, ſiue ſint uerè, ſiue tantùm uideantur talia. rganum ſecundum medicos, ſunt muſculi, cundum Ariſtotelem iuncturæ, ſeu nerui, à rde & cerebro expanſi, & ſparſi per ſingula rporis membra, artus & articulos cohęren s, & deriuati per muſculos eorum membro m, quæ corpus uel eius partem loco promo eant: ut pedes, brachia, &c. Obiectum itaque ui apprehenſiua cognitum, mouet appetitio em, quæ deinde perſuadet motiuæ, ut illud biectum uel proſequatur, tanquam bonum, el refugiat, tanquam malum: ſic lupus ouem iſam & appetitam proſequitur curſu, & refu

git canes. Appetitio enim, excitato ſpiritu uitali neruos impellit, qui cient muſculos, hi chordas, chordæ trahunt membra. Progreditur itaque eo, quo ducit imaginatio, uidelicet ad ouem, uel longius à cane.

Muſculus eſt caro compoſita & mixta ex neruo, chorda, & carne pura, quaſi ligamentũ membri unius cum altero.

Spiritus uitalis, eſt corporeus fumus ualde ſubtilis, ab humore & uapore ſubtili ex corde ortus, ope caloris naturalis, atq; toti corpori animato per arterias uenasq́; diffuſus.

Chordæ ſunt nerui duriores, & quaſi oſſei, à collo ad calcaneum per membra mobilia extenſi.

Nerui duplices ſunt: ſenſitiui, qui ab anteriore parte cerebri deriuantur: & motiui, qui à poſteriori parte cerebri oriuntur.

De anima rationali.

CAPVT XVIII.

ANima rationalis definitur à Moſe Geneſios primo, quòd ſit ſpiritus uitę, ad imaginem Dei creatus, & corpori humano inſpiratus. A philoſophis uerò in hunc modum: Anima

ıima rationalis eſt ἐντελέχεια corporis phy-
i organici, qua homo uiuit, ſentit, & intelli-
t primum, agitq́; liberè & cum electione.
æc ſoli ineſt homini, & ſola eſt immortalis.
antarum uerò & brutorum animæ ſunt qui-
em ſubſtantiæ incorporeæ, id eſt ſpiritus, &
iracula uitæ, ſed unà cum natis corporibus
iſcuntur, & mortuis moriuntur. Et quan-
ıam brutorum nonnulla, quæ docilia ſunt,
dicium quoddam, quandamq́; deliberatio-
s imaginem habent in agendo, tamen nulla
ectione, nec liberè, nedum intellectu agunt:
d ſecundum phantaſiam mero ductu, inſtin
u & impetu naturæ, ſine ullo conſilio ratio-
q́; operantur quidquid agunt: ſic apes mira
ɔera extruunt, ſed hanc ipſam architecto-
cen non dijudicant: formica colligit fru-
entum in æſtate, nulla futuri prouidētia, ſed
æſentis auiditate cibi. Rationalis anima, li-
t ſit per totum corpus diſperſa, nullum ta-
en certum & definitum organum corpo-
um habet, ſicut uegetatiua & ſenſitiua: quia
ɪrpore quieſcente, & à corpore ſeparata, ſuis
men officijs fungitur, id eſt, intelligit, uult,
eliberat. Anima rationalis, præter officia ue-
etatiuæ & ſenſitiuæ, habet duas partes non
eſſentia

eſſentia, ſed officijs diſtinctas: ſcilicet intellectiuum, & appetitiuum rationis.

Cæterùm, quòd anima ſit immortalis, apertè teſtantur ſacræ literæ. Docet enim filius Dei de uita perpetua, poſt hanc uitam agendã, ac teſtatus eſt omnibus mortuis reſtituenda eſſe corpora, pioſq;, qui euangelio obtemperauerunt, in perpetua lætitia uicturos eſſe, fruentes Dei conſuetudine. At hoſtes Dei, ſubituros eſſe horribiles & æternos cruciatus. Ita etiam Chriſtus ipſe interfectus reuixit, recepto ſuo corpore: ac reuixit unà cum eo cœtus patrum ac prophetarum, ut comitarentur ducem ſuũ, & unà fruerentur Dei conſuetudine.

Quòd autem animæ ſint ſpiritus ſeparabiles extinctis corporibus ſuperſtites confirmant hæ ſententiæ. Matthæi decimo Chriſtus inquit: Corpus occidunt, animam uerò occidere non poſſunt. Ad latronem inquit: Hodie mecum eris in paradiſo. Si exhalans anima diſſiparetur, aut ſi ad extremum diem uſque dormiret, ut quidam phanatici nunc ſomniant, certè non uerſaretur unà cum Chriſto. Spiritus enim non poteſt dormire, aut ocioſus eſſe. Ac paradiſus ſignificat hìc uitam beatam, quæ eſt noua uita, luce, ſapientia, iuſticia,

ac

læticia cumulata, in qua omnes diuorum
imæ nūc cum Chriſto uiuunt. Matthæi 17.
oſes colloquitur cum Chriſto in monte.
arè autem ſcriptum eſt in Deuteronomio,
oſen mortuum eſſe, & ſepultum: Ergo col-
quitur cum Chriſto anima à corpore ſepa-
ta. Paulus inquit: Cupio diſſolui, & eſſe cum
hriſto. Et ad Corinthios: Dum in corpore
mmoramur, peregrè abſumus à domino.
nfidimus autem peregrè abituros nos eſſe,
commoraturos cum domino. Et Petrus ait,
hriſti mortui ſpiritum concionatū eſſe ſpiri
us in carcere. Ergo uerè ſentit aĩas eſſe ſpiri
ſeparabiles. Apud Lucā recitatur hiſtoria
Lazaro in ſinu Abrahæ, in qua & ſi figura-
nominantur ſitis, digitus, lingua, tamē ſum-
a narrationis haud dubiè hiſtorica eſt. Nec
ad alienum eſt ab hoc loco: Deus eſt Deus
iorum. Quare cùm ſe nominet Deum Abra
, ſuperſtes eſt eius anima, & uiuit.

Ex ethnicis quoque philoſophis, quidam
am uitam reſtare exiſtimauerūt. Plato ex-
lentes & heroicas animas, non nimium
llutas contagio corporum, arbitratur tan-
am puriores ſurſum euolare. Cæteras igna
s, & uoluptatibus corporum contaminatas
humi

humi uagari circa ſepulchra, eáq; eſſe ſpectr
iudicat. Ac in Phędone duo argumenta recen
ſet, & de immortalitate, & de natura animæ.
Horum prius eſt: Quæ non ſunt nata ex ele
mentis, non adficiũtur corporum corruptio
ne aut interitu, Anima non eſt orta ex elemen
tis, Ergo nõ extinguitur propter corporis in
teritum. Minorem confirmat: Impoſſibile eſt
in natura elementari oriri notitias & quidem
uniuerſales, & de rebus nõ corporeis, de Deo
de numeris, de ordine, de diſcrimine hone
ſtorum & turpium. At has notitias tenent an
mæ hominum, etiam non acceptas doctrina
Ergo neceſſe eſt eas non elemẽtari, ſed ab ali
qua pręſtantiori ac perpetua natura oriri. Ian
collige & cæteras animæ actiones, ratiocina
tionem & inuentionem artium, & multarur
arcanarum rerum, quæ omnes ſignificãt ear
agiliorem eſſe, quàm ſit elementaris natura
Nec inſita eſſet nobis de Deo notitia, niſi à De
orta eſſet. Præterea impoſſibile eſt, optimo
quoſq;, tantùm ad perniciem ac interitum na
ſci, conſtat autem optimos plerunq; duriſſim
adfligi, ſæpiſſimè etiam à tyrannis & ſcelerat
aliјs interfici. Neceſſe eſt igitur reſtare aliqu
portum, in quo boni acquieſcant. Eoden
arg

gumēto utuntur Chryſoſtomus & aliȷ theo
gi, ad oſtendendam reſurrectionem mor-
orum: & habet certè magnum pondus.

Quid autem Ariſtoteles ſenſerit, ambigi-
r: nō enim ſatis perſpicuè dicit quid ſentiat,
ec integrè tractat hāc cauſam, tamē & ipſum
pparet in hanc ſententiā inclinare, cùm dicat
entem extrinſecus accedere, & diuinum
iddam eſſe. Hæc enim ſunt eius uerba in ſe-
ndo de generatione animalium: λέιπεται
ἐ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶ-
ι μόνον. Et in ſecūdo de anima ſatis ingenuè
ſcernit mentem humanā, ab anima ſentien-
& uegetatiua. Et aliam quandam eius natu-
m, ac ſeparabilem eſſe fatetur, περὶ δὲ τοῦ νοῦ οὐδὲ
ο φανερόν, ἀλλ᾽ ἔοιθε ψυχῆς γένος ἕτερον εἶναι,
τοῦτο μόνον ἐνδέχεται χορίζεσθαι, καθάπερ τὸ ἀΐδιον
ρθαρτοῦ. Dicit etiam intellectum, quem faci-
tem uocauit, ſeparari poſſe, non miſtū eſſe,
hil eum pati, & actu eſſe ſubſtantiam, item
rpetuum & immortalem eſſe. Obſeruandū
hoc eſt, quòd dicit animam nihil pati: ſed
, in quo ſit anima, & affectiones alias non
ſe animæ affectiones, ſed totius & habentis
nimam, quatenus habeat. Hæc enim ad id fa
ant, non modò intellectum, ſed ipſam ani-

mam

mam eſſe immortalē ſenſiſſe Ariſtotelē, ita u
& reliquæ animæ qualitates maneant aliqu
ex parte ſemper, non prorſus pereant. Si en
nihil patitur anima, & eatenus amare & odiſ
ſe, & eiuſdem generis alia ſunt in ſuis organis
quatenus in eis ſunt, id eſt, quatenus non poſ
ſunt efficaces eſſe, & operari ſine corporei
inſtrumentis, neceſſe eſt animā eſſe æternam
& uires pleraſq; alias, præter intellectum, re
linqui poſt mortem. Præterea quod non pati
tur, non eſt obnoxium corruptioni: quod au
tem non eſt obnoxium corruptioni, ſempe
eſt: quod ſemper eſt, immortale eſt: ergo ani
ma eſt immortalis: ſiquidem nihil patitur an
ma. Sed aliter de immortalitate animæ Ariſt
teles, aliter ſacræ literæ & theologi docent.
Ariſtoteles enim nullam potentiam remane
re in anima dicit præter intellectum, quan
quam ille intellectus eſt actus, non potenti
propriè, poſt mortem. Theologi non tantùm
intellectum tribuunt animæ poſt hanc uitam
ſed etiam alias quaſdam functiones, ut ſur
meminiſſe, amare, & delectari.

De intellectiuo.

CAPVT XIX.

Intel

Ntellectiuum eſt uis animæ rationalis, qua
homo cum ſingularia,tum uniuerſalia per-
pit,cognoſcit & dijudicat,ita ut uerè,aut ue-
ſimiliter ſunt. Paucorũ enim habemus per-
ctam notitiam. Obiectum intellectus eſt ens
genere,hoc eſt, Deus,& tota rerum uniuer
tas. Verùm cùm natura hominis per Adæ
pſum uiciata ſit,&tanta caligo menti offuſa,
ne corporum quidem eſſentiam perſpicuè
telligat:tantùm abeſt, ut Deum ac ſpiritua-
s ſubſtantias ita ut ſunt, cognoſcere queat:
prehendit tamen obſcurè atq; tenuiter ra-
cinando à poſteriore,ut ex qualitatibus ſen
ilibus intelligat ſubſtantias corporales, ex
ibus deinde per collationẽ percipit utcũq;
rituales,& inuiſibilem Dei maieſtatẽ,ut in-
it Apoſtolus Romanorum primo,ex rebus
ibilibus cognoſcit. Fit autẽ intellectio hoc
odo. Principiò mens ſingularia obiecta ac-
it,ex quibus deinde eruit uniuerſalia, quæ
ato uocabat Ideas, atque ex his collatione
adam quaſcunq; res diſcernit,accidentia in
ſeſe, & à ſubſtantijs ſemota:huic accedit ra
cinatio,quæ procul uagatur,conſiderat ef-
tus,quærit cauſas:ut cùm animaduertimus
ræ motum,quærimus unde moueatur. Sed

quia aliquando in conferendo diſſimilia con
iungit,& in ratiocinando contexit non neceſ
ſariò cohærentia, errat ſæpe ac hallucinatur.

Cæterùm intellectus, ut inquit Ariſtoteles,
eſt uelut tabula nuda, in qua nihil depictũ eſt
hoc eſt, nulla notitia naſcitur nobiſcũ, ſed po-
ſtea primùm diſcendo accipitur. Verùm re-
ctius cenſet Plato in Menone, qui quaſdam no-
titias, artium uidelicet principia nobiſcum na-
ſci probat, quæ in mente ſunt, quamuis nõ ſta-
tim ſe proferant, ſicut nec ſtatim ingredimur.
Cui diuus Paulus conſentit, cùm ait, diuinitus
mentibus quaſdam notitias inſitas eſſe: quòd
ſit Deus, quòd Deo ſit obediendum: & natu-
ræ leges. Sic enim inquit Rom. 2. Quum gen
tes, quæ legem (ſcriptam ſcilicet) nõ habẽt: na
turaliter ea, quę legis ſunt faciunt: eiuſmodi le
gem (ſcilicet ſcriptam) non habentes, ipſi ſib
ſunt lex, quia oſtendunt opus legis ſcriptum
in cordibus ſuis, teſtimonium illis reddent
conſcientia, &c. & hæc naturæ lex inſtigat ho
minem ad bonum, & obmurmurat malo, qu
Theologi ſynteréſin uocant. Item Ouidio &
Virgilio innata fuit quædam uis ad poëſin
quod Ouidius teſtatur:

Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo,

Sed

Sedibus æthereis ſpiritus ille uenit.
c Ciceroni innata erat talis potentia ad ſcien
ım oratoriam: quæ poſtea præceptis, doctri
ı, & uſu excitãtur, & illuceſcunt ſuo tempo-
. Et niſi à deo haberemus principiorum cer-
udinem, nullas profectò haberemus artes:
d Deus, ut monſtraret artes, hos igniculos,
ec adminicula, & ut Plato uocat, has alas no
s addidit. Porrò intellectiuum & ſenſitiuum
ı differunt: Senſitiuum ſine detrimento ne-
ıit excellens ſenſibile ſentire, & aſſidua ope-
tione hebetatur, ac præſentia tantùm & prę
rita apprehendit. Sed intellectiuum contrà,
ıô ſe magis intendit, eô fit acutius, & crebra
editatione redditur agilius, & futura etiam
oſpicit.

De partibus intellectiui.

CAPVT XX.

Ntellectiuum diuiditur in agens & patiens.
Intellectiuum agens eſt facultas animæ ra-
ɔnalis cognitiua, quæ abſtrahit ſpecies intel
gibiles, & planè immateriales, à phantaſia
rceptas, aut per ſimilitudinem excogitatas,
ſignificãtius & perſpicatius eas fingit ac di-

iudicet ueræ'ne, an uanæ ſint, easq́ȝ tranſmi
tit intellectiuo paſſibili non ſolùm cognoſce
das, ſed & diiudicandas, memoriæq́ȝ repon
das. A ſpecie enim ſenſibili, imaginabilis: a
hac, intelligibilis oritur. Itaq; nihil eſt in intel
lectu, niſi prius id fuerit in ſenſu.

Intellectiuum agens eſt quaſi ſol, ut Plat
inquit, in anima, & tanquam doctor docen
ad quod acumen ingenii & inuentionis per
net. Patiēs uerò eſt ueluti diſcipulus addiſcē
Vtriuſq; tamen uis eſt in eadem anima, ſeu in
tellectu, ſeu ingenio.

Altera diuiſio: Intellectiuum, aut eſt con
templatiuum, aut actiuum. Contemplatiuu
abſq; uoluntate, appetitione, cupiditate, aliiſq
animæ potentiis, nudas res comprehendit, &
conſiderat, non propter alium finem, niſi u
ſciantur: finis eius eſt contemplatio, ſcienti
& ueritas. Actiuum uerò coniūctum eſt cu
appetitione, & ſimilibus facultatibus, interi
enim dum intelligit, expetit aliquid aut fugi
aut dum fugit aliquid, aut expetit, intelligit.
Differunt tantū fine: illud enim contentu
eſt eo, quòd rem ueluti præſentē intuetur: ho
propter bonum conſequendum, aut malu
uitandum. Cæterùm hæc diuiſio nequaqua
ſign

gnificat diuerſas potentias,ſed unam poten-
am uerſari circa diuerſa obiecta.

Diuiditur & aliter intellectiuum: uidelicet
intellectiuũ habitu uel actu : illud ocioſum
t atq; quieſcens,non intendens ſe in ſpeciem
telligibilem, quale pueri,inertes, ocioſi,ni-
il cogitantes,indocti,ſtulti habent, atq; oẽs,
ui ſola imaginatiua,id eſt,ratione particulari
tuntur. Hoc in ſpeciem intelligibilem ſe in-
ndit, ut cùm ingenioſi, docti, periti, mente
iquid inquirunt,diſcunt,inueniunt,cogitant,
dicant:incitatur'q; ſtudio, uſu & meditatione.

Quartò diuiditur intellectiuum in ſimplex
compoſitum. Simplex quando cognoſcit
em aut ſignificationẽ unius uocabuli:ut cùm
telligit quid ſit homo, quid laurus, quid iu-
itia,quid pater.Compoſitum,cùm cognoſcit
ropoſitionem ueram aut falſam: ut cùm in-
lligimus hominem eſſe animal,laurum eſſe
rborem:& hæc eſt ſecunda operatio intelle-
tiui,illa prima.

Habitus intellectiui,ſecũdum Ariſtotelem,
nt quinq;:duo contemplatiui, quorum finis
ſt ſcire:intelligentia principiorum, & ſcien-
a concluſionum:duo actiui,ſcilicet prũdẽtia,
uius finis eſt agere; & ars, cuius finis eſt effi-

cere uel fabricari: quintus, ſapientia, continen
cuiuslibet habitus cùm doctrinam, tum uſun
& experientiam.

De appetitiuo rationis.

CAPVT XXI.

APpetitiuum rationis eſt potentia appe
tens bona, uel renuens mala, ab intelle
ctu percepta, & à ratione dijudicata. Differ
ab intellectiuo, quia hoc cognoſcit, illud cog
nitum cenſet proſequēdum uel auerſandum
& iudicio mentis obtemperare debet. Quar
hæc facultas fallitur, ſi intellectiuum fallatur
quod licet per ſe ſit abſolutum, tamen per acc
dens, ob ſenſuum incertitudinem, & imagin
tiui errationem aberrat ſæpius.

Obiectum proprium & ſummum Appeti
tiui eſſet Deus ipſe, ſi natura adhuc eſſet inte
gra, & non deformata: tunc enim Deum ex
peteremus ut ſummum bonum. Deinde cæt
ras res bonas eo ordine, quem Deus tradidit
uirtutem, uitę commoda, propter Deum. Sec
nunc propter infirmitatem & caliginem, &
propter conturbatam harmoniam uirium i
humana mente exiſtunt uarij errores. Quar
abiectum appetitiui in non illuminatis uerbo
Dei

)ei,eſt bonum finitum &malum contrariū,
uatenus ratio humanæ naturæ uel ſocietati
l eſſe bonum uel malum decernit. Huius bo
i ſpecies ſunt honeſtum, ciuile, bona utilia,
ita,uitæ commoda,uoluptates,gloria. Hi nō
mant uerè Deum, quia & ſi credant Deum
ſſe,tamen dubitant,utrum curet, exaudiat,&
diuuet nos. In illuminatis uerò,obiectū eius
ſt bonum infinitū,id eſt,Deus,& cætera bo-
a propter obedientiam præſtādam Deo. Eſt
im in his mens per ſpiritum ſanctum quo-
ammodo reſtituta,qui nouam lucem & no-
am obedientiam per uerbum Dei in menti-
us inchoat. Quare Paulus imaginem Dei,id
t,mentem noſtram renouare iubet agnitio-
Dei,iuſtitia,& ueritate.

Actiones appetitiui ſunt uelle ac nolle: &
nt duplices: aliæ dicuntur Elicitę,quibus uis
ppetendi,ſiue uolūtas per ſeſe,non ſimulans,
ec alijs imperans, id quod ſibi uidetur bonū
xpetit,aut auerſatur malum: ſic auarus per ſe
xpetit opes, Ioſeph ex animo auerſatur adul
rium,ideo non conſentit uxori Potipharis,
ec dormit cum ea: aliæ actiones dicuntur Im
eratæ, cùm uidelicet hæc facultas ſibi impe-
it,aut inferioribus uiribus: ut laborans febri

 non

non uult morem gerere ſiti,ideo loco motiu
imperat,ne porrigat potum. Sic in Stephano
& aliis martyribus, & ſi cor metuebat mortē,
& aliquo modo ſecum rapiebat appetitiuum,
tamen appetendi facultas erecta æterna felici-
tate flectit cor,ut eodem bono moueat,& mi-
nus metuat.Huc referuntur omnes ſimulatio-
nes ; ut fictitii illi dolores in falſa pœnitentia:
ut cùm impius ſcortator ſimulat pœnitentiā.
Porrò in ſacris literis Vis appetendi, cor ple-
runq; dicitur.Sic Chriſtus loquitur:Ex corde
exeunt cogitationes malæ, cædes, adulteria,
ſcortationes,mendatia,blaſphemiæ.

De animæ hominis origine.

CAPVT XXII.

VAria eſt tum philoſophorum,tum theo
logorū de animæ hominis origine opi
nio. Nōnulli enim ex theologis cenſent eam
quotidie creari, quando naſcuntur homines.
Alii primam tantùm creatam eſſe uolunt, re
liquas omnes ſequentes, ex prima illa ſatas
& progenitas,aut factas ex traduce,ut ipſi lo-
quuntur,hoc eſt,à parentibus, & ipſa ſemini
natura. Multi ex diuina ſubſtantia factas eſſe
animas contendunt. Inuenias phanaticos

quoſdam

uoſdam, qui ſimul omnes factas eſſe opinati
nt, & poſtea mitti eas in corpora. Origenes
utat omnes animas angelos fuiſſe, & pro-
ter peccata eſſe detruſas in hæc terrena cor-
ora, alias in alia, pro peccati modo. Illas de-
iq; in dæmones mutari, ſi non purgentur: ſi
urgentur, in ſuam naturam redire. Ex dęmo
ibus etiã fieri iterum angelos, ſi abluant ſor-
es. Sed Platonicum, aut potius Socraticũ eſt
oc figmẽtum, & indignũ theologo. Omniũ
orũ opiniones reprobatæ ſunt: una illa man
t, & recepta eſt pijs omnibus, quæ ponit oẽs
ouas creari, & cum præparato nunc corpo-
: ad recipiendã uitam coniungi, & tum crea-
, quãdo corpus ſit in utero formatũ ad hoc,
t eam recipere poſſit. Eſt enim ſcriptum: In-
ſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ. Et con
ntaneum eſt, ſpiritualem naturam non ori-
à corporali. Sed anima ſentiens & uegeta-
ua ſunt ex traduce, hoc eſt, propagantur &
riuntur ex natura ſeminũ: harum enim actio
ulla eſt, niſi organica. Vt enim in plantis pro
agatur anima, ſeu uis ſeminalis cum ſemine:
c equi anima oritur ex ui ſeminis. Nec ratio
uærenda eſt alia, niſi quia talis eſt rerum na-
ura. Ideoq; Ariſtoteles inquit: Naturaliſſimũ

eſt in uiuentibus,gignere aliud ſimile. Hieronymus etiam anathemate flagellat eos,qui ex traduce putant eſſe propagatas hominũ animas. Tamen cùm in plantis & brutis propagantur ex traduce anima uegetatiua & ſenſualis, uidetur etiam has animas in homine propagari ex traduce,quia homo nõ generat imperfectius,quatenus animal eſt,quàm planta, aut brutum. Verùm rationalis anima tantùm à Deo creatur noua, & inſeritur corporibus, ac unitur cum uegetatiua ac ſenſitiua,fitq́; una anima. Philoſophi uerò partem diuinę aut cœleſtis,ac perpetuæ naturæ ponunt animam rationalem. Vnde haud dubiè manauit error Manichæi,qui ſenſit Dei partem eſſe animam: & abſurdiſſimè,ut theologus, duplicem naturam in homine ſtatuit,bonam & malam.

De duplici ratione.

CAPVT XXIII.

Diuus Auguſtinus duplicem ponit rationem:ſuperiorem & inferiorem. Superior ratio, eſt ipſum lumen humanæ naturæ, & quaſi uis præſcribens atque ſuadens diuina, æterna, merè honeſta,atq; diſſuadens his contraria:

traria:

raria:ut opera iuſtitię atq; fidei facienda ſunt,
quia Deus ipſe pręcipit, quia iuſtificāt hoīem,
qa pulchra & homiue digniſſima ſunt. Hęc ra
io malis adfectionibus obnoxia non eſt, ſed
iis ueluti regina imperat: & ingenuo amore
ertur ad honeſta, ac timore ingenuo, non ſer
iili cauet uicia, iuxta illud:
Oderunt peccare boni uirtutis amore,
ut fugienda ſunt peccata, quia Deo & legi na-
uræ aduerſantur, qa hominis natura indigna
unt.

Inferior uerò ratio prauis adfectionibus
rahitur, & appetitiuo ſenſuum, atq; illecebris
rauaq; delectatione ad humana, tempora-
ea, utilia, & externa bona, ſine reſpectu ho-
eſtatis: atque proponit ſibi non uerum fi-
em bonorum, ſed falſum & alienum: com-
nodum ſcilicet, & uoluptatem: ut iuſtitia eſt
mplectenda, quia bonam famam parit, uolu
tatem adfert & commoda. Hæc cauet etiam
icia, ſed timore illiberali, ac ſeruili: ut fugien-
lum eſt peccatum, quia demeretur pœnas,
amnum & ignominiam parit, capitaliter pu
iitur. Quòd ſi impunitatem ſceleris uideret
ibi propoſitam, nihil non flagitij committe-
et. Nam

Ode

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

De libero arbitrio.

CAPVT XXIIII.

STоici impiè fatalem neceſſitatem defendebant, ac detrahebãt omnem libertatem humanæ uoluntati: adeò etiam, ut Deum, ſeu fatum crederent autorem peccati: quo magis impium nihil excogitari unquam poteſt. Rectius Dauid: Non, inquit, Deus uolens impietatem tu es. Oritur enim peccatum, non à fato, non natura, non fortuna, ſed à libera uoluntate hominis ex inſtinctu diaboli. Aliquando tamen animus ſubitò & inconſultè in rem uoluptariam, uel auerſabilem fertur. Talis enim motus non eſt in noſtra poteſtate, neque ſtatim crimini uicioue uertitur. Nam ratio hunc moderari debet per uirtutem, frenisque iniectis cohercere. Verùm ſi animus conſultè rei cognitæ adſentitur, & inhiat rem illicitam, aut fugiat rem licitam, commitit peccatum, etiam ſi non ſequatur actus. Præterea actiones ciuiles homo proprijs uiribus exercere poteſt: ut non committere furtum, adul-

terium,

erium, adminiſtrare rem publicã, defendere
iduam, &c. Aliâs enim ſuperuacanea eſſent
onſilia, deliberationes, præcepta, leges, ad-
ıonitiões, ueniæ, præmia, pœnæ. Vincitur ta
ıen hæc libertas ſæpe infirmitate humanæ
aturæ. Sic diabolus impellit homines etiam
ræſtantes ad horrenda flagitia, ut in Daui-
e flammas aluit & excitauit, cum exarſiſſet
more coniugis Vriæ. Manſit tamen hic liber
ıs. Dauid enim imperare poterat membris,
e attingerent alterius coniugem. Cæterùm
erum atque perfectum amorem Dei, ueram
bedientiam legis Dei, ueram fiduciam in
)eum, ueram patientiam, & conſtantiam in
ıagnis periculis, uoluntas ſine ope ſpiritus
nčti efficere non poteſt. Sic enim Chriſtus
t: Sine me nihil poteſtis facere. Spiritus ta-
ıen non tollit uoluntatem, ſed emendat at-
ue adiuuat.

De conſcientia.

CAPVT XXV.

CONſcientia dicitur mentis iudicium de facto noſtro bono aut malo. Sic Paulus ad

ad Romanos: Teſtimonium reddēte illis con
ſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitatio
nibus accuſantibus, aut etiam defendentibus
in diem, cùm iudicabit dominus. Quemad-
modum uerô nulla conſolatio maior eſt bo-
na conſcientia & quieta, ſic Auſonius:

Quæ'nam ſumma boni? Mens quæ ſibi con-
(ſcia recti.

Ita nullum peius ac atrocius tormentum eſt
mala & irrequieta conſcientia: quæ admodũ
appoſitè deſignat per Furias ac Diras poëtaꝝ.
Cæterùm, conſcientia non eſt æquè recta ac
ſyncera in hominibus. Conſciētia eñ impioꝝ
(ut Theologi dicunt) eſt lata, ſuperſtitioſorũ
& hypocritarum ſtricta uel cauteriata, hæſi-
tantium perturbata, errantium peruerſa, reſi-
piſcentium à malo rectificata, piorum recta.
Qualem donet nobis omnibus Deus, Amen.

Libri de anima finis.

PSALMVS CXXVII. NISI DOMI-
nus ædificauerit domum. Qui docet Deum cuſtodẽ
eſſe uitæ noſtræ, & gubernare totum uitæ
curſum. P. M.

uod ſtruis, & cœlo certas educere molem,
Fruſtra erit, hoc condat ni Deus autor opus.
uod uigilas, urbemq; tuo uis Marte tueri:
Falleris, excubias ni Deus hic tibi agat.
quanquam gratos ſomnos abruperis antè
Quàm reuehit clarum lucifer ipſe diem:
nga dies quamuis triſti conſumpta labore eſt,
Ac operæ partem nox quoq; ſera trahat:
il tamen aßiduæ proſunt curæq́; laborq́;,
Si non adſpirent numina ſumma tibi.
ruat alitq́; pios rerum pater optimus, inde
Commoda ſunt uitæ cuncta petenda tibi.
on domus ipſa ſibi, non urbs creat ipſa patronos,
Felices ciues datq́; facitq́; Deus.
npetus eſt qualis uolucri, rapidæq́; ſagittæ
Figitur in iuſſo quæ procul acta loco.
quocunq; rapit diuinos ſpiritus illos,
Virtuti cogunt cedere cuncta ſuæ.
on fortuna uiros, non uirtus deſerit unquam:
Nec ruitura ſuæ mœnia ſunt patriæ.

PSALMVS CXXXIII.
Ecce quàm bonum.

Exiguis addit uires concordia rebus,
Et malè quaſſatas fulcit & auget opes.
Vtq́; ſenis celſo manantia uertice Aronis,
Confectos artus balſama larga regunt.
Siue ſatis ut uita redit, dum Syrius agros
Torret, ſi gelido rore madeſcat humus.
Sic ubi ſunt æquo ſociatæ fœdere mentes,
Fidaq́; communis pectora iunxit amor.
Virtutem Deus aſpirat, placidoq́; fauore
Prouehit, & uitæ cuncta pericla regit.

DE PLANTIS LIBER II.

De planta in genere,

CAPVT I.

PLanta eſt res corporea perfectè mixta, uegetatiua ſeu nutritiua, non ſentiens, condita à Deo ad uarios uſus hominũ. Species plantarũ ſunt tres: arbor, frutex, herba. *Planta*

Arbor eſt planta ramoſa, ſurculoſa, caudice ſimplici altius à terra aſſurgit: ut cæraſus, pyrus, uitis. *Arbor*

Frutex ramoſa aſſurgit caudice multiplici à radice: ut hedera, arundo. *Frutex*

Herba eſt planta, quæ foliata ſine caudice quidem, ſed cum caule creſcit à radice, ſemen caule ferens aut ſurculis: ut plantago, urtica. *Herba*

Primariæ plantarum partes ſunt quatuor: Radix, qua alimentum tanquam ore attrahitur: caulis uel caudex, quaſi corpus plantæ, alimentum primo à radice, cui adhæret, ſuſcipi-

piens. Rami, qui à caudice fiſſi, multiplices ſparguntur, ſicut à corpore humano brachia & crura. Surculi ex ramis oriuntur, quemadmodum digiti à manibus & pedibus.

Secundæ partes plantarum ſunt. cortex, lignum, matrix, quæ uidelicet in medio ligni, uelut medulla in oſſibus, continetur, nonnulli appellant cor: his accedunt folium, flos, pediculus, id eſt, quo folium fructusq; dependet: capreolus, ſiue clauicula, id eſt, uiteus coliculus, intortus ut cincinnus: muſcus, ſemen, fructus, neruus, uena, caro. Quæ tria per ſe quidem nominibus carent, quadã uerò ſimilitudine nomina partium animalium ſortiuntur.

Partes nouiſſimæ ſunt, humor, liquor, & lachryma.

Plantarum quoq; aliæ ſunt ſylueſtres, quę nullibi feliciùs, quàm in ſyluis & agris naſcuntur: aliæ hortenſes, quæ in hortis & cultis locis proueniunt: aliæ montanæ, quæ in montibus reperiuntur: aliæ paluſtres, &c. Cæterùm quoniam ex plantis quędam Vere, quædam Aeſtate, quædam Autumno, quędam hyeme, quędam toto anno florent. Idcirco aliæ uernæ, aliæ æſtiuę, aliæ autumnales, aliæ hybernales, aliæ annales ac ſemper uiuę, ſeu perpe-

tu

tuò uirentes, uocantur.

Medici pro elementorum qualitate & proportione certos gradus, ſeu exceſſus calidi, humidi, ſicci, & frigidi in plantis ponunt. Sunt igitur uel in primo gradu ſeu ordine calidæ, quarum calor uix omnino ſenſu percipi queat: uel in ſecundo, quarum calor ſenſu percipiatur: uel in tertio, multum uidelicet calefacientes, nec tamen exurentes: uel in quarto, quę uim exurendi habent. Sic quędam ſunt in primo, quędam in ſecundo, quędã in tertio, quędam in quarto frigidę. Eodem modo dicendum eſt de humido & ſicco.

Gignuntur uerò plantę, alię ſponte, alię ſemine, alię radice, alię auulſione, alię ramo, alię ſurculo, aliæ trunco, aliæ ligno conciſo. Sed neceſſe eſt hæc omnia calorem humoremq́ꝫ inſitum habere, nam ſi hæc deſierint, illa infœcunda relinquuntur. Proueniunt autem, cùm uirtus & influxus cœleſtium corporum penetrat terram, atq; uirtutem illam plantarẽ, quæ ſeminibus, radicibus, ſurculis, ac cęteris, ex quibus plantę proueniunt, ineſt, putrefacit: deinde putrefactam, & in nihilum penè conuerſam rurſus condenſat, uiribusq́ꝫ recollectis in radicis ſpeciẽ transformat, quę radix per uir-

tutem caloris innati, & cœleſtis humorē terræ circumſtantis alterat, quantumq́ȝ naturæ ſuæ conuenit & conducit ad ſe attrahens, & imbibens ad ſui incrementum, & ſubtilioribus quaſi uenis per ſingulas partes trāſmittit.

De ſpeciebus plantarum iuxta ordinem alphabeticum. CAP. II.

ABellina priſcis dicebatur auellana, ab Abellino Campaniæ oppido, ubi abundant.

Abies eyn dan, quia in cœlum abeat uidetur appellata, calefacit, ſiccatq́ȝ. Abies arborū altiſſima, rectiſſimaq́ȝ eſt: pars eius inferior enodis eſt, & ſapinus uocatur, ſuperior nodoſa duriorq́ȝ eſt, quam fuſternam uocant. Reſina huic arbori uitium. Gignit pilulam, quæ in medicina uim habet urendi. Folia nō amittit, quę habet pectinum modo. Terna êdit germina, inter ſquamas corticem ſpargit. Semen reddit poſt Vergiliarum occaſum. Ramos habet in cœlum tendentes, nō in latera pronos. Cacuminibus ramorum deciſis moritur, totis uerò detruncatis durat. Et ſi infra ramos præcidatur, quod ſupereſt uiuit. Si uerò cacumen tantùm auferatur, emorit̃ tota. Pondus ſuſtinere

ſuſtinere in ædificijs ualida eſt, nec temerè rũpitur, & priùs carie, quàm uiribus deficit. Prȩcipua dos eſt criſpantibus, & intorto quodam diſcurſu uenarum precioſis.

Abiga herbæ nomen apud Apuleium, ſic uocata propter abortus, quos educendis ijs, quæ in utero ſunt, excitare ſolet, quȩ à Plinio Aiuga dicitur, apud Dioſcoridem χαμαιπίτυς quaſi humilis & breuis, humiq́ꝫ depreſſa, picea; nam eius folia piceam olent, uulgus pharmacopolarum uocat iuam Arthreticam, uel iuam moſchatã à bono odore, corrupto nomine ab ibiga, quod item ab abiga corruptũ eſt, Germani ye lenger/ye lieber. Serpit per terram herba, ſubcurua, folijs ſemperuiui minoris multò tenuioribus, hirſutis, & pinguioribus, circum ramulos denſis: flore paruo, colore luteo aut candido: radice cichorij, ſapore dulci. Alterum genus eſt cubitalibus ramis, in anchoræ ſpeciem incuruatis, prȩtenuibus. Similem prædictæ comam habet, florem candidum, ſemen nigrum, odore piceæ. Eſt & tertium genus, quod mas uocatur, herbula folijs exilibus, albis, ſcabris: caule aſpero, candido: floſculos habet luteos, ſemina ſecus alarũ caua, puſilla. Piceam quoq; olet. Hæc duo gene-

ra uim ſuperioris obtinent, ſed nõ uſqueadeo
efficacem. Calida ſunt in ſecundo gradu: guſtu amarum ſaporem obtinent, & ſicca in tertio. Purgant & abſtergunt uiſcera, potiſſimũ iecur: urinas menſes'q; trahunt, magna uulnera conglutinant, putredinem expertis medentur, duritias mammarum diſcutiunt, decocta ipſius etiam coxendicum doloribus ſalutaria ſunt.

Abrotonũ ſtabwurtz/gertwurtz/affruys/ſchoſſwurtz. duplex eſt: montanum & campeſtre, amaritudo abſynthij eſt in utroq;, hoc marem, illud fœminam intelligunt, quã nunc cypreß wurtz uocant. Hæc quadam arboris ſpecie fructificat: folia candida profert, inciſuris minimis, ſeriphi modo circum ramulos diuiſis: floribus in ſummo fulgore auri, uelut corymbis quibuſdam comãtibus, referta eſt. Naſcitur æſtate. Olet ſuauiter cum grauitate quadam. Mas uerò ſarmentoſus eſt, gracilibus ramulis uti abſinthium: marathri folio, breuiori, caneſcente: lutheolo flore copioſo: ſimplici radice in altum deſcendente. Vtrũq; ſponte prouenit, cacumine ſuo ſe propagans. Seritur quoq;, ſed melius ſemine, quàm ſurculo aut radice. Calefacit & ſiccat in tertio gradu:

du: concoquendi incendiíq; uim habet, modicè enim aſtringit: uentris animalia omnia necat, toti corpori cum oleo infricatum rigores circuitu remeantes perſanat. Stomacho inimicum eſt. Crematum magìs ſiccat, quàm quòd ignem non eſt expertum. Alopecias, id eſt, capilli defluuia ſanat ex tenui oleo inunctum. Abronites, uinum factũ ex abrotono.

Abſinthium wermut: herba uulgo nota: caulem habet ramoſum, folia incana multipliciter ſecta: flores supernè luteos, radices infernè candidas & fruticoſas: ſemen rotundum, racematim cohęrẽs. Cal. 1. ſic. 3. Succus uerò longè quàm herba calidior eſt. Poſſidet abſinthium adſtrictoriam, amaram & acres qualitates. Excalefaciens pariter & extergens, roborans ac deſiccans. Ideo bilioſos uentris humores per egeſtionem infernam propellit, & per urinas euacuat: pituitam contentã in uentre propter adſtrictionem nihil adiuuat, faſtidia diſcutit, ſtomachum corroborat. Præſtantius in Ponto, Cappadocia & in monte Tauro naſcitur. In Ponto pecora pingueſcunt illo, & ob id ſine felle reperiunt. Eſt etiam Ponticum Italico abſinthio amarius, ſed medulla Pontici dulcior. Colligendũ in fine Iulij men

 ſis,

ſis,ac in umbra exiccandum.

Abſinthium marinum, q̊d aliqui ſeriphiū uocāt, wurmſamen Krüyt. herba eſt tenuis cirrosúe habens,abrotoni parui ſimilitudine,referta minutilis ſeminib⁹,ſubamara,ſtomacho inimica,grauiter olet: ꝓuenit paſſim circa itinera,macerias uinearū,& ſępes. Cal. 2. ſic. 1. magìs abſinthio calefacit,& min⁹ aſtringit,aīalia uētris occidit,mediocrit̃ ſtomacho aduerſat̃.

Abſinthium Santonicum, cognomen habet à Santonię regione Gallię prope Alpes, in qua naſcitur, abſinthio non diſſimile eſt: ſubamarum eſt, non adeò ſeminis fœcundum. quod pharmacopolæ vürmKruyt uocant. Eandem uim habet cum abſinthio marino.

Abſinthites uinū abſinthïj, hoc ſtomacho accommodatum eſt, urinam cit. Tardè concoquentibus utile, iecinoroſis itidem, nephriticis, & regio correptis morbo.

Acacalis fructus eſt cuiuſdam fruticis naſcentis in Aegypto, ſeminis myricæ quadamtenus ſimilis, cuius dilutum collyrijs claritati oculorum efficacibus miſcetur.

Acacia ſpina inſtar arboris in Aegypto prouenìens, fructuoſa, non ſe in rectum attollens, tota horret aculeis, excepto caudice, prę-

ter

r enim eos & germinibus & folijs: lignum
bet in duodena ſæpe cubita procerum. Ter
anno cæſa, numeroſa & ingenti ſylua re-
rgit, florem fert candidum, & ſemẽ lupino
nile in folliculis, ex quo ſuccus expreſſus ſic
tur in umbra, ſubrufus ex immaturo ſemi-
, ex maturo niger. Probatꝰ ſubrufus & odo-
tus. Aliqui etiam ſuccum ex folijs unà cum
mine exprimunt. Succus uerò, ſlehenſaff di-
us, qui nunc in officina pro acacia diuendi-
r, collectus eſt ex agreſtibꝰ & immaturis pru
llis, non ex uera acacia, licet tamẽ eandem
rè facultatem habeat. Ex hac etiam arbore
ummi manat nõ cortice, ſed in uaſculo, hoc
fficinæ Arabicum uocant. Adſtringendi, re
igerandíq́ uires ſuccus habet, compeſcit &
eminarum fluxiones, procidentes uuluas,
uidamq́ alUum potus, aut clyſtere infuſus.
ic. 3. frig. 1. elotus autem 2. Reperitur altera
cacia in Cappadocia & Ponto, quę tamẽ mi
ùs efficax eſſe perhibetur, longè etiã minor
ſt & tenerior: folia habet rutæ, ſemen fert
Autumno lenticula minus.

Acanica, ſpinæ genus.

Acanus eyn diſtelgeſlecht.

Acantha acuta, ſiue ſpina acuta, ſiue oxya.

cantha,uulgò berberis,& bugia, verſych/ſa
rach/ erbſelen. Arbor eſt agreſti pyro ſimili
ſed minor, & magis ſpinoſa, baccam profe
myrti conſimilem,fragilem, plenam, nucl
os intus habentem,rubram menſe Septemb
& octobri,ueſcuntur ea aues aliquot,& in ſe
pibus ad multam hyemem grato ſpectacul
uidetur. Radicem habet multifidã, & altè de
ſcendentem. Viribus pyro ſylueſtri æqual
eſt. Fructus eius potus,& in cibo ſumptus di
arrhœam ſiſtit,& fœminarũ fluctiones. Radi
cõciſa & illita cuſpides & ſurculos extrahit.

Acantha albà,ſiue ſpina alba. Officinæ e
bedegarim ſiue bedeguar Pœno nomine uo
cant, eyn diſtelkruyt / den welſchen garde
diſtelen gantz gelich: nomen accepit ab albi
folijs, ſeu lacteis maculis, quibus folia con
ſperſa ſunt. Floribus eius utunt̃ Galli ad coa
gulandũ lac. Naſcitur in montibus & ſyluoſi
locis, folia habet nigro chamæleoni ſimilia
anguſtiora tamẽ candidioraq́ʒ,hiſpida & ac
leata. Caulis eſt ſupra bina cubita altus,hum
no pollice aliquantulum craſſior,albicans,in
tus concauus. In cacumine capitulum ineſ
ſpinoſum, & echino marino ſimile, ſed mi
nus & oblongius. Flores fert purpureos,in q

bu

s ſemē cnici ſimilitudine eſt, uerùm rotun-
us. Leonardus Fuchſius medicus clariſſi-
us duo eius genera conſtituit: unum hor-
nſe, quia in hortis tantùm prouentat: quod
arduum Mariæ uocant, weiß ader mergen
ſtelen·alterũ ſylueſtre, quod Germani weiß
egdiſtell, appellant. Radix eius ſiccat, & mo
adſtringit, hinc cibũ in ſtomacho non con
ientibus, cœliacis, & ſanguinē expuētibus,
ntium'q; doloribus ſuccurrit. Semen tenue
lidũ'q; eſt, quare conuulſioni quoq; medet.
Acantha, ſiue ſpina Aegyptia, uel Arabica,
æ ſpinę ſimilis eſſe creditur, adſtringit ſic-
'q; ualidiùs: quare ſanguinem & alias deflu
ones retinet. Eandem hanc cum Aegyptia
na acaciam fundente faciunt.
Spina Ariana, ab Aria regione. Lacrhymā
ndit myrrhæ ſimilē. Theophraſto frutex
peſtilēs, raphani magnitudine, folio & for
a, ſed qui ederit protinus in perniciē agitur.
Acanthium albæ ſpinæ ſimile: folia eius in
mmis extremitatibus aculeata ſunt, & lanu
ne araneoſa obducta, ex qua collecta ueſtes
mbycinis ſimiles texunt. Calidæ naturę, &
nuiũ partiũ eſt. Conuulſis auxiliatur. Folia
l radices ad remedia opiſthotoni bibũtur.
Acan-

Acanthus,uel acantha:uulgus ob ſimili
dinem, quam eius folium cum anteriorib
urſorum pedibus habet, brancam urſinã a
pellat: beren klawe / oder beren tapen. Ali
nigro foliorum colore melamphyllon app
lant,alij pæderota:ſpinoſa quidem herba e
ſed ſpinæ molles ſunt: ideo à Virgilio mol
acanthus dicitur, quæ paſtoralis poculi anſ
amplectebatur. Naſcitur in hortis,petroſis
humentibus locis, folia habet multò lactuc
latiora & longiora,erucæ modò inciſuris d
uiſa, nigricãtia, & cum molli leuore pingui
Idem & in caule læuor, quem altitudine du
rum cubitorũ erigit,digitali craſſitudine, p
interualla ſub ipſum uſq; uerticẽ foliolis qu
buſdam oblongis, ueluti micamentis acule
tis ueſtitum, ex quibus candidus prodit flo
ſemen illi eſt oblongũ & luteum:caput thy
ſi ſpecie:radicibus nititur longis,mucoſis,ru
bris &glutinoſis. Cal.& humi.in 2.mollit,m
turat,& ſiccat. Eſt &ſyluesſter acãthus, welſc
beren klaw, breuior q̃ ſatiuus, aculeatus, ca
duo ſimilis,eiuſdem facultatis eſt cum ſatiu

Acarus arbor eſt breuis & fructicoſa.

Acer, ahorn/ odder maßholterbaum; ar
bor forma & magnitudine tiliæ ferè ſimili

ec

rtice paulò ſcabriori,ſubliuido, craſſo,infle
i penè: radicibus paucis, ſublimibus, cri-
s:materie longioribus uenis fluctuãte, mol
macilenta,gracili. Summa terræ facie con-
ıta,facileq́ȝ in humidis potiſſimùm locis ca
incremẽtum. Ex flore naſci putant florem
liuro ſimilem,uerùm oblongiorem. In hac
bore duo tubera reperiuntur: alterum Bru-
ım *maaſar* dictum, quod intortius & cri- *Bruſcum*
ım eſt:alterum Molluſcum *flader*, multò
uſco præſtantius,licet ſimplicius ſit & ſpar *Moluſcũ*
n. Quòd ſi menſarum amplitudinem cape-
, haud dubio citro præferretur. Radix eius
ıtuſa iocineris doloribus utiliſſimè impo-
ur. Eſt & acer campeſtre, quod Gallicum
:ant, prǽcipuo ligni candore,minùs criſpũ *Acer cã-*
iusq́ȝ. Addunt tertium genus,quod à Lati *peſtre.*
carpinus dicitur, à Græcis ζυγία, quia ex
s ligno iumentis iuga comparantur. Hanc
orem alīj proprīj generis eſſe autumant.
montibus naſcitur flaua criſpaq́ȝ materie:
indendo platano ſimilis,mollior tamẽ,ma
:ntior,atqȝ longior:uenis in longitudinem
ctuantibus:undoſa,ſegmẽta omnia in acu-
ı comprimũt: minus q̃ pro magnitudinis
one neruis exũdat. Paulò ante æquinoctiũ
uernum

uernum germinat. Poſt meſſem & arctur
cæditur. Duriſſima eius materia, ſpiſſaq́;
ſumptuoſis fabricis utiliſſima.

Acetabulum, ſiue umbilicus Veneris, ſ
cotyledon, flöch fruyt, ut puto. folia hal
umbilici figura in orbem cricumacta, leni
concauitatem deſcenſu: cauliculum breue
in medio, in quo ſemen ineſt: radicem oliu
modo rotundam. Refrigerandi, repelle
di, abſtergendi, & diſſipandi uim habet. F
lia cum radice manducata calculos comm
nuunt, & urinam ciunt. Eſt & alterum a
tabuli genus, cymbalion à nonnullis dictu
folijs latioribus, pinguibus, ligularum mo
denſis circa radicem, maioris ſedi modò ue
ti oculum deſcribentibus: adſtringit gu
aſperitate ſua. Coliculum habet gracilem,
quo flores & ſemina hyperici ſimilia, radi
maiuſculã. Poteſt omnia, quæ Sedum mai
Huius uſu Hippocrates in cibo fœmininu
ſexum concipi, ſicut priore maſculinum p
didit.

Acetoſa, ſaur ampfer, quæ Græcis ὀξαλ
dicitur, quod in guſtu acorem planè reſipi
unde etiam uulgus acetoſam uocauit, ſpeci
eſt lapathi. Vide lapathum.

Acl

Achillea herba, garben krüyt / gerwell / aiffripp/duſent blatt: nomē habet ab inuen
re Achille, qui ea uulneribus medebatur.
citur & Stratiotice, id eſt, militaris, quòd
ultus eius uſus in caſtris & bello eſſet, quia
lnera ferro facta ſanat. Vocatur quoque
chillea ſyderitis, uel chiliophyllon, id eſt,
lle folium, uel ſupercilium Veneris. Proue
pingui & fœcundo loco. Dodrantales aut
aiores uirgas gerit, aliquando fuſorum effi-
, minutulis foliolis circundatas, quæ in la-
e crebras ſectiones habent coriandri ſimi-
idine, ſubfuluo colore, multo ac medicato
ore, ſed non inſuaui: circinnata in ſummo
nbella: floribus aureum colorem æmulan-
us. Coma eius conciſa, & cruentis uulneri-
s impoſita glutinat ea, & inflammationes
et. Habet uim adſtringendi, eoq́ fluidis ad
tibus conuenit.

Achilleïs & Achilleias hordei genus.

Acinus kleyn baſilien / als etzlich meynen/
rba admodum odorata, tenuibus ramulis,
mo ſimilis, ſed hirſutior. Seritur in hortis.
ediocriter adſtringit: pota menſes & aluū
it, illita panos ignemq́ ſacrum ſanat, me-
criter adſtringit. Acinus etiam idem eſt
quod

quod oleaſter.

Aconitum, aliqui pardalianches, ab en candis pantheris, alij cammaron à radicis fl xura, quam caridi, id eſt, marinæ ſquillę ſimi habet: alij theliphonon, quod fœminini ſex animalia magis enecet: alij potius theriopho non, id eſt, beſtias enecans, alij myoct non uocant, ab enecandis muribus: quonia è longinquo mures odore enecet. Naſcit graminis modo geniculata herba, amatq; u broſa. Folia habet cyclamini, aut cucumeri tria aut quatuor, minora, & ſubhirſuta: ca lem palmo altum: radix ſcorpij caudam ęm latur, & alabaſtri modo ſplendet. Torpeſcu ut fama eſt, ſcorpiones admota radice, ſtu pentq;, qui rurſum hellebori contactu excit tur. Oculorum medicamentis leuandi dol ris gratia adijcitur: enecat pantheras, ſues, l pos, & feras omnes in carnibus obiectum. H bet enim exedentem lethalemq; uim, qua ob cauſam intro non aſſumitur: extrinſecus men in carnibus, quas exedi oporteat, uti l cet. Omnium uenenorum, ut Plinius inqu ocyſſimum eſt, ut tactis quoq; genitalibus f minini ſexus animalium, eodem die morte inferat: quomodo interemptas à Calphurn

Beſt

eſtia dormientes uxores M. Cęlius obiecit.
conitum Hecate uenenorum inſigni crude-
ate fœmina prima inueniſſe dicit, quæ Per-
m patrem Solis filium, perinde crudeliſſi-
um ueneno ſuſtulit, autor Diodorus: pro-
erea Ouidius in Metamorphoſi cùm her-
un dixit Hecateïda, uidetur aconitum acce-
ſſe. Eſt & alterum aconitum ſimiles uires
m priori ſortitum, quod aliqui lycoctonon
enecandis lupis, alij cynoctonon, id eſt,
nes necans, appellant: wolfſwurtz. Huius
nera ſunt tria, unum quo utuntur uenato-
s: alia duo in uſum ſuum uertêre medici, è
ubus tertium, quod Ponticum nominatur,
urimum in Italia montibus Iuſtinis exilit, à
iore diſtans, quoniã folia faciat effigie pla-
ni, crebriore diuiſura, longiora, & multò ni
iora: caulem filicis, læuem ſtylum, cubitali
itudine, aut ampliorẽ: ſemen in ſiliquis ob-
ngis recondit, radices in modũ ſquillę ma-
næ cirrorum nigreſcunt.

Acopus, uide Anagyris.

Acorna ſiue acarna, herba apud Theodo-
m, atractylidi ſimilis.

Acorum, uulgò calamus aromaticus, uel
doratus, calmuſs: iuxta alios galanga maior,

B galgen

galgen wurtʒ. Græcis aphrodiſia, quaſi uen
rea etiam uocatur: ordinis eſt tertij, calefaci
di ſcilicet & deſiccandi: folia iridis habet, ſ
anguſtiora: radices non diſſimiles, complic
tas, non in rectum, ſed obliquum enatas,
ſummo ceſpite ſparſas, geniculis ſeu intern
dijs diſtinctas, ſubalbas, intus quaſi rubent
guſtu acres, odore nõ ingratas. Optimum
denſum, candidum, plenum, carie non ex
ſum, odoratum, cuiuſmodi eſt in Colchi
& Galatia. Radix eius legitur æſtatis initi
ſiccatur'q; in umbra digitalibus fruſtis: qua
ciendam urinam, lienem'q; induratũ utimu
Prodeſt lateris, thoracis, & iecoris dolorib
torminibus ruptis conuulſis'q; miſcetur an
dotis. Corneæ oculorum membranæ craſ
tiem extenuat ſuccus radicis. Acorum uer
quo hodie officinæ utuntur, non eſt uerũ a
rum, tametſi nihil in forma & colore à uc
acoro differat, ſed ſolùm in ſapore & odo
quare ſortita ſunt quoq; diuerſam uim. Rad
enim acori officinarum, inſipidum quenda
adſtringentẽ'q; ſaporem habet, & iniucun
odorẽ. Contrà ueri radix acris eſt guſtu, od
re grata. Hęc tenuium eſt partium, & facul
te calida, atq; adeò detergit, extenuat atq; d

cu

cit:illa conſiſtentia craſſarum partium,ac ſa
ltate frigida cõſtringit,denſat,cogit,& con
hit. Quare urinam non cit,nec menſes euo
, ſed potius ſupprimit. Sanguinem enim
decunq; manantem cohibet. Ex hac itaque
rperam diacori compoſitionem conficiũt.
uoties igitur acori mentio fit in compoſi-
nibus,galanga maiore, quæ acori ueri ra-
x eſt,utendum cenſet Fuchſius.

Acus paſtoris, uide Geranium.

Acutella,uide Anonis.

Adiantum,polytrichum,callitrichum.La
i cincinnalem, capillum uel ſupercilium
rę appellant:uulgus capillum Veneris:Ger
ani Frauwen hair,ader Junkfrauwen hair.
diantum appellatur quaſi non madeſcens,
ia folium eius aqua perfuſum non madet,
l ſicco ſemper ſimile manet. Polytrichon
callitrichon dicitur, quia capillos multos,
nſos ac pulchriores facit, eiusq; defluuia
plet. Nec alia ratione capillus Veneris di-
a eſt. Puſilla gerit folia coriandri ſimilia, in
mmo inciſuris diuiſa. Cauliculi ex qbus ori
tur,nigro colore nitent,prætenues, palmũ
i:radicem continet ſuperuacuam: neq; cau
n,neq; fructum,neq; florem fert. Vmbro-

ſis locis, paluſtribus, & humentibus muris,
prope fontes enaſcit̃. Circa ouilia ſeritur g
tia utilitatis pecorum. Aeſtate uiret, bruma
marceſcit. Calore ac frigiditate medium e
Siccat, extenuat, modiceq́ꝫ diſcutit. Alopec
medetur, tumores digerit, calculos potu c
fringit, reiectiões pulmonis deſiccat, alui p
fluuium ſiſtit.

Adipſos Aegyptia palma eſt uiridis, od
re mâli cotoneï, nullo intus ligno. Adipſ
etiam glycyrrhiza dicitur, de qua ſuo loco

Adonium, abrotoni ſpecies tradit̃ à Th
phraſto.

Ador uel edor frumẽti genus, ab edend
uel quoniam adurebatur ut toſtum fieret:
quo mola ſalſa in ſacrificijs fiebat. Semen ac
reum dicitur, & far uernaculum, aut etiã ue
miculum. Cuius quatuor ſunt diſcrimina: f
cluſinum candidius ac nitidum: far quod u
cant uermiculum rutilo colore: far candic
maioris utrunq; ponderis, q̃ cluſinum: quar
ſemen trimeſtre halicaſtrum uocatum, po
dere bonitateq́ꝫ præcipuum.

Adrachne arbor eſt ſylueſtris, in planis
naſcens, ſimilis arbuto: fructu & folio tantù
minore, & nunquam decidente, præterqua

imo. Cortex exciduus,ſquamoſus, & ſca-
r,triſtis'qꝫ aſpectu eſt.Magnitudo arbori nõ
æcipua. Illud cum ſubere habet peculiare,
tracto in orbem cortice,nõ emori;quod ue
es Latini cingere arborem uocabant,actio-
inſtituta contra eos, qui ita deglabraſſent,
baltheum exemiſſent.Inter biferas hæc ar-
or priorem fructũ, incipiẽte pubeſcere uua,
ragit;poſteriorem,hyemis initio.Adrach-
s uſus fœminis ad opus telarium.

Aegilops,à Gaza feſtucago uertitur, dauff
uer, gerſtenratten,ſecundum genus auenæ
,quod ſua ſponte prouenit, à Plinio frumẽ
uicium dicitur, hodie auenam ſylueſtrẽ ac
raticam uocamus, de qua Virgilius:
felix lolium,& ſteriles dominantur auenę.
erba eſt folia tritici habens, molliora tamẽ,
ſummo capite ſemina bina ternaue rubra,
ter quę ariſtę ueluti capilli exeũt. Diſcutiẽdi
m habet, hinc indureſcentibus inflãmationi
us,& ęgilopi,quę oculoꝶ fiſtula eſt,opitulať.

Aeſculus arbor, folio q̃ quercus maiore.
inc Græci πλατύφυλλον,id eſt, latifoliã uo-
nt.Glande quoqꝫ,q̃ ulla glãdifera poſt quer
um maiore, qua ueſcebantur homines æta-
s aureæ ſub Saturno.Galla uiſu quidẽ quer-

næ nõn diſſimili, niſi quòd lenior, ſed ad re
nullam utili: uerùm alteram nigrã habet, q
lanæ inficiuntur. Fert glandem hiſpido caly
ce, grandem, bonam, fungoſam, carnem fie
ea tradunt. Folium graue, carnoſum, proc
rum, ſinuoſum lateribus. Quantum corpo
eminet, tantum radice deſcendit. Autumn
reddit fructum, ſi Virgilio credimus.

Aethiopis folia habet uerbaſco ſimilia, per
hirſuta denſaq́ꝫ, in orbem circa radicẽ ima
redacta: quadrangulum caulem, ſcabrum, ſi
milem apiaſtro, aut arctio, multis concauu
alis: ſemen erui magnitudine, geminũ in un
conceptaculo: radices ab eodem ceſpite nu
meroſas, longas, plenas, glutinoſas guſtu: h
euadunt cùm aruerint nigræ, durę́q́ꝫ, anima
lium cornibus ſimiles. Plurima naſcit̃ in Id
monte Troadis, & in Meſſenia. Radicis dec
ctum potu datur iſchiadicis, pleuriticis, & ſa
guinem excreantibus, item faucium aſperita
tes cum melle lenit.

Agallochum Aëtius & Græci recentior
ferè oẽs xylaloen uocãt, id eſt, lignum aloë
à nonnulla ſimilitudine coloris aloës, ut arb
tror: paradeiß holtz. Galenus nullibi hui9 lig
apertè meminit. Aegeneta cum Dioſcorid

Ind

dicum eſſe lignum teſtantur,thyïæ ligno ſi
ile, maculatum, odoratum, guſtu adſtrin-
ens cum quadam amaritudine,cute uerius,q̃
ortice ueſtitur, aliquantulum uerſicolore.
ëtius nullo ab alijs diſcrimine hoc lignũ no
ri ſcribit,quantum ad odoris rationem per-
net,non aliâs odoratius futurum, quàm ubi
redinibus diu patens computruit: ſiquidem
arcore ſibi ſuauiorem adſciſcit odorem. In
uatuor ſecernitur faſtigia: Indicum,Sapphi-
um,Speon,& hygron:quod rurſum in qua-
rnas ſpecies diuiditur. Arabes uolunt agalo-
um purpureas baccas ferre piperis minuti
militudine, quapropter Piperellam nomi-
are cœperunt. Lignum nulli carieï eſt obno
ium. Manſum animæ ſuauitatem commen-
at. In fuffitum quoq; adhibetur. Radix eius
ota denarij pondere languidum ex humo-
e uentriculũ reſolutũq́; confirmat. Ad hęc io-
ĩnoroſis, dyſentericis,pleuriticiſq́; opitulat̃.
Agaricum nomen à loco ſumpſit. Ptolo-
næus enim Agarum, & urbem, & amnem
n Sarmatia uocari ſcribit,ubi Agaricus opti-
nus naſcitur, dannem ſwam. Innaſcitur autẽ
x quadam putredine arborũ truncis, ut fun-
gus,nocte relucens, ideoq́; in tenebris decer-
 pitur.

pitur. Radix fertur laſerpitij ſimilis, ſed facie ſumma ſolutior, & rariore fungoſoq́; tota cõtextu. Duo eius genera. Mas rotundus eſt, & undiq; compactior. Fœmina, quæ bonitate præſtantior, rectis intus uenarum diſcurſibus conſtat. Vtriq; guſtus in initio dulcis, mox in amaritudinem tranſit. Vis eius eſt concoquere, incidereq́; craſſos humores. Viſcerum maximè obſtructiones purgando tollit.

Agaſyllis ſpecies ferulæ eſt. Eſt autem frutex, ex quo ammoniacũ thymiama naſcitur: de quo poſtea.

Ageratum Reynblumen, ut doctis quibuſdam uidet̃. Eſt ſurculoſa herba, palmari longitudine aſſurgens, ſimplex, humilis per terram ſpargitur, origano ſimilis, umbellam gerit, in qua flos bullis aureis emicat, helichryſo minor. Nomen habet, quoniã diutiſſimè flos in ſua coloris ſpecie conſeruetur. Decoctum eius uim calefaciendi habet cum feruore. Cit. urinam herba hæc, & uuluæ duritias emollit. Habet quoq; uim digerendi, & præter id inflammationem leuiter arcet.

Agnos, uide Vitex.

Agrimonia, uide Eupatorium, & Potentillam.

Aiuga

Aiuga, uide Abiga.

Aïzoon nomen habet, quòd perpetuò tam
yeme, quàm æſtate uireſcat, nec ullis frigori
is, aut cœli iniuria quantumuis frigida emo
itur. Latinè ob eandem cauſam ſemperuiuũ
pellatur. Sedum quoq; dicitur. Vulgò Io-
s barba, quòd ſcilicet nonnullis locis plebis
iimos iampridem inuaſerit opinio, non fe-
i fulmine domũ, in cuius tegulis uireat ſe-
m. Tria eius ſunt genera. Primũ Aïzoon
aius huyſwurtz, quòd folia latiora habet. Cau
s profert cubitales, interdum etiam maio-
s, pollicis craſſitudine, pingues, egregiè ui-
ntes, characię tithymalli modo inſectos: fo
pinguia, carnoſa, pollicis magnitudine, in
cumine linguæ ſimilia, alia in terram reſu-
nata, alia in capite inuicem contracta, cir-
lo oculi figuram circumſcribunt. Naſcitur
montibus & fictilibus uaſculis, atq; domo-
m tectis. Floret Maio & Iunio menſibus.
t in tertio ordine frigidum: ſiccat autem ad
ingitq; mediocriter. Confert ad eryſipela-
& ad herpetas, inflammationesq; ex fluxio
concitatas. Succus etiã addito roſacio con-
capitis dolores infunditur. Alterum genus
od Græcis etiam τριθαλὲς, quia ter floreat

in anno,uocatur. Vulgò uermicularis à ſimi-
litudine foliorum,quæ rotunda ſunt,& figu-
ræ oualis, ut uermiculos putes, Germanicè
Kazentreüblin.Huius duo ſunt genera: alterũ
mas,quod luteis floribus ſpectatur:alterũ fœ-
mina, quod pallidis ſeu candidis conſpicitur
floribus. Habet utrunq; multos caules ab una
radice exeuntes,tenues, plenos folijs pingui-
bus, paruis, rotundis, in ſummo acumina-
tis. Emittit è medio caulem palmi altitudine,
umbellam & flores ſuſtinentem. Naſcitur in
muris & petris,macerijs uineaꝝ parietibuſq;.
Folia eiuſdẽ uiribus cum priore prędita ſunt.
Tertium Sedi genus eſt,quod Aizoon ſylue-
ſtre, à nonnullis minus rectè & improprię il-
lecebra,aut portulaca ſylueſtris dicitur: uulgò
uermicularis minor appellatur:*maurpeffer*.
Folia habet pinguiora ad portulacę ſylueſtris
formam nonnihil accedentia, hirſuta,& bre-
uiori cacumine,guſtu admodum acris eſt, ut
piper. Naſcitur in ſaxis, ſepulchris umbroſis,
oppidorumq; foſſis.In Maio flores luteos pro
ducit. Vim habet excalefactoriam, acrem, &
exulcerantem.Cum axungia illitum ſtrumas
diſcutit.

Alaternus arbor quædam folijs oleę.

Albinũ

Albinum,uide Gnaphalion.

Albucum, uide Aſphodelus.

Alburnacum arbor eſt colore nigricante.

Alcea à quibuſdam herba Simeonis dici-ur,hoichleuchten/ſych marckraut. Syluèſtris naluæ ſpecies eſt,caſeolos ut malua fert,folia erbenacæ modò diuiſa habens, caules ter-ıos aut quaternos, obtinentes corticem can-ıabi ſimilem,florem exiguum roſæ nõ diſſi-nilem, radices albas,latas, quinq; aut ſex,cũ lurimum cubitales. Naſcitur in pingui loco. 'loret in Iulio & Auguſto menſibus. Alceæ adices in uino aut aqua potæ dyſentericis, uptis, & conuulſis medentur.

Alcibiadion uide Anchuſa.

Allectorolophus folia criſtæ gallinaceæ milia habet,caulem tenuem,& ſemen nigrũ n ſiliquis.Solidum ſemen in oculos coniicit, ıec turbat,ſed in ſe caliginem contrahit.Mu-at enim colorem, ex nigro albicare incipit, & intumeſcit ac exit.

Alga meergraß: herba quæ naſcitur in a-quis marinis,uide fucus marinus.

Alica,farina eſt in ſanitatis & medicinæ ıſum ex Zea præparata, hoc modo. Tundi-ur Zea, tuſáq; in calidam coniicitur aquam, ſtatimq;

ſtatim'q; exprimitur: mox tuſum in tenuiſſi-
mum pollinem album, illi gypſum exigua
quantitate additur: adſperſo'q; itidem ſale ſub
ardentiſſimo canis æſtu ne aceſcat inſolatur;
& cùm inſolata fuerit, cribratur & ſeruať. Sic
ueteres conficiebant alicam. Poſteriores ta-
men alias rationes excogitarunt. Plinius alicā
rem Romanam uocat, quę ętate Pompeï non
dum in uſu fuerit. Nobis eam etiam Hippocra
tes cognouiſſe uidetur, multò ante eum medi
cinam profeſſus. Theodorus chondrum in-
terpretatur alicam, quod & Plinius quandoq;
facit. Paulus alicam differre à chondro putat,
cùm ait, Alix ſimilis chondro natura eſt, niſi
quòd uentrem magis ſupprimit. Porrò chon
dros, ut idem ait, ſimilis eſt tritico, plus tamē
lentoris habet ſi commanducetur. Hippocra-
tes chondron dicit eſſe utiliſſimi cibi ſorbitio
nem. Aëtius chondrum alicæ cùm dicit, ptiſa
nam ex alica ſignificat. Chondros certè ea fru
menti ſpecies à Grecis dicitur, quæ à noſtris
far, ſiue uulgò farrum nuncupatur. Archige-
nes far chondro potius ſimile, quam idem ui-
detur exiſtimaſſe: Far, inquit, Romę, ut chon-
dros Græcis conficitur: Frumentum aqua ma
ceratum nudatur cortice, mox ſiccatum in ſo

le tun-

tunditur,ſed leuiter, ita ut ſingula grana in
ırtes quaternas quinasúe diſſiliant. Chon-
'us egregiè nutrit, & glutinoſos generat hu-
ıores;uerùm puls ex eo confecta nocet,quo
am quàm primùm craſſeſcens incocta per-
ıanet.

Aliſma Latinè damaſonion, folia habet
antagini ſimilia,anguſtiora tamen, & in ter
m reflexa demiſſaq́ꝫ. Caulis illi eſt tenuis,
nplex, altitudine cubitum excedente,thyr-
ſimilis capitula habens. Flores profert te-
ıes,candidos, & aliquatenus pallidos;radi-
:s, ut ellebori nigri, tenues, odoratas, acres,
ıodiceq́ꝫ pingues. Prouenit in aquoſis locis.
'alida eſt hæc herba, & abſterſoriam quan-
ım facultatem obtinet,qua calculos in reni-
ıs conterit. Sunt qui hanc herbã putant eam
ſe, quam Herbarij & uulgus Plantaginem
ıuaticam aut barbã ſyluanam uocant, froſch
ffel kraut/oder waſſerwegerich, ſed deſcri-
:io aliſmatis huic non per omnia conuenit.
ræter alia enĩ,radix huius neq; odorata eſt,
eqꝫ acris. Nonnulli credunt eandem eſſe her
am,quam multi Paſtoralem fiſtulam appel-
nt, hirtenpfeiff. ſed huius radix odorata qui-
em eſt,ſed minimè acris.

Allium

Allium, Græcè σκόροδον, Germanicè knoff-
louch. Aliud eſt hortenſe, quod fronde uiret
cæpitia, caule tereti & inani. In cacumine flo-
res in globum circumaguntur, in quo ſemen
emicat. Bulbus radicis tenuis uelatur mem-
branis, mox pluribus coagmentatur nucleis,
& eis ſeparatim ueſtitis, in cuius uertice com-
plures fibræ cirrorum exemplo criſpantur, tę-
dioſo habitu, & aſpero ſapore. Aliud ſylue-
ſtre, quod Gręci ὀφιοσκόροδον, id eſt, agninum
allium nominant, in aruis ac campeſtribus
ſpõte naſcẽs, wild ader feltknofloch, hoc folijs
conſtat prælongis, teretibus, intus concauis,
iunceam ſpeciem repræſentantibus, caule pro-
cero, leni, purpureos flores oſtentante, cacu-
mine tum colore, tum forma conſpicuo, radi-
ce bulboſa & capitata, nucleis ſpicatim com-
pactilibus intumeſcente, ſummo uertice capil-
lamentis fibrato. Eſt & tertium genus itidem
ſylueſtre in ſyluis prouenięns, urſinũ cogno-
minatum, wald knofflouch, odore molli, flori-
bus grandibus, & ephemeri non letalis folijs
ſimilibus, floribus in ſummo candidis, capite
prætenui. Allia calefaciunt, ſiccantq́ꝫ quarto
exceſſu. Sylueſtre domeſtico ualentius eſt.
Craſſos humores in corpore extenuat, gluti-
noſosq́ꝫ

ſos'q; incidit. Habet tamen quiddam uiro-
m, & mali ſucci, quod amittit, ſi aqua elixet.
æterùm allium, ut Galenus inquit, non mo
ò ut obſonium, uerùm etiam ut medicamen
m ſanitati accommodum, quod obſtru-
a ſoluere & diſcutere poſſit, uſurpatur. Ab
us aſſiduo tamen uſu calidas temperaturas
uere oportet. lædit enim maximè eorũ ocu
s, caput, pulmonem & renes. Eſt etiam re-
edium contra uenena & morſus uenenato-
um.

Alliaris uel alliaria herba ſic dicta, quòd
ita ingratum, ac planè alliaceũ odorẽ redo-
at, knoblochkraut/odder leuchel/odder ſaltz-
aut. Folia eius cùm primùm emicant ſubro
nda ſunt, uiolæ ſimilitudine, aliquantulum
men maiora: adulta in angulos exeunt. Her
a ipſa bicubitali proceritate conſurgit, caule
reti, folijs urticæ, niſi quòd leuiora ſunt, par-
ius fimbriata, & à pediculo latiora. Profert
orem lacteum, albumúe, exile in ſiliquis ſe-
nen, atri coloris, radicem oblongã. Eaſdem
ropè Allij facultates habet.

Alnus *eyn eyrlenbaum*: genus eſt arboris
uuialis, ex qua primùm factæ ſunt lyntres:
icta quòd amne alatur. Naſcitur enim iuxta
fluuios,

fluuios,aptaq́ eſt nauigijs, quòd aquis obru
ta,ut inquit Vitruuius, diu non corrumpitu
Eſt autem ſterilis arbor,caudice recto,ligno
medullaq́ molli, adeò ut graciliores uirg
concauentur:folio pyri,ſed ampliore ac ne
uoſiore, quadamtenus orbiculato uirgatoq
Cortice ſquaroſo, foris albicante, intus ruf
qua de cauſa coria tingit,fructu nullo, cùm
hilominus floreat.Radice ſumma, nec quà
laurus maiore,tenui.In plana deſcendit,aqu
ſisq́ gaudet, quanquam ancipitem agat uit
Alnum quandam fructiferam, aliam ſterile
prodidit Theophraſtus;utranq; tamen flor
ſcere fatetur.Ariſtoteles inter naturæ miracu
la retulit alnos in ſola Creta non eſſe ſterile
Folia ſuppurationes diſcutere tradunt.

Aloë herba eſt, cuius folium ſimilitudi
ſcyllæ habet,craſſum,pingue, modicè latun
rotundum, retrorſus pandum, folia utrinq
habent ex obliquo aculeos raros, & breue
Caulem profert antherico ſimilem: flore
album: ſemen aſphodelo ſimile. Tota gra
eſt odore, & guſtu amariſſima. Radice u
ſpecie pali in terram adacti. Naſcitur in Ind
plurima, præpinguisq́, unde liquor ad n
transfertur.Prouenit etiam in Aſia, Arabia;

Andr

ndro aliiſq; locis maritimis, glutinādis uul
eribus perquam utilis, ſed ad exprimendum
x ea liquorem haud idonea. Duplex genus
quoris eius eſt, alterum arenoſum, & uelut
uriſſimæ aloës ſedimentum, alterum iocino
is modò coactum. Hæc duo genera deſcribit
iof. Neoterici primum genus faciunt ſuccu
inum, à regione Succutri, nobilius reliquis.
ecundum elatum ex Perſide, iocinoris mo-
ò concretum, atq; Epaticum appellatum, in
onitate ſecundum: utrunq; uerò calidum in
ceſſu ſecundo, ſiccū in tertio. Tertium pro-
ucunt Armeniæ & Arabiæ Caballinum di-
um, & eſt fex, ut aiunt, aliorum, in medica-
ıinibus uix quicquam ualens. Eligi debet
oni odoris, ſyncera, quę nihil doli ſenſit, ni-
da, calculorum expers, rufi coloris, friabi-
s, ac iocinoris modò coacta, facilè liqueſcēs,
ximiæ amaritudinis: improbat nigra & fra-
u contumax. Gummi eam adulterant, quod
eprehenditur guſtu, amaritudine, & ualido
dore: eoq; argumēto, quod digitis friata nō
d minima uſq; fruſta reſoluitur. Sunt q aca-
am immiſceāt. Aloë cal. 1. ſic. 3. nō aperit ori
cia uenarum, ut quidam putant, ſed ſanguinē
ſtit per ora uenarū ani manantem. Nec lędit

C epar,

epar, niſi calidum uel ſiccum ſupra modum intelligatur. In ſtomacho confortando tantū ei tribuit Galenus, ut nulli cedere medicamini dicat, maximè ſi lota fuerit. Mixta cum melle maioris ſolutionis eſt. Bilem & humiditates, quas uētriculus imbibit, educit. Phlegma uerò craſſum, nequaquam. Senes, non niſi magna urgente neceſſitate, aloë urantur. Nocet quoq; calidæ & ſiccæ temperaturæ.

Alopecurus ſpecie tota ſimilis eſt tritico, uerùm folio latiore: ſpica plantaginis, hirſuta, molli, lanugine denſa, nullis aceribus aut ariſtis armata, non diſſimili uulpium caudis, unde & nomen habet. Radix eſt articulata, ex cuius nodis emicant folia pinnata.

Alpina, populo albo non diſſimilis eſt, cū magnitudine, tum uerò quòd ramis albicantibus ſpargitur: folio hederę, ſed parte altera ſine angulo, altera oblongo, inq; angulū exeunte acutum: colore parte reſupina, pronaq; fermè ſimili: pediculo prolixo, tenuiq; annexo, quamobrem non erecto, ſed inflexo: corrice aſperiori quàm populus alba, ſcabrioriq;, ut pinus ſylueſtris.

Alſine quia lucis, quæ Græci ἄλση nominant, opacisq; locis gaudet, dicta eſt. Naſcitur etiam

tiam in hortis, & maximè in parietibus ma-
eriisq́ꝫ. Ab aliis myoſota, id eſt, muris auricu
a dicitur, quoniam folia muſculorum aures
nitantur. uulgò morſus gallinæ appellatur:
uamuis tamen id nomen potius anagallidis
t: Germani hunerdarm/vogelkruyt. Aucupes
nim hac herba auiculas caueis incluſas, cùm
ſcam faſtidiunt, recreare ſolent. Cauliculis
rpit rotundis, è quorum geniculis exiles ra-
nuli proſiliunt, foliis helxines minoribus, mi
usq́ꝫ hirſutis, flore exiguo, candido, foris her
aceo. Hæc cùm teritur, herbaceum cucume-
s odorem refert. Eius tria ſunt genera. Alſi-
e maior, media (quæ cœruleos profert flo-
s) & minor. Prouenit media hyeme, & are-
it media æſtate. Refrigerat & humectat, ea-
emq́ꝫ omnia, quæ helxine, poteſt. Ad feruen
s inflammationes utilis.

Althæa, uel ibiſcus, ſiue ebiſcus: officinis
iſmalua appellatur, Ibiſch / wildpappelen:
lueſtris maluæ genus eſt. Dicitur althæa à
ultiplici remediorum poteſtate & uſu. ἄλ-
ς enim remedium & medicinam ſignificat.
olia illi ſunt lanuginoſa, mollia & rotunda,
ualia cyclamini: flos roſaceus: caulis bicubi-
lis: radix lenta & uiſcoſa, intus alba. Naſci-

tur locis humentibus pinguibus'que. Flore menſe Iulio & Auguſto. Folia & flores primo exceſſu cal. & ſic. Radices uerò in principio ſecundi. Diſcutit, laxat, inflammationem abigit, lenit, phymata concoquit, radix & ſemen uitiligines abſtergunt. Semen etiam renum calculos confringit. Decoctum radicis adſtringentem uim obtinet, quare dyſenteriæ, alui profluuio, & ſanguinis reiectioni utile.

Alypum ſurculoſa herba eſt, ſubrubra, gracilibus ramulis, tenuibus folijs, flore molli, læui & copioſo. Radicem habet gracilem, betæ ſimilem, acri ſucco refertam: ſemen epithymi. Gignitur in maritimis præcipuè. Semen eius atram bilẽ per inferiora purgat, pari epithymo menſura cum ſale & aceto ſumptum, inteſtina tamen leniter exulcerat.

Alyſſum dictum eſt, quòd rabiem canum defendat. Diſtat à rubia, folijs tantùm ramis'que minoribus. Exiguus frutex eſt, unicaulis, ſubaſper, rotundis folijs, ac circinnatis, fructu duplicium ſcutorum effigie, in quo ſemen eſt, quadantenus latum. Naſcitur in montanis & aſperis locis. Liberat à ſingultu manu tantùm geſtatum, aut etiam conſpectum. Siccat, diſcutit, abſtergit, renum meatus aperit,

ephe-

ϸhelidem, id eſt, aſperam diſcoloremq́ꝫ cu-
m exterit.

Amamelis, uel omomelis, uel iuxta alios,
ɔamelis, arbor frequens in Ionia: fructu py-
, ſed ſui generis, omnino, ut Athenęus refert,
rædulci, & ſine nucleis, ac prȩlato pyris. Aliȷ
momelida, ut Aſclepiades, mâlum ſylueſtrē
: montanam uocant, quam Theocritus oro-
ıalida appellauit, cuius fructus cum ficu ma-
ıreſcit.

Amaracus, ſiue ſampſuchum, uel maiora-
a, *meyoran.* Galenus tamen utitur amaraco
:o parthenio herba ingrato prorſus, & uiro-
ı odore prædita: cùm altera, de qua hîc agi-
ıus, ſit odorata. Eſt autem herba ramoſa,
:r terram ſerpens, interdum etiam rectà ſur-
it in altum, folijs hirſutis & rotundis, iucũdo
dore, ſemine copioſo, quod bullulis quibuſ-
am continetur, flore candido & exiguo. Gau
et locis umbroſis, aqua, & fimo. Aeſtate, dum
oribus prægnans eſt, carpitur. Calefacit &
ccat tertio ordine. Decoctum eius potum
ımunt contra incipientem aquam intercutē,
: contra urinæ difficultatē & tormina. Hinc
t oleum & unguentum, quod amaracinum
ocatur, ad excalefaciendos atq; emolliēdos

 ner-

neruos utile.

Amaranthus dicitur, quòd flos eius nunq̃ marceſcat. Collectus enim in Septēbri, aut in initio Octobris, ac furni tepore ſiccatus, poſtea aqua madefactus reuiuiſcit: quare puellæ in quibuſdam Germaniæ locis hybernas corollas ſibi ex eo conficiunt. Duplex eſt amarãthus: luteus & purpureus. Ille à Dioſcoride ἑλίχρυσον, quia ad ſolis repercuſſum comantibus in orbem florum folijs, fulgorē auri præ ſe ferat, uulgò ſtichas citrina, à Galeno amarãthus appellatur, reynblumen, ut quibuſdam placet. Hic uulgò flos amoris uocatur, tauſent ſchön/ oder floramor. Luteus uirgam habet tenuem, uirentem, rectam, ſolidamq́; . Folia intercedentibus ſpacijs anguſta, abrotono ſimilia. Comam orbicularē, auri modo fulgentem, umbellam rotundam, ueluti corymbos areſcentes, radicem tenuem. Naſcitur in aſperis, ſabuloſis, ſiccis, & conuallibus locis. Calidus & ſiccus eſt. Eius coma cum uino pota urinę anguſtijs, ſerpentium morſibus, coxarum dolori & ruptis accommoda eſt: menſes educit: ſanguinem coactum ex mulſo pota diſſoluit, & deſtillationibus auxiliatur, ſtomacho tamen eſt aduerſa. Si cum ueſtibus re-

ponitur,

onitur, eas à tineis tuetur odore non inele-
anti. Purpureus uerò pedali altitudine ſurgit,
aule purpuraſcente, folijs ocymo ſimilibus,
naioribus tamen, & longioribus, ſpica purpu
ea, uerius quàm flore, inodora, qua nihil gra
us aſpectu cernitur. Seritur in hortis & ficti-
bus. Frigidus & ſiccus eſt.

Ambroſia frutex eſt puſillus, triũm palmo
um altitudine, ramoſus: folijs rutę, circa imũ
aulem exiguis. In ramulis ſemen eſt, perin-
e quaſi racemulis dependentibus, qui nunq̃
orem pariunt, odorem uinoſum, ſuauemq́;
abet, & radicem tenuem ac ſeſquipedalem.
'is eius eſt, humores, qui in aliquam partem
icumbũt, reprimere ac repellere, & illitu ad-
ringere.

Ambubeia, intybus agreſtis, **wegewart/ egwiß/ hyndtleuff**: de qua poſtea.

Amellum frutices fert apibus gratiſſimos,
ureo & luteo calore, ab imo folioſos, floribꝰ
urpureis, aſpero guſtu, cuius radicis ſuccus
groto examini cum amineo uino dari præ-
ipitur. Dicitur amellum, quòd à paſtoribus
egitur prope flumina Melle, qui Galliæ am-
is eſt. Huius florem Virg. in 4. Geor. feliciſ-
mè deſcripſit.

Eſt etiam flos in pratis, cui nomē Amell
Fecêre agricolæ, facilis quærētibus herba
Nanq; imo ingentē tollit de ceſpite ſyluā
Aureus ipſe, ſed in foliјs, q̄ plurima circū
Fundūtur, uiolæ ſublucet purpura nigræ:
Aſper in ore ſapor, tonſis in uallibus, &c.

Eſt & amilla flos apud Græcos autore
quoſdam, fortè idem uel ſimilis amello.

Ammi caule rotundo & herbaceo cōſtat
ſurculis multis & exiguis: folio oblongo, an-
guſto, per ambitum inciſuris diuiſo: flore can-
dido & paruo: umbella anethi: ſemine mult
minus cumino: guſtu acri & ſubamaro ori-
ganum referens, radice candida & multifibra.
Prouenit in Germania non ſponte, ſed ſatū:
Auguſto menſe floret. Cal. & ſic. 3. Diſcutit,
& urinam mouet, præcipuè ſemen.

Ammoniacum naſcitur in Lybia ad Am-
monis Iouis templum, arboris ferulaceæ ſuc-
cus, cuius fruticem cū radice agaſyllim uocāt.
Probatur bene coloratum, ligni & calculorū
expers, thuris ſimilitudine, minutis glebis,
denſum, ſyncerum, nulla ſorde ſpurcatum, ca-
ſtoreum odore imitans, guſtu amarum: hoc
genus thrauſma, id eſt, friaturam appellant:
quod uerò terram & calculos collegit, phy-

rama.

na. Molliendi uires habet: extrahit, calefa-
duriciesq; & panos diſcutit. Articulorum
tendicisq; dolores lenit. Soluit quæ in ar-
lis conuenerunt lapidoſa (quæ Græci po-
uocant) ex melle piccúe illita.
Amomis, herba amomo ſimilis, ſed ſine
ore, ſine fructu, qua uerum amomum adul
tur. Naſcitur in Armenia flore origani.
Amomum exiguus frutex eſt, ex ligno ſe
uoluens in racemi modum, flore paruo
candidæ uiolæ, folijs uitis albæ ſimilibus.
obatiſſimum ex Armenia defertur, colore
i, ligno ſubrufo, ualde odorato. Quod ex
edia, quoniam in campeſtribus & aquoſis
ſcitur, infirmius eſſe conſtat. Eſt autem ma
um, ſubuiride, tactu tenerum, frutice ueno-
odore origani. In Ponto ſubrufum eſt,
uum, fragile, racemoſum, fructu turgens,
odore nares feriens. Laudatur recens, can-
lum uel ſubrufum, quod nec adſtrictũ co-
reat, nec conuoluatur, ſed ſolutum diffun-
ur, ſeminis plenũ, uuis paruis ſimile, gra-
odoratum, modò cariem non contraxerit
e, guſtu mordens, ſimplici colore, & mini-
uario. Acoro uirtute reſpondet, minus eo
nen ſiccat, ampliusq; maturat. Noſtrũ uerò

amomum ſabuloſa ſpecie, nec odoris arg
mento, nec alia ratione huic reſpondet.

Ampeloleuce, id eſt, uitis alba, folijs eni
clauiculis, pampinisq́ʒ ſatiuam uitem imi
tur, niſi quòd hirſutiora ſunt omnia. Alic
brioniam uocant, à βρύω, id eſt, pullulo & e
alto, eô quòd in adiacentes ſibi frutices ſca
dens clauiculis ſuis ſe exaltet, atqʒ latè pull
let, Germanicè ſchmärwurtz/hundßkurbs/
der zitwan/teuffelkyrſſen/römyſch rüben dic
Fructum habet in uua dependẽtem, primù
uiridem, deinde rufum, quo coria pilis ſpo
antur. Radix eius alba, craſſa, & magna. Ge
mina ceu ſtomacho grata eduntur, aluum
urinam cient: radix abſtergit, tenuis natura
mediocriter calida: unde fit, ut lienes etiã p
tu conſumat: extrinſecus autem cum ficis il
ta ſcabiei & lepræ medetur.

Ampelos melęna, id eſt, uitis nigra: ha
quoq; uitis ſimilitudinem obtinet, & nigra
foris habet radicem, intus bucceam, Germa
nicè waltreben. Folia fert hederæ ſimilia, ſe
maiora, ſmilaceis proxima, cui & caules ſim
les obtinet. Clauiculis hæc etiam arbores am
plectitur, ac fructus racematim cohærent, qu
principio uirent, & poſt maturitatem nigre

ſcun

nt. Flores eius ſunt candidi & odorati, qui decidentibus ſemen ſubnaſcitur, plumis ſi ueſtitum, aut barbæ canæ effigiem præ s. Hæc ad omnia ſuperiori ſimilis, niſi q̊d becillior.

Ampelos agria, id eſt, uitis ſylueſtris, ſar nta uitis modò prælonga emittit, aſpera, oſa, rimoſo cortice, foliis hortenſis ſolani gioribus ac latioribus: muſcoſo flore & illaceo: fructu exiguis uuis ſimili, poſt ma tatem rubente, rotunda eſt acinorum fa . Enaſcentes uiticulæ cibi gratia ſale con ntur.

Ampelopraſum, uulgò uineale porrum, olauch/ hundtʒ knoblouch. naſcitur in uine raui ructu, ſiccius porro, calidiſſimumq́ꝫ ummo ordine, quamobrem exulcerat inci ꝑ: uiſcerū meatus recludit, ſtomacho ini um.

Anacardium elephanten lauß: arbor eſt In familiaris. Prouenit quoq; in Siciliæ mon is, qui flammam ignis eructant, fructu aui æ corculo non diſſimili, unde nomen puta inditum: rubente intus cruore, quo ueluti guine ſcatet. Cal. & ſic. in 3. Memoriæ ia ram fructus reſarcit, labentes ſenſus refri-

cat,

cat, mentem exacuit, morbis cerebri, quos
gida uel humida cauſa attulerit, auxilio
neruorum reſolutioni opitulatur, uenen
tamen eſt, ſi ſolus ſumatur. Sanies, quę in f
ctu manet condita, uerrucas delet, cęterùm
tem exulcerat, ſcabiem uſu creat. Iuuenibus
bilioſis ob caloris uim eo interdicitur.

Amygdalus uel a, eyn mandelbaum. arb
eſt fructifera, cuius fructus duro & carn
integitur cortice. Prima omnium arborū fl
ret menſe Ianuario. Ante maturitatem fac
fructum amittit. In hanc arborem poëtæ fa
lantur mutatā fuiſſe Phyllidem. Fructus ei
alius dulcis, alius amarus: hic extenuat, uiſc
ſos craſſosq́; humores altius hęrentes meat
recludendo educit, tum in cutem erumpēt
abſtergit: ille moderato calore minus effic
eſt. Arbor eandem uim habet.

Amyris arbor eſt infructifera, quam ſte
litatem penſat odore fragrantiſſimo.

Anagallis gauch heil / odder colmarkra
Duo eius genera, mas phæniceo, fœmina c
ruleo colore conſpicitur. Frutex eſt paru
in terra iacens, folia in quadrangulis caulib
puſilla habens, modiceq́; rotunda ad hel
nes ſimilitudinem. Semen profert rotundu

Pedib

libus in aruis uineisq; ubiq; calcatur. Vter-
e ſexus calidam & ſiccam facultatem obti-
, mitigat, & abſtergit, inflammationes ar-
, ſurculos extrahit, ulcera ſerpentia com-
cit: ſuccus naribus inſtillatus caput purgat.
Anagyris, frutex eſt arboris inſtar grauiſ-
i odoris, unde prouerbium natum Anagy
commoues: conſule Chiliades: foliis uir
q; uitici ſimilis eſt, flore braſſicæ, ſemen in
quis longis gignit, ſubrotundum, firmum,
ſi colore facie, ſimile renibus, quod dure-
uua matureſcente. Acris eſt frutex, calefa-
& diſcutit. Semen magis ſubtilium eſt par-
n, & uomitum prouocat.
Anchuſa folia habet lactucæ in acumen fa
iata, hirſuta, aſpera, nigra, multa, quoque
ſum humi ſparſa, ſpinis horrida: radix illi
craſſitudine digiti, per æſtatem ſanguinei
oris, quo manus inficit: pingui ſolo naſcit:
c & onoclea dicitur. Eſt quoq; altera, quæ
o nomine alcibiadion, aut onochiles appel
ur: hæc ſuperiori ſimilis, niſi quòd minora
beat folia, ramulos exiliores, florem purpu
m in puniceum uergentem. Naſcitur in ſa
oſis. Inuenitur & alia, huic haudquaquam
ſimilis, ſed breuior & amarior, ſemine pu-
niceo.

niceo. Quartum genus anchuſæ lycopſis dicitur. Folia quoq; habet lactucæ, ſed lon ra, aſperiora, latiora'q;, & craſſiora, ad rac caput in terram decidua. Caulis exit long rectus, ſcabrus, adnatis multis cubitalib⁹, fl paruo purpureo, radice rubra, & adſtring naſcitur in campeſtribus. Radix primi ge ris adſtringendi uim habet, & quiddam f amarum, ad lienis renum'q; dolores effic cum polenta illita eryſipelatis ſuccurrit. Fo radice minus refrigerant deſiccant'q;, ad profluuium bibuntur. Alterum genus me catius quodãmodo uiperarum morſibus ſ currit in cibo potu'q;, & alligata quoq;. Te latis alui lumbricis inſtar acetabuli potum nefacit. Quartum adſtringit quodãmodo cacius, ſimiliter eryſipelatis cum polenta il conuenit.

Androſaces herba eſt amara & acris, ca didi coloris, tenues ſpargens iuncos ſine lijs, folliculos habet in capitulis, in quibus men continetur. Naſcitur in Syriç maritim Diſcutit, ſiccat, & urinam potu promouet tu herba, tum ipſius fructus.

Androſæmon kűnrăth, non abſimile hy rico eſt, cauliculis maioribus denſioribus

magis rubentibus. Frutex eſt prætenuibus
nis, ſurculoſus, puniceo colore, rubentibus
gis, folijs rutę, ſed triplo aut quadruplo ma
ibus, quæ trita hominis ſanguinem refert,
de & nomen habet. Alarum caua habet plu
in ſummo alarum auium modò pennata
anſaúe, circa quas floſculi puſilli lutei. Se-
n in calyce, nigro papaueri ſimile, ueluti
ctis depictum diſtinctumúe. Coma trita
noſum odorem reddit. Calefacit & deſic-
Fructus eius purgat, folia autem magis de
āt, obtinetq́ planè eaſdem cum aſcyro fa-
ates.

Anemone duplex eſt, altera ſylueſtris, alte
n cultis naſcens: hæc multiplex eſt. Quæ-
a phœniceos flores; quædā candidos aut
cos, quędam purpureos profert. Flos ipſe
quam ſe aperit, niſi uento ſpirante, ob id
mone dicta eſt. Omnes habent folia co-
ndri ſimilia, tenuiſſimis inciſuris diuiſa, ad
am inclinata, caules tenues lanuginoſos,
uibus flores, ut papaueris, & in medio ca-
ila nigra aut cœrulea, radicem oleæ ma-
tudine, aut paulò amplius, grandeſcit fer-
q; geniculis quibuſdam cingitur. Sylueſtri
plitudo eſt prorſus maior, latioribus fo-
lijs

lijs & durioribus, oblongius etiam habet c[illegible]
put, florem puniceum, radices tenues & nu[illegible]
roſiores. Acrior eſt, quæ nigra profert fol[illegible]
Omnes uim habent acrem abſterſoriamq[illegible]
item extrahendi & oris uaſorum recluden[illegible]
idoneam, qua pituitam per os purgant, lep[illegible]
tollunt appoſitu, & lactis faciunt ubertatem

Anetum Dylle: ſeſquicubitali proceritate [illegible]
ſurgit, multicaule, ramoſum, exilitate folij [illegible]
ſtaminis penè modum extenuata, luteolo fl[illegible]
ſculo, ſemine lato & quaſi foliato, radice li[illegible]
noſa, neq; adeò prolixa, umbella feniculi, [illegible]
cognatum quaſi genus, propter ſimilitudin[illegible]
uideri poteſt. Seritur in hortis, interdum [illegible]
ſponte fœniculi modo prouenit. Calefacit [illegible]
exiccat in 2. ordine intenſo, ſiccat paulò r[illegible]
miſſius. Vſtum tertij calefacientium ſiccant[illegible]
umq; ordinis efficitur. Oleo excoctum dig[illegible]
rit, dolorem ſopit, ſomnum conciliat, & cr[illegible]
dos tumores maturat. Humentibus quoq[illegible]
ulceribus utiliter illinitur.

Angelica, uel radix ſancti ſpiritus, quo n[illegible]
mine à ueteribus appellata ſit, incertum: mul[illegible]
credunt eã illis fuiſſe incognitã. Euricius C[illegible]
dus Smyrnion Dioſcoridis credit eſſe. Du[illegible]
eius ſunt genera, una mitior, & hortẽſis, cui[illegible]

radi

adix eſt ualde odorata: altera ſylueſtris, eius adix ſuaui odore deſtituitur. Vtraq; caulem rofert duorum cubitorum, concauum, folia blonga, per ambitum ſerrata, ſubnigra: flo- es in purpura candidos: ſemen latum, folia- eum: radicem craſſam & multam, foris ni- ricantem, intus candidam, Iulio & Auguſto nenſibus floret. Cal. & ſic. in tertio ordine. perit, extenuat, diſcutit: unicè uenenis aduer atur: peſtilentię populatim ſæuiētis arcet con agia: tuſſi, quam frigus attulerit, medeť. Her- a in uino & aqua cocta uulnera interna gluti nat, concretum ſanguinem reſoluit, uentricu- um corroborat, cor recreat, laſſitudines re- icit.

Aniſum, uel aneſum, Aenyß: hoc caule, fo io, flore, apio par eſſe uidetur. Caulem nanq; enuiter ſtriatum, rotundum, multisq́; ramu- is brachiatum obtinet. Folium ubi primùm naſcitur, rotundum, ſed deinceps Apij modo diſſectum. Florem candidum, muſcarium fœ niculi. Tota herba, haud aliter quàm ſemen, odorata eſt. Calefacit & deſiccat in 3. ordine. Facilè ſpirare facit, oris halitum reddit iucun diorem. Vrinam cit, digerit, & uentris inflatio nes ſedat, lactis copiam facit.

D Ano-

Anonis uel ononis, hauuhechel/ ochſe-
brech/ ſtalkraut. Herbarijs quibuſdam acute-
la, reſta bouis, remora aratri dicitur: eô qu
in opere arantes boues ſubinde ſiſtat, aratrū
duris & altis radicibus remoretur. Ramos h
bet fruticoſos, dodrante maiores, frequētib
geniculis cinctos, cauis alarum multis, capi
bus rotundis, folijs lenticulæ, puſillis, ad ru
aut pratenſis loti folia accedentibus, ſubhir
tis, odoratis, non iniucundè olentibus. Mu
conditur, antequam ſpinoſa fiat, cibis gratiſ
ma, rami acutioribus ſpinis, & ueluti ſpicu
firmioribus horrent. Radicem mittit candid
quæ excalfacit tertio ferè ordine, & extenua
Hæc in poſca decocta dentium dolorem co
lutione mitigat. Cortex eius cum uino pot
urinam ciet, calculos rumpit, cruſtasq; abſt
git: ſuccus herbæ idem poteſt.

Anthedon meſpeli arboris genus. Huic p
mum minus cæteris, ſed odore præſtātius,
quod diutius ſeruetur. Flos amygdalæ, fol
magna ex parte fiſſum, quod antequam dec
dat rubeſcit uehementer.

Anthemis, uel chamæmelon, camille
blümen. Tria eius ſunt genera, floribus tan
tùm diuerſa. Flores enim, etſi intus aur
ſin

ſint, tamen foris per ambitum illis adiacent folia aut candida, aut lutea, aut purpurea. Quæ per ambitum candidis folĳs cõſtat, leucanthemon propriè uocatur: quæ luteis, chryſanthemon, Germani pulchrè ad Græcã uocem alludentes, goltblümen/ gellcamillen/ ſtreichblümen appellant: quæ purpureis, eranthemon, eô quòd uerè floreat: uulgus medicorum conſolidam regalem, Fuſchio autore, nominat. Germani à ſimilitudine calcaris, cui flos reſpondet, ritterſporen uocant. Anthemidis rami palmum non excedunt, fruticoſi, frequentes alas habentes, parui, tenues, & multi, capitulis rotundis. Cal. & ſic. pri. Virtute tenui, diſcuſſoria, laxanti & odorata conſtat.

Anthyllis duplex eſt, quædam eſt lenti ſimilima, folĳs mollibus, rectis ramulis, palmi altitudine, radice parua, tenui. Naſcitur in harenoſis & apricis locis, guſtu ſalſo. Altera eſt folĳs ramulisq; aiugæ ſimilis, hirſutioribus tamen, breuioribus, & aſperioribus: flore purpureo, odoris admodum grauis, radice cichorĳ. Vtraq; ulcera perſiccat. Quæ uerò aiugæ reſpondet, tenuior eſt: comitialibus competit, efficacius abſtergit.

Anthriſcus, uel enthuſſicum, herba apud

Theophraſtum, ex olerum genere.

Anthirrinon, alij anarrhinon uocant, H
barijs Germanis orant dicitur, ſtreichkraut
ſterckruyt: herba eſt caulæ & folijs anagall
di ſimilis, flore albæ uiolæ, purpureo, ideo
ſylueſtris anagallis nominata eſt: ſemine ui
li narium ſimili, radice nulla ſiue minima. P
ſimilem inguinariæ ſiue aſteri Attico uim ob
tinet, ſed minus efficacem.

Apargia herbæ nomen apud Theophr
ſtum.

Aparine klebkruyt: Herbarij aſpergula
uocant. Ramulos habet multos, exiguos, qu
drangulos, & aſperos. Folia per ambitum o
bemúe rubiæ modo per interualla circump
ſita: flores albos: ſemen durum, candidum, r
tundum, à medio umbilici modo leniter co
cauum: quare & à Græcis omphalocarpo
dicitur: alio nomine philantropos, quod pr
tereuntium ueſtes apprehendat, non aliter,
ſolent amici & hoſpitaliores à ſe diſcedente
comprehenſa ueſte retinere. Naſcitur in fru
mentario agro, aut hortis circa ſepes. Modic
abſtergit & deſiccat, & habet aliquam parti
tenuitatem.

Aphace uulgò ſylueſtris uitia, & os mun

,wilde wicken / oder ſant Chriſtoffelßkraut.
xiguus frutex eſt, lenticula altior, tenuiori-
us folijs. Siliquas lenticulæ maiores fert, in
uibus terna quaternaúe ſemina nigra, lente
ninora continentur. In aruis ſponte naſcitur.
Moderati caloris eſt, ualentius autem deſic-
at. Lenticulæ modo aſtringit, ſed manduca-
a ægrius concoquitur. Aluum retinet. Eſt &
lia aphaca apud Theophraſtum, quæ ſylue-
trium olerum genus eſt: uide Intybus.

Apharca arbor bifera, unedoni ſimilis.

Aphia, herba quædam noſtris incognita:
onſule Theophraſtum.

Aphroſcorodon, genus allij grandioris
ncrementi: à ſpuma ſic dictum, quia come-
ſtum mirum in modũ auget ſpumam. Qui-
dam Vlpicum uocant, alij putridum allium.
Itali crudum inter pulmentaria ruris, quę myt
tota appellãt, allio trito in oleo & aceto utun
tur.

Apiaſtrum, ſiue citrago, quia citrium ma-
lum olet, Gręcis μελισσόφυλλον, ἢ μελίφυλλον.
quoniam apes ipſa herba delectantur, adeò ut
ſi ea aluearia confricentur perunganturq;, de-
tentũ in eis examẽ non fugiat, meliſſenkraut/
honich blům. Folia & cauliculi balloti ſeu mar

rubio nigro ſimilia ſunt, maiora tamen & te nuiora, nec ita hirſuta: odor illis ineſt gratiſſi mus. Officinæ hodie perperàm pro uera me liſſa utuntur herba paſſim in hortis prouen ente, quam Germani, quia cimices olere uide tur, wantlüyßkraüt nominant. Vera meliſſ naſcitur in ſyluis. Viribus marrubio per o reſpondet, ſed multò infirmius eſt. Eſt quoc arbor uenenata in Sardinia, apiaſtrum dicta

Apina, arbor eſt media inter pinum & pi ceam, piceę tamen ſimilior: unde etiam pinu picea uocatur.

Apios, herba quę & Iſchas, ἢ χαμαιβάλανα dicta eſt, quoniam in pyri, ficus, uel glandi formam radicis extremum turbinetur. Lati nis etiam raphanus ſylueſtris nominatur, er nüß / erkelen / erdtfeigen. Profert tenues ca preolos duos aut tres, & interdum plures ra mulos iunceos, tenues, rubentesq́;, qui ſupra terram parum ſe attollunt. Folia rutæ ſimilia longiora tamen & uirentia, florem piſo nor diſſimilem, ſed longè minorem, mirificè odo ratum: ſemen exiguum: radicem Aſphode lo ſimilem, & ad pyri figuram accedentem, rotundiorem tamen, & liquore plenam, intus candidam, foris nigro cortice tectam: quę ta-

men

ıen non de tota radice, quæ longiſſima eſt
(tenuis, intelligenda ſunt, ſed de extremis
uſdem, hoc eſt, nucibus ſeu glandibus, ab ea
ependentibus, pyri aut ficus formam haben
bus. Prouenit in frumẽtaceis agris, quos ſu-
s interdum ductæ cupiditate nucum ex radi
e pendẽtium, prorſus euertunt. Atq; hinc eſt,
uòd panis porcinus à quibuſdam nominet̃.
Cali. & cal. mediocriter eſt. Superior pars ra-
licis uomitione bilem pituitasq́ʒ extrahit, in-
ferior per aluum; tota utrinque purgationes
mouet.

Apium hortenſe, uel ſelinon, epffich/oder
eppich: altitudinẽ ſæpe æquat cubitalem, caule
rotundo, tenuiter ſtriato, multiſque ramulis
brachiato, folijs tripartito diſſectis, & leni-
ter criſpis, in extremitatibus laciniatis: flo-
ſculis candidis, minuſculis: ſemine exiguo: ra
dice ſingulari, longa, capillata. Temerè non-
nulli putant noſtrum eſſe petroſelinum. Lo-
ca potiſſimùm amat aquoſa. Cal. in 2. & ſic. in
3. Vrinas & menſes elicit, flatus diſcutit, præ-
ſertimq́ʒ eius ſemen. Ori ſtomachoq́ʒ gratiſſi-
mum: difficulter tamen concoquitur, paulu-
lum quid uentrem ſiſtit. Comitiales ab hoc ſe
omnino abſtinere debent: lac minuit.

Apium ſylueſtre, uide Batrachion.

Apium montanum, ὀρεοσέλινον, ἢ πετροσέ-λινον ἄγριον: peterſilgen. Caulem habet unum dotrantem altum, à tenui radice exeuntem: per cuius ambitum ramos & capitula cicutæ multò tamen tenuiora: ſemen cumini, oblongum, tenue, acre & odoratum. Naſcitur in petroſis & montibus. In Germania in hortis paſſim plantatur. Viribus domeſtico æqualis eſt: ualidius tamen.

Apium paluſtre, ἐλεοσέλινον, ἢ ὑδροσέλινον: waſſerepſſich/oder bauren eppich. Simile apio ſatiuo ſapore, odore, floribus, ſemine, radicibus, uirtute, ſed illo maius eſt. In humidis naſcitur.

Apium ſaxatile, uide Petroſelinum.

Apocynum, ſiue cynocrambe, id eſt, braſſica canina, ſiue cynomorum, quoniam celeriter canes enecat, homini etiã uenenoſa. Frutex eſt exiguis uiticulis, malè olentibus, lentis uitiliumq; modo obſequioſis, fractu ferè inuictis: folio hederæ, molliore tamen, & per extremum acutiore, lento, grauiq; odore, id luteo ſucco turget. Siliquæ ſeu fabarum, folliculari ſpecie, digiti longitudine protenduntur: ſemine intus albo, duro, paruo. Folia cum

adipe

dipe in panes cocta, canes, lupos, uulpes, &
antheras enecant, in cibo data, & protinus
orum coxendices reſoluunt. Calida eſt citra
iccitatem, unde etiam digerendi facultatem
llita repræſentat.

Apollinaris, ab Apolline medicinæ inuen
ore dicta eſt. Græcis ὑοσκύαμος, quaſi faba
ſuilla, aprinaúe, quia ſues apriúe paſtu huius
herbæ præſenti mortis periculo conuellũtur,
niſi copioſa aqua ſtatim ſe foris & intus pro-
luerint. Germani biſſenkraut / odder ſeuubon
nominant. Frutex eſt caules emittens craſſos:
folia lata, oblonga, diuiſa, nigra, hirſuta: flores
è latere caulis ordine prodeunt, tanquam pu-
nicorum cytini, clypeolis ſepti, ſemine, ut pa-
paueris, plenis. Tria eius ſunt genera: unum
ſemine nigro, floribus penè purpureis, ſmila-
cis folijs, cytinis præduris & ſpinoſis. Alteri-
us ſemen ſubflauum, ut irionis: flores lutei: fo
lia & ſiliquæ ſimpliciores. Ambo inſaniã gi-
gnunt & ſoporem: ideo in communi uſu da-
mnantur. Tertium genus, ut quod mitiſſimũ
eſſet, medici recepêre, pingue, lanuginoſum,
molle, candidi floris ſeminisq́ꝫ, in maritimis
ruderibusq́ꝫ naſcens: quod ſi non adſit, rufum
uſurpari oportet: niger, ut deterrimus impro-

 batur.

batur. Tertium genus ex tertio genere refrigerantium eſt.

Appendix ſpina Plinio dicitur, quoniam baccæ in ea rutilo colore pendeant, appendicesq; uocentur. Hæ crudæ per ſe, & aridæ in uino decoctæ aluum citant, & tormina compeſcunt.

Aquilegia, *ackeley/agley*: non eſt Græcorum ægilops, ut nonnulli putant. Sed quo nomine Græcis aut Latinis medicis uocata ſit, non liquet. Folia chelidonij maioris habet, ſed paulò rotundiora ac molliora: caulem cubitalem, & interdum proceriorẽ, in cuius ſummo flores purpurei ſunt, ex caudis quibuſdam, uelut muliebres loculi propẽdentes. His decidẽtibus capitula ſubnaſcuntur, haud ſecus atq; in melanthio, in quibus ſemẽ atrum eſt. Radix eius craſſa. In guſtu dulcedinem quandam præ ſe ferre uidetur. Mediocriter calida eſt & ſicca, ac modicè digerit.

Aquifolia, uel um, uide in Ilice, & Cratægo.

Arabis, uel draba, herba ad cubiti altitudinem aſcendit, tenues ſpargens ramos, & ex utroq; latere folia lepidij figura, ſed molliora & candidiora, in cacumine uerò ſambuci um-

bellam

ellam gerit, candidos flores habentem. Her a hæc cum ptiſana coquitur, in Cappadocia naximè : ſemen aridum pro pipere obſonijs dmiſcetur

Arachne, arbor eſt ſylueſtris, ſimilis une- loni, folio tantùm minore & nunquam deci- lente: cortice non ſcabro, ſed qui circumliga us uideri poſſit, tam triſtis eſt adſpectu. Fer- ur ſemper frondere.

Arachus herba lenti innaſcitur, ſemē pro- ert durum, eruoq́ꝫ minus.

Aracus apud Plinium ſola radice, nec ulla uperficie conſtat: uide Tubera. Eſt & aracus, uius meminit Ariſtophanes in comœdia, q̄ Holcades inſcribitur, ubi inquit: Aracos, tri- icum, ptiſanam, alicam, zeiam, lolium, ſimi- am. Semen hoc ſimile eſt lathyri ſemine. Qui lam etiam ambo hæc unum eſſe genus exiſti nant: quādoquidem & omnis utruiuſq; uſus & facultas in omnibus conueniunt, præterq̄ quòd duriores, & minus coctiui araci ſunt, eo- que etiam concoctu difficiliores.

Aracigna uel arachidna, radix incognita.

Aracoïdes, planta Aegyptiaca.

Arbutus ſiue unedo, arbor eſt cotoneæ ma o non diſſimilis, cortice deciduo, tenui, ſimi-

litudine

litudine tamaricis, folio inter ilicẽ atq; laurũ.
Flores Iulio menſe ab uno pediculo racema-
tim dependẽt, ſimiles baccis, longiorib⁹ my-
ti, neq; folioſi, ſed concaui, ceu ouum pertuſ
uertice. Cùm defloreſcunt parte, qua ſunt an-
nexi, perforantur: relabendóq; in pediculum
ſpeciem uerticilli fuſo iniecti præbent. Fru-
ctus anno perficitur, ut pariter floreat ſubna-
ſcens, & prior coquatur, magnitudinem im-
plet pruni, nullo intus nucleo: huic memęcy-
lo cognomen eſt. Maturus aut flauet, aut ru-
beſcit, in eſu aceroſus. Stomacho aduerſatur
capitiſq; dolorem mouet, idcirco unedo dici-
tur, quòd unum edere tantùm poſſis, ſi nolis
incurrere noxiam. Acerbæ qualitatis eſt & ar-
bor & fructus.

Archangelica, uide Lamium.

Arcęon, ἢ προσώπιον, ἢ προσωπὶς, Perſona-
natia Latinis dicitur. Perſonę enim apud ue-
res, quoties à populo cognoſci nollent, ea ut-
bantur. Eſt autem foliorum eius tanta ampli-
tudo, ut tota humana facies eis tegi poſſit. Of-
ficinæ lappam maiorem, uulgus bardanã uo-
cant, Germani groſſe kletten. Folia habet cu-
curbitæ ſimilia, maiora tamẽ, duriora, nigri-
ra & hirſuta: caulem albicantem, interdũ nul-
lum

um:grandes lappas,quę tranſeuntium ueſti-
bus adhærēt, in quibus flos purpureus naſci-
ur,non euidens,ſed occultus,intra ſe germi-
nans. Radix eius eſt grandis,intus candida,fo
ris atra. Diſcutit,ſiccat,& adſtringit: quapro-
pter & folia ipſius uetuſta ulcera perſanant.

Arction uel arcturus, uulgò lappa minor, cleyn kletten kraut. Folijs ſimilis eſt uerbaſco, niſi quòd hirſutiora & rotundiora ſunt: caule longo,molli:ſemine cumini,paruo:radice tenera,alba,dulciq; . Vis eius eſt,ſiccans & mediocriter adſtringens.

Argallicum apud Aurelianum ſymphitũ eſt,de quo poſtea.

Argemone in totum ſylueſtri papaueri ſimilis eſt.folia habet anemones,diuiſa: florem puniceum:caput in cauliculo papaueris rhœadis,oblongius,& ſummis partibus latum: radicem rotundã : ſuccum croci colore, acrem dimittit. Argema & nubeculas expurgat:folia illitu inflammationes compeſcunt. Abſtergit ſimul & diſcutit. Plinius tria Argemones genera ſua ætate cognoſci & numerari tradidit:probari tamen unum tantùm, cuius ſcilicet radix thus olet. Diuerſum ab argemone genus uidetur eſſe,quod apud Plinium argemon uocatur.

Aria

Aria,arbor eſt ſylueſtris hyemis initio fr
tificans, materie duriſſima,ut neceſſe ſit ant
quam terebretur, macerari eam prius aqu
Quod & in robore carpinoq; ſeruatur. H
nos ei ad carbones argentarijs officinis,ut r
bori,unedoni,piceæ.

Arianis,herba incognita.

Ariana,ſpina ignota. Eſt & pomum pal
arboris.

Aris uel ariſaron,exigua herbula eſt,cuiu
radix oleæ magnitudinem implet,longè ma
ioris,quàm aron acrimoniæ: unde illitu,qu
paſcendo ſerpunt,ſiſtit. Fiunt ex ea etiam col
lyria contra fiſtulas efficaciſſima. Radix illit
genitali animalis cuiuſcunq;, illud in pernici
agit.

Eſt & alia herba, quæ Aron dicitur,à dict
ari nihil aut parum admodum differens. Hā
quidam, quòd folium effigie bubuli ueſtigi
prodeat,pedem uituli uocarūt. Alij,quòd dra
cunculum ęmulatur, ſola magnitudine diſcre
pans,haud temerè ſerpentariam minorem ap
pellant. Vulgus,quòd piſtillum promit exer
ti ferè genitalis effigie, ſacerdotis uirile nomi
nant. Germani pfaffenpint:aliâs ob uehemen
tem acrimoniam teuſchen ingber uocāt. Folia

emittit

mittit dracunculi,ſed longiora, & paucioribus diſtincta maculis : caulem ſubpurpureū, dodrantalem,piſtilli ſpecie,à quo croceum ſemen exit. Radix illi candida,dracunculo ſimilis, quæ quòd minore acrimonia eſt, cocta editur. Folia ad eſum condiuntur,& arida per ſe,decocta manduntur. Radix,ſemen & folia dracunculi uires habent. Naſcitur in ſyluis,locis umbroſis,humidis,& frigidis. Folia ſtatim in Martio, inter primas herbas Veris exiliunt, in Iunio diſpereunt. Semen in Iulio & Auguſto reperitur primùm uiride, mox croceum. Aron aliud alio acrius eſt. Quod multa prędiium eſt acrimonia, in tertio ordine calidum eſt & ſiccū. Quod non uehementi acrimonia,pollet in primo. Radices eius calidiores ſunt,ſed dracunculo inferiores.

Ariſtolochia oſterlucey. Nomen habet,q̊d ἀρίστη ταῖς λοχοῖς, id eſt, optima puerperis ſit, utpote quæ remoratos menſes, hærentes ſecundas, & reliquias omnes à partu expellat. Tria eius genera traduntur: Rotunda,quæ fœmina uocatur,folia habet hederæ ſimilia, præſtanti odore,cum acrimonia: multa cum una radice germina tenera: ſarmenta oblonga: flores candidos,pilei ſimiles,in quibus quod rubrum

brum eſt grauiter olet. Radix illius rotun‐
eſt, rapo ſimilis. Hæc non conuenit cum ar‐
ſtolochia officinarum. Longa, maſcula app‐
latur, longiore quàm rotunda folio: tenuib‐
ramulis, dodrantalibus; flore purpureo uel
teo grauiter olente, qui marceſcens in pyri
militudinem turbinatur: radix rotunda eſt
giti craſſitudine, & dodrantis longitudine n‐
nunquam paulò maiore, conglobatur in orb‐
rapi modo. Vtriuſq; radix colore buxeo, g‐
ſtu amaro & graui. Tertia etiam longa, qu‐
clematitis appellatur: ramulos habet tenue‐
refertos folijs ſubrotundis, minori ſempe‐
uiuo ſimilibus: flores rutæ; radices longiore‐
tenues, craſſo cortice odoratoq; ueſtitas, pr‐
uatim unguentorum ſpiſſamentis conueni‐
tes. Rotunda uerò non naſcitur in German‐
longa paſſim in hortis prouenit. Ariſtoloch‐
omnis calida, tenuis, abſtergẽs, amara, & ſu‐
acris, ad medicinas utiliſſima. Rotunda par‐
bus tenuior, & in omnibus efficacior eſt. Cl‐
matitis odorata quidem, ſed imbecillior. Lo‐
ga uerò in alijs media harum eſt, ſed non m‐
nus calida, quàm rotunda. Plinius tribus g‐
neribus addit quartum, quod Piſtolochia‐
uocant, quæ certè ea eſt, quam officinæ Ariſ‐
lochia

ochiam rotundam, & Germani Ründe hol-
urtz falſo appellant. Hæc tenuior eſt, quàm
rtia: radix denſis capillamentis ueſtita eſt,
inci plenioris craſſitudine. Odor, ut reliquis,
edicatus. Illita ſerpentium morſibus mede-
ur. Suſpenſa ſuper focum fugat domibus ſer-
entes.

Ariſtida, eadem Holcus dicitur, de quo
oſtea.

Armeniaca mala, quæ nunc uocant mala
ræcocia, prunorum generis ſunt: ſola è pru-
is odore commendantur: conſimiles perſi-
cis uires obtinent.

Armoracia, uide Raphanus.

Arnabo, alij Doronicũ uocãt, Grȩci recen-
iores, ut Aëtius, carnabũ, & carnabadium, alij
zarnabum & zarnabadium, radix ex oriente
adfert̃, pollicari ferè craſſamẽto, nodis ſcatẽs,
dura, ponderoſa. Cal. & ſic. in 3. Caſiæ & car-
peſio ſimile eſt. Vnde Poſſidonius, ubi cinna-
momi copia nõ datur, hoc utendum eſſe cen-
ſet. Doronicũ Romanum, folio ferè acuti ru-
micis Seplaſiarij hodie oſtendunt, diuerſum
à ſuperiori, radice graminis alba, crebrò tu-
mentibus geniculis, internodijs longè graci-
lioribus, ſapore dulci, non feruente, ut orien-
tale.

Arnogloſſon, uide Plantago.

Aronia, ſpecies meſpili eſt.

Artemiſia nomē habet ab Artemiſia uxore Mauſoli regis, quæ hanc herbam ſibi adoptauit, cùm antè Parthenis, id eſt, uirginalis, quòd uirgo Dea illi nomē dederit, uocaretur. Sunt qui ab Artemide artemiſiam cognominatam arbitrentur, quòd priuatim fœminarū malis, quibus ἄρτεμις, hoc eſt, Diana præeſt, medeatur: Germanicè Beyfuß / bucken / ſonnwendel / man heiſt es auch S. Johannes gurtel, ob id fortaſſis, quòd quidam diuum Ioannem hac herba in deſerto cinctū fuiſſe putarint. Tres eius ſunt ſpecies: prima πλατύφυλλος artemiſia latifolia dicitur, ea ſimpliciter hodie artemiſia uocatur. Huius duo ſunt genera, colore duntaxat diſtantia: unum caule & floribus rubens: alterum candicans caule, floribus uerò flauis: illud Germanicê rōten beyfus, hoc weiſſen beyfuß dicitur. Altera ſpecies λεπτόφυλλος, id eſt, tenuifolia nominatur, quā quidam hodie matricariam müterkraut dicunt, quòd matricis morbis medeatur. Tertia monoclonos, hoc eſt, unicaulis dicitur: uel tanacetum corrupto nomine pro tagetes, Germanicè reynfarn / oder würmkraut, quoniam lum-

brico

bricos è uentre pellat. Prima ſpecies fruticoſa eſt herba, abſinthio ſimilis, maioribus tamẽ & pinguioribus folijs ramiſq́ꝫ. Folia ſupernè ex nigro uireſcunt, ſubter autẽ candicant, crebrò etiã reſecta ſunt: flos illi tenuis, & ſemẽ rotundum. Altera folia tenuiora obtinet, flores exiguos, tenues, per ambitũ albos, intus luteos et grauiter olẽtes. Folia eius & flores confricata ſampſuchi odorẽ referũt. Tertia ſimplici caule conſurgit, folijs minutim ſciſſis. Caulis in ſummo floribus luteis & tenuibus abundat. Hæc odoris ſuauitate priorem uincit. Huius quoq; generis eſt herba tagetes Indica dicta, elegantiſſimos flores proferens, garyophyllos Indos uocatos. Hæc caulem habet rubeſcentem, ramulis multis brachiatum: folia tenuia, minutim ſciſſa, & grauiter odorata: flores in ſummo caule luteos, & croci colorẽ ferè referentes: elegantia nulli alteri cedentes. Prima prouenit in aquoſis, incultis, aſperiſq́ꝫ locis. Altera in hortis, locis ſiccis & lapidoſis. Tertia in aquarum rupis atqꝫ uinearum aggeribus. Indica tagetes non niſi ſata prouenit in Germania. Deſiccant in primo ordine intenſo, aut ſecundo remiſſo. Calefaciunt in ſecundo. Extenuant, renum calculos minuunt, & ad

 uteri

uteri fomentationes proſunt.

Arthanita, uide Cyclaminus.

Arthritica, uide Verbaſcum.

Arundo, harundo.

Aſarum, quòd in ornatum non ueniat, di-ctum eſt, uel ut Plinius ait, quoniam in coronas atq; ſerta non addatur, Germanicè haſelwurtz, aliqui ſylueſtre nardum appellant. Folia hæderæ ſimilia habet, molliora tamen, & rotundiora: flores inter folia ad radicem purpureos odoratos, hyoſcyami cytino ſimiles in quo ſemen acino non diſſimile: cauliculos angulоſos, aſperos, & molles: radices numeroſas, geniculatas, tenues, obliquas, gramini non diſſimiles, longè tamen graciliores, odoratas, excalefacientes, linguam uehementer mordentes. Naſcitur in umbroſis locis: floret bis in anno, Vere & Autumno. Similem acoro uirtutem obtinet, ſed magis intenſam.

Aſa fœtida, uide Laſerpitium.

Aſcalonia cepę genus nobiliſſimum, quod in Aſcalone ciuitate Paleſtinæ naſcitur.

Aſclepias ab Aſclepio inuentore dicta: à nonnullis hirundinaria appellatur, ſchualuenwurtz. caulem emittit rotūdum, leuem, tenuem, ac ferè iunceum: ramos longos, in quibus

folia

folia longa hederæ ſimilia: radices numero-
ſas, tenues, odoratas: flores exiguos, in albo
pallefcentes, grauiter olentes: ſemen plumo-
ſum ſecuridacæ. Naſcitur in montibus altis,
aſperis ac arenoſis. Auguſto menſe floribus
abūdat, ac ſubinde ſemina in folliculis oblon-
gis, formam hirundinis cùm dehiſcunt refe-
rentibus, profert. Calida eſt, ſicca, & tenuium
partium, radices cum uino potæ torminibus
& uenenatorum morſibus ſubueniunt. Hinc
à quibuſdam uincetoxicum, uel rectius νικητο
ξικὸν nominatur. Maleficis quoq; mammarū
muliebriumq́; locorum uitiјs illinitur.

Aſcyrū ſiue aſcyroïdes, Germanicè hardt
heuu, id eſt, durum fœnum appellatur: hype-
rici genus eſt, magnitudine diſtans, fruticoſi-
us: maiores habet ramos, ſurculoſiores, rubē-
tesq́: folia tenuia: flores luteos, & fructum re-
ſinoſum, hyperico non abſimilē, cuius attritu
digiti cruentantur. Eandem habet cum andro
ſæmo facultatem.

Aſpalathus frutex eſt ſurculoſus, multis
ſpinis horrens: quo ad unguentorum ſpiſſa-
menta pigmentarіј utuntur. Optimus eſt gra
uis, detracto cortice rubēs, aut in purpurā uer
gens, denſus, odoratus, guſtu amarus. Eſt &

alterum genus candidũ, lignoſum, ſine odo re, quod deterius habetur. Diſſimili cõſtat uir tute, acri & aſtringente, & utraq; ſiccante: id circo & putredini & fluxionibus utilis eſt.

Aſparagus, officinæ ſparagum nominant Germani ſpargen. E radiculis thyrſus primi exilit, cacumine in torulos turbinato, quod tandem increſcens explicatur in prægrandes ramos, quibus inſunt folia capillamenti modò, & ut fœniculi tenuata, quæ per uetuſtatem occaleſcunt in ſpinulas. Florem profert paruu lum, quo decuſſo baccæ dependent primùm uirides, quæ tandem maturitate rubeſcunt, ſeminibus refertæ. Radices ſunt ſpongioſæ, longæ & rotundæ. Seritur & plantatur in hortis, inq; nonnullis locis lapidoſis ſponte prouenit. Aſparagus hodie in iure decoctus, ac aceto, ſale & oleo conſperſus, in delicijs habetur. Corruda ſiue ſylueſtris aſparagus, uulgaris eſt notitiæ. Petræus aſparagus abitergit utiq;, ſed calore & frigiditate medius eſt: renes & iecur obſtuctionibus liberat, præſertimq; radices, & ſemen. Item dentium doloribus medetur.

Aſperula, uide Aparine.

Aſphodelus goldwurtz. Duo eius ſunt genera: mas & fœmina: ille albucus nominatur, hæc

hæc haſtula regia: quia dum floret, prorſus re-
gij ſceptri effigiem refert. Mas folia habet por
ro maiori ſimilia, caulem leuem, ferentem in
cacumine florem, quem anthericon appellāt:
radices oblongas, rotundas, glandibus ſimi-
les, guſtu acres. Prouenit in hortis cultis: uim
habet detergentem diſcutientemq́. Vſtę cinis
calidior, ſiccior & tenuior euadit, quó fit, ut pi
loꝝ defluuijs medeat̃. Fœmina folia habet ob
longa, anguſta, leuiter lenta, plantagini mino
ri non diſſimilia: caulem leuem, in ſummo nō
unum, ſed plures flores pingues retrorſum in
curuos, plenos puniceis maculis: radicem iti-
dem bulboſam, capillis allij inſtar multis ſub
bulbo enaſcentibus, comatam, guſtuq́ gluti-
noſam. Naſcit̃ ſua ſponte ac copioſè in mon-
tibus ac ſyluis. Vſus eius eſt in ulceribus ma-
lignis ſalutaris.

Aſplenos, uel Aſplenium, aliqui Scolopen
drion appellant, folijs eſt multis, ſcolopēdræ
animali ſimilibus, ab radice una prodeūtibus.
Naſcitur in ſaxis, parietibus, & opacis, ſine
caule, flore, & ſemine: folia filiculæ modo di-
uiduntur, ſubter flaueſcentia hirſutaq́, ſuper-
nè uiridia. Subſtantia eſt tenui, quare calculos
confringit, & lienes conſumit, non tamen eſt
calidum.

Aſter Atticus, ſternkraut. Caulis eius eſt lignoſus, purpureum & luteum in ſummo florem habẽs, ueluti chamæmeli capitulum, undique per orbem inciſuris diuiſum, ſtellæ modo radiatum, unde & nomen habet: folia oblonga, denſa & hirſuta. Naſcitur in montibus & ſyluis. Auguſto menſe ut plurimum floret. Mixtæ eſt potentiæ, uti roſa: refrigerat enim haud tamen uehementer, digerit atq; exiccat. Non tantùm illitum, ſed etiam ſuſpenſum bubonas ſanare creditur: quare & Inguinalẽ uocant.

Aſterij cuiuſdam herbæ mentionem fecit Pauſanias.

Aſtragalus, exiguus breuisq́ frutex eſt: ſpargitur per terram folijs & ramis ciceri ſimilibus: flore purpureo paruo, radice rotũda, raphani modo grandi, quę adnatas appendices firmas habet, nigras, præduras, cornu ſoliditate ſibi inuicem implicatas, guſtu adſtringentes. Naſcitur in uentoſis, opacis, & in niualibus. Scatet eo Memphis arcadiæ. Radix ægrè propter duritiam tunditur. Deſiccat multùm. Radix adſtringit: ulcera uetuſta ad duritiẽ perducit: aluum fluentem in uino pota ſiſtit.

Atractylis, ſpina eſt cnico urbano ſimilis, unde

nde & cnicus ſylueſtris, aut cirtamus ſylue-
tris, wildt felt ſafferān dicitur; longiora tamē
olia in cacumine uirgularum habet: caulem
btinet exilem, rigidum, aſperum ſtriatumq́;,
nagna ex parte nudum, Autumni potiſſimū
empore, quo folia ſua ſponte decidunt. Hoc
antiquæ mulieres pro fuſo utebantur, unde et
nomē habet: ἄτρακτος enim fuſus eſt: hinc La-
tinè etiam dicitur, fuſus agreſtis, colus ruſti-
ca. Capitula eius in cacumine ſpinis horrent.
Florem fert pallidum: radicem tenuem & in-
utilem. Prouenit in aruis & montibus. Facul
tatem habet deſecandi & modicè digerendi.
Efficaciſſima eſt in ſanandis ulceribus, & fiſtu
lis diuturnis. Eſt & altera atractylidis ſpecies,
quæ uulgò carduus benedictus nuncupatur:
carden benedict. Hæc hirſutior eſt, caulibus &
folijs ſoncheis, humi ferè reptātibus propter
ſui mollitiem: ſemine minuto, frequenti, ama-
ro, & pilis barbato, quod molli lanugine ope-
ritur. Flos ei pallidus luteusúe: naſcitur paſſim
in hortis. Eandem cum ſuperiore facultatem
habet.

Atriplex, Græcè dicit̃ ἀτράφαξις, παρὰ τὸ
ἁδρῶς ἄυξεσθαι, q; ſtatim in altitudinē adole-
ſcat, aliqui chryſolachanon .i. aureum olus,

 uocāt,

uocant, à luteo quem profert flore. Duo eiu
genera, ſatiuum & ſylueſtre: illud caulem pr
fert quadratum, ramis brachiatum, quibus pi
mùm flores lutei exigui, dein foliatum ſeme
& obductum cortice promitur. Radicem ha
bet unam in altum deſcendentem, non gla
bram, ſed fibris quibuſdam capillatam. Ho
tam luxurioſa proceritate ꝓuenit, ut quater
nos ſæpe cubitos excedat: caule, ut hortenſe
anguloſo, ramoſo & purpuraſcente: folio ho
tenſi non admodum diſſimili, potiſſimùm q
ad colorem attinet: flore luteo, exiguo: ſemi
ne racematim congeſto: radice ſimplici in al
tum deſcendente, ex qua ſe multæ promunt
Humi. ſec. fri. pri. Hortenſis tamen ſylueſtr
humidior frigidiorq́ꝫ exiſtit. Eſtur olerũ mo
do elixa. Ventrem emollit, ſemẽ ipſius ui pol
let abſterſoria, unde ictericis ex iecinoris ob-
ſtructione accommodatum eſt.

Attinia, ulmi genus procerius, frondemq́ꝫ
iucundiorem bubus præbens.

Auellana, *eyn haſelnuß baum / oder haſelnuß.*
dicitur & nux Præneſtina, uel Pontica, quòd
in Aſiam Græciamq́ꝫ è Ponto uenerunt. Ar-
bor etiam corylus appellatur. Habet autẽ cau
dicem multis infernè ſtolonibus fruticantem,

ſupernè

uperně ramis brachiatum: uirgas breues, ſine
larum ſinu enodes, craſſasq́ nonnullas: fo-
ia ab una parte nigra, altera uerò ſubalba, per
mbitum ſerrata, materia admodũ lenta: corti
em ſummum tenuem, pinguem, maculis al-
ɔis uarium: medullam tenuem & flauã. Non
loret, ſed floris uice quidam in eo peculiares
ompactili callo racematim cohærentes, &
ıeluti prælongi uermes ſingulari pediculo
ɔenſiles iuli erumpunt, qui ineunte Vere de-
ıiſcunt ac defluunt, cùm folia proſiliunt, ac
um calyculacea tegumenta totidem ſumma-
im fimbriata, quot iuli ſupra pediculum exe-
ınt, eorumq́ ſingulis nuces ſingulæ inſunt.
Duo eius ſunt genera: ſylueſtre & domeſti-
um: quæ nihil ferè differunt, niſi quòd dome
ticum folium profert maius, ac caudicẽ pro-
eriorem, melioremq́ fructum, rubra mem-
ɔrana incluſum. Fructus eius ſtomacho ad-
ıerſatur. Frigidior eſt & auſterus, in cæteris
uglandibus æqualis.

Auena folijs & ſtipula triticum imitatur:
genicula quędam habet: & in cacuminibus de
ɔendẽtes paruulas ueluti locuſtas bipedes ge-
it, in quibus ſemen continetur. Similem hor
deo facultatem obtinet. Siccat & modicè citra
corroſio-

corroſionẽ diſcutit, aſtrictionis quoq; cuiuſc
compos eſt, unde & alui profluuijs ſubueni

Aurelia, flos, uide Heliochryſum.

Auro onis, uide Halimus.

Auricula muris, quam myoſotida uocan
wintergrün, herba eſt caulibus plurib⁹ ab u
radice, aliquatenus ab imo rubentibus, & co
cauis: folijs anguſtis, oblongis, dorſo acut
elato, nigricantibus, per interualla aſſiduè ge
minatis, atq; in mucronem deſinẽtibus, & t
nuibus cauliculis ex alarum ſinu prodeunt
bus. flore, ut anagallidis, cœruleo: radice di
tali craſſitudine, multis capillamentis fibrat
quæ illita ægilopia ſanat. Sunt qui hanc her
bam Alſinen uocant: de qua ſuprà dictum eſ

Quæ à litera B ſumunt initium.

CAPVT II.

BAccar uel baccaris, herba fruticoſa eſt
quæ in coronas additur. Folia eius aſpe
ra ſunt, magnitudine inter uiolam & uerba
ſcum: caulis anguloſus cubitali altitudine, al
quantulum aſper, adpendicibus adnatis: flo
res habet in purpura albicantes & odoratos
radices nigro ueratro ſimiles, quib⁹ odor in
eſt cinnamomo proximus: aſpera ſqualidaq;

ama

nat loca. Herba eſt acris, radicis decoctum
ıeatus obſtructos aperit, urinam & menſes
tat. Folia adſtringentia ſunt, quare fluxioni-
us opitulantur.

Balauſtium, ſylueſtris punici flos eſt, cyto
o ſimilis. Eius plura ſunt genera: candidũ,
ıluum, colore roſaceo. Succus ex eo expri-
ıitur hypociſtidis modo, cui adſtrictoria uis
ıeſt, eadem faciens, quæ hypociſtis & cyti-
us. Frigidum eſt & ſiccum. Summę cutis ul-
era ad cicatricem perducit, & deſtillationes
ohibet.

Ballote: uulgò marrubiũ nigrum, aut mar
ubiaſtrum, aut praſſium fœtidũ. Caules pro-
ert quadrãgulos, nigros, ſubhirſutos, ex una
adice complures. Folia marrubio ſimilia, ma
ora tamen, ſubrotunda, piloſa, per interualla
n caule diſpoſita, apiaſtro ſimilia, graueolen-
ia: unde aliqui apiaſtrum uocant: flores candi
los, qui in rotæ ſpeciem caules circumiacent.
'rouenit propter uias, domos, ſepes, & in alijs
ımbroſis locis. Cal. in 2. ordine extenſo, aut
ı. remiſſo: ſic. in 3. Acris eſt & abſterſoriæ fa-
cultatis: impoſita cum ſale rabidi canis morſi
ous medetur.

Balſamine balſamkraut. Huius herbæ uete
res

res non meminerunt. Duo eius ſunt genera. Primum tenuia prælonga'q; flagella, ultro c troq; reptantia habet: folia uitis albæ, articul tiora: pampinos exiles ex alarum ſinu prod untes, quibus illigantes ſe cancellatim uicin implicant pergulis. Florem êdit cucumeris e albo in luteum langueſcentem: turbinatur utrinq; fructũ, carnoſa cute, & per uerſus uer rucoſa, ac rigidioribus bullis intumeſcentem cucumeris ſylueſtris puſilli ſimilitudine, qu cùm matureſcit puniceum adquirit colorem cartilago eius intus eſt punicea uel lutea, ſan guineus'q; ſuccus. Pomum maturitate diſſilit inanitas'q; confracto patet, ſemina intus pom formam referentia continens. Alterum caule habet craſſiſſimum, portulacæ aſſimilem, ii herbaceo colore rubeſcentem: folia ſalicis, in ambitu inciſa: flores magnos, purpureos, inſtar conſolidæ regalis caudatos: fructũ prior non diſſimilem, primò herbaceum, dein pallidum luteumúe, piloſum, qui maturitate diſſilit, inanitas'q; confracto apparet, ſemina intus aliquot lenticulæ ferè figura continentem. Sata uel plantata proueniunt.

Balſamum, arbuſcula eſt uitis magnitudine, rutæ folia habet, longè tamen candidiora,

per-

erpetuaq́ꝫ fronde magis uirentia. Naſcitur
ntùm in Iudæa in quadam conualle, & Aegy
to. Differt ſcabritia, proceritate, & gracilita-
e. Quodq́ꝫ in eo tenui & capillacea coma eſt,
heriſtum uocãt, quaſi demeſſile: fortaſſis quo
iam ob gracilitatem facile demetatur. Aeſti-
is ardoribus ſub ortu canis arbor unguibus
erreis inciditur, manatq́ꝫ ex ea ſuccus, quem
ppobalſamum uocant: ſed tam exiguo ſtilla-
u, ut annis ſingulis ne plures quidem, quàm
eni ſeptenıúe congıj cogantur. Succi proba-
io eſt, ut ſit recens, ualidi odoris, ſyncerus,
non ad acorem uergens, dilui facilis, lęuis, ad
ſtringens, ac modicè mordens guſtũ. Sed ua-
iè uiciatur, miſto ab aliquibus terebinthi, cy-
pri, lentiſci, balani unguento: item ſuſino, me
opio, melle, aut Cypria cera liquida. Quod
maleficium facilè deprehenditur. Nanqꝫ me-
us in laneam ueſtem fuſus, neqꝫ maculam fa
cit, neq; ſi eluatur notam relinquit: uiciatus au
em inhæret. Verus lacti inſtillatus, id coagu
at, quod adulteratus non efficit: qui etiam in
aqua aut lacte olei modò innatat, ſe conuol-
uens, aut in ſtellæ modum diffundens. Synce
rus uerò in aqua uel lacte diſſıcitur quàm pri-
mùm, & lactis modo albeſcit. Idem uetuſtate
craſſen-

craſſeſcens bonitatem ſuam amittit. Arbori
lignum, quod xylobalſamum dicunt, pro
batur ſi recens fuerit, ſarmento tenui, ful
uum, odoratum, quadãtenus opobalſamum
ſpirans. In ſemine balſami elige flauum, ple
num, grande, ponderoſum, mordens guſtũ
feruens in ore, modicè opobalſamum olens.
Adulterať ſemine hyperico ſimili, quod à Pe
tra oppido Paleſtinæ defertur: ſed deprehen
ditur magnitudine, inanitate, uirium ignauia
ſapore piperis. Balſami, quod ueluti lignũ eſt
ſic. & cal. 2. ſubtilemq; habet ſubſtantiam. li
quor autem multò tenuior eſt. Fructus proxi
mè hunc uirtute accedit, ſed minus tenuis eſt.

Barba caprina, à florum figura, quæ capri
nam barbam referre uidetur, ſic dicta; wal
geiß bårt. Caulem profert tricubitalem, ang
loſum, folia caſtaneę aut cotylo ſimilia, in am
bitu ſerrata, flores candidos, exiguos, racem
tim compactos, inſtar canæ barbæ depende
tes, radicem nigram, lignoſam, intus candi
dam. Flores eius in iulos abeunt. Prouenit i
obſcuris ſyluis & uallibus. Miram amarituc
nem hæc herba guſtata exhibet. hinc appare
illam eſſe calidam & ſiccam. Veteribus inco
gnita fuit.

E

Eſt quoq; alia herba ab hac diuerſa, barba
irci, uel barbūla hircina appellata, Græcè τρα
πώγὼν, ἢ κομὴ: Germanicè bocksbart/eyn gut
inter ſalāt kraut. Caulem habet tenuē, lon-
um tamē, & bicubitalem interdum, genicu-
atum: folia croco ſimilia, radicē longam &
ulcem, ſuper caulem calycem magnum, in
uius ſummo ſemen nigrum, florem purpu-
eum, qui in caneſcentes barbulas fathiſcit.
Hæc cùm carpitur lacte manat. Sua ſponte in
ratis naſcit̃. Herba & cruda & cocta eſui apta
ſt. Quæ uerò altilis in hortis creſcit, folio eſt
atiuſculo: flore purpureo: radices in altum
git, quæ hybernis menſibus acetaria dulce-
line ſua commendant. A plurimis nunc Ro-
nana cõſuetudine dicitur Petræ herba, quòd
ſperis locis quaſi è medijs ſaxis uideat̃ erum-
ere, à quo etiam in Hetruria ſaxifica appella-
ur.

Diſtat ab hac herba, Barba ſenis, quæ Græ-
cè γεροντοπώγων, Germanicè habermarck dici
ur. Folia habet hircinæ barbę, tenuiora, lon-
gioraq́ue, inſtar capillorum prælonga, caulem
paruum, ſuper quem calyx longus, & barbu-
a, quæ ſummo uertice ſenū more incana fun
ditur. Flore luteo nitet, qui in uolucres barbu-

F las

las euaneſcat:lacte manat:radix eſt amara. Succus decocti iocinoroſis & ſtomachoſis conuenit. Renũ uicijs & ueſicæ ſuccurrit. Ex aceto ciet urinas. Semen ſingultus ſedat, aluum ſiſtit, & inteſtinorum infer<u>c</u>tum explicat.

S. Barbaræ herba: S. Barberen kraut, à ſuperſtitione quadam nomẽ habet: ueterib⁹ incognita fortaſſis. Caulem ĕdit rotundum, ſolidum, ſtriatum : folia erucæ modo laciniata: flores luteos: ſiliquas teretes, ſemine refertas: radicem ex obliquo prodeuntem & oblongã. Prouenit in campeſtribus paſſim. Maio & Iunio floret, ac ſubinde in ſiliquis ſemẽ profert. Guſtãti primùm ſubacris eſt: dein parum etiã adſtringere uidetur. Vlceribus impuris medetur, in quibus caro ſupercreſcens fuerit: nam quia ualenter ſiccat, ideo ſordes extergere, & carnes minuere poteſt.

Baſilicon, quære Ocimum.

Batis, crithmum, crethmũ, uel crithamon, Bacillen. Herbula eſt fruticoſa, & undiq; folioſa. Caulis eius palmum altus Plinio, cubitalis Dioſcoridi. Naſcitur in maritimis & petroſis, nunc & in hortis ſeritur. Folia habet pinguia, numeroſa, albicantia, portulacæ foliorũ figura, latiora & longiora, ſalſo guſtu & amaro,

o,ſed modicè. Flores ſunt candidi,& ſemen
eu roris marini,odoratum,molle, rotundũ,
quod ſiccatum rumpitur.Intus continet triti-
i modo nucleum : radices digiti craſſitudi-
ne,tres aut quatuor grati odoris & iucundi.
Eſtur crudum coctumúe in olere. Seruatur &
n eundum uſum ſale condita. Vis eius eſt ab
ſterſoria & deſiccans.

Batrachion, Latinè ranunculus, ſic dicta herba,quòd limitibus humidis,opacisq́ue mar ginibus ranarũ more lætetur : aut quòd aquis ubi ranæ degunt potiſſimùm gaudeat, aut qa inter eius frutices ranæ frequenter inueniant. Apuleius ſceleratam nominat,eô quòd comeſta noxia ſit:uel potius,quòd ualidi ſceleratiq́ue mendicantes ſibi crura & lacertos hac ipſa di laniant, quò poſſint impudentius ſtipem extorquere,atq; hac impoſtura pecuniolam occupare. Vulgus medicorum perperàm pedẽ corui uocat. Sunt etiam qui flammulam, ab urendi facultate, appellant. Germani hanenfüß/gleiß blumen. Genera eius quatuor ſunt: primum coriandri folijs conſtat, latioribus, ſubalbidis,pinguibus:caule gracili,cubitũ alto:radice alba,exigua,amaraq́ue, multis capillamentis ellebori modo fibrata. Quod du-

plex eſt;hortenſe & ſylueſtre. Vtrũq; iterum duabus diſcriminatur differentijs. Sylueſtre enim aut luteos profert flores, & Germanis weiſſer hanenfuß dicitur, aut purpureos. Hortenſe aliud ſimplici florũ textura conſtat, Germanicè vngefulter gartẽ hanenfuß. Aliud multiplicem foliorum in floribus compagem obtinet, Germanis gefulter garten hanenfuß. Alterũ lanuginoſius, uel ut Plinius inquit, folioſius, altiore caule, pluribus foliorũ inciſuris, quod à foliorum ſimilitudine, quàm cum Apij folijs obtinet, à nonnullis Apium ſylueſtre dicitur. Prouenit ſecus aquas & fontes. Copioſiſſimum in Sardinia, acerrimumq́. Ea herba ſi comedatur, ueſcentibus neruos contrahit, rictuq́ ora diducit, ut qui mortem oppetunt, ueluti ridentium facie intereant. Ob id Sardonius riſus in prouerbium ceſſit. Eſt aũt noſtra non perinde efficax, atq; ea, quæ in Sardinia naſcitur, tamen noſtrã etiam uehementiſſima erodendi facultate eſſe præditam, guſtus oſtẽdit. Strabo ex hac herba toxici genus Hiſpanos confeciſſe prodidit, hauſtu cuius urgente ui maiore citra dolorẽ ipſi ſibi mortem cõſciſcebant. Tertium genus exiguũ eſt, ob id etiã Germanis kleiner hanen fuß dicitur: graui prę-

ditum

ditum eſt odore, flore qui auri ſpeciem refert. Naſcitur paſſim in pratis & cãpeſtribus. Quartum ſuperiori ſimile, & quia in ſyluis proueniat, waltbenle dicitur. Florem profert lacteũ aut luteum, radicem longiorẽ, & modo quodam nodoſam. Omnibus generibus uis una: & ſunt excellenter calida, ſicca, acria, urentia, adeò ut ulcus cum dolore excitent: quibus ſi modicè utaris, cutis uicia tantùm exterunt. Radix arefacta ſternutamentis ciendis eſt medicamentum.

Bdellium arbor, tum in Scythia, tum in Arabia prouenit. Eſt autem nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, naturáq; gummi. Eiuſdem lachryma quoq; bdellium dicitur. Probatur quod guſtu amarum, translucidum, taurini glutinis in morem: intus pingue, liqueſcens facilè, ligni ac ſordis expers, ſuffitu odoratum, ungui ſimile. Adfertur & ex India bdellium ſordidum, nigrum, uberioribus glebulis in offas conuolutum, aſpalathi odore. Quod ex Arabia Petræa aduehitur aridum eſt, reſinoſum, liueſcens, ſecundæ in uiribus bonitatis. Adulteratur gummi, ſed id non perinde guſtui amaritudinem repręſentat, nec uſq; adeò ſuffitionibus odoratum.

 Recens

Recens ſcirros emollit. Arabicum uerò urin ciet, calculos minuit, maturatq́;.

Bechium, uide Tuſſilago.

Bedegarim, ſiue bedeguar, uide Acanth alba.

Bellis ſiue bellius, apud Plinium duorur eſt generum: maior bellis, & minor. Hāc co ſolidam minorem uulgus uocat: quæ iterur aut hortenſis eſt, quam Germani monat blur le/oder rote blumle nominant: aut ſylueſtri quam uulgus herbariorum primulam Veris quòd ſcilicet Verè inchoante mox erumpa Germani autē maſlieble/ & klein zeitloſle nu cupant, Hortenſis ſylueſtri, prẹter florem, qu rubicundus eſt, intus luteus, per omnia ſimili eſt. Conſtant flores interdum ſimplici, inter dum multiplici foliorum cōtextu. Sylueſtri florem habet album, in medio luteum, aliqu tenus rubentem, quinquagenis ternis, interd etiam quinquagenis quinis barbulis circina tum: folium pingue, in terra iacens, in rotun dum, oblongum, leuiſſimè ſerratum. Maio bellis ab officinis nōnullis conſolida media quòd credatur uulnera glutinare, perperàn uocatur, Germanicè genſblum. Hæc proce rior aſſurgit, folio non admodm diuerſo, al-

tiori-

tioribus duntaxat crenaturis laciniatò : cauliculis tenuibus,ſurculoſis,cubitum altis : flore priori non diſſimili,maiore, paucioribus tamẽ barbulis, & in uniuerſum candidis, medium luteum in orbem concinnè cingẽtibus. Vterq; bellius calidus eſt & ſiccus. Valet ad uulnera:ſuccus etiam herbæ utiliter uulneratis bibitur.

Benedicta,uide Garyophyllata.

Berberis:uide Acantha acuta.

Beta *mangolt*:duorum generum eſt: alba, quæ alio nomine Sicula, nunc ferè Sicla:Germanicè *weiſſer mangolt* nominatur. Nigra ad atrum tendere uidetur colorẽ, *roter mangolt*. Caulem habet ſtriatum, bicubitalem : folium ferè atriplicis:flores exiguos,luteos: ſemen in caulibus copioſum:radicem unicam in longũ protenſam,è cuius lateribus aliæ,modò ſingulæ,modò binæ,nonnunquam ternæ funduntur,fibris multis refertæ. Naſcuntur paſſim in hortis & cultis locis. Nitroſam uim habent, qua abſtergunt, diſcutiunt, per nares purgant. Alba elixa plenius inflammationi arcendæ fit idonea, modicumq; diſcutit, aluo utilis eſt. Nigra coquitur cum lenticula, ut uentrem ſiſtat;quòd magis radice eius præſtatur. Vtra-

que tamen propter nitroſum humorem, qui habet in ſe, noxij ſucci eſt.

Beta ſylueſtris, lege Limonium.

Betonica ſeu Vetonica, Gręcè κέστρον à uarietate & copia remediorum dicitur, Germanicè braunbetonick. Caulem fert tenuem, quadrangulum, cubiti altitudine aut maiorem: folia longa, mollia, quernis ſimilia, per ambitū inciſuris diuiſa, odorata, prope radicem maiora. In ſummis caulibus ſemen ueluti ſatureiæ ſpicatum ineſt. Radices habet tenues, ut ellebori. Naſcitur in pratis, ſyluis, montoſis, frigidis & opacis locis. Cal. & ſic. in pri. extenſo, aut in medio ordine ſecundi. Amariuſcula & ſubacris herba eſt: ideo uim habet incidendi, conſiſtentes in renibus lapides rumpit: pulmonem, thoracem & iecur expurgat abſtergitq́ꝫ. Menſes mouet, & comitialibus prodeſt. Rupta atq; conuulſa curat, & omnibus beſtiarum morſibus illita ulceri auxiliatur. Acidum ructantibus & iſchiadicis bibita ſuccurrit. Eſt quoq; alia betonica, à ſuperiore plurimū differens, quam officinæ tunicam, detractis à betonica duabus literis prioribus, nominãt: Germani graßblumen/odder negelblumen, quòd flores eius garyophyllorum odorem referãt.

Hæc

Hæc duplex eſt: ſylueſtris wild negelblüm/ dondernegele/ felt negele/ vnde blütß ropffle/ & Altilis, alio nomine Betonica coronaria dicta, quoniam in coronis nimius eius uſus eſt, Germani heymyß negelblüm. Radix utriuſq; tota eſt rubra odorataq́ʒ: folia porracea, oblonga, anguſta, & per extremum mucronata, concoloratu cæſia. Stamen, quo medium diuiditur, puniceum ac rubens: calamus rectus, teres, geniculatus, ſeſquicubitalis: flores in uertice purpurei, interdũ niuei, uel uerſicolores. Sylueſtris in pratis montibusq́ʒ prouenit. Coronaria in fictilibus uaſis alitur. Cal. & ſicca. Vrinam ciet, & aliis multis benefacit. Radix cum hydromelite pota, uomitionem mouet: folia aluum ſubducunt.

Betula eyn birckbaum. Arbor eſt folio fagino, paulò anguſtiori: cortice uerſicolore, materia leui, nõ niſi ad baculos utili, mirabili candore atq; tenuitate, terribilis magiſtratuũ uirgis, eadẽ circulis flexibilis: item corbium ſporrulis & ligaturis utilis, ſcopiſq́ʒ. Bitumẽ ex ea Galli excoquunt. Locis gaudet frigidis. Scutis etiam faciundis apta, quòd plaga ſe contrahit protinus, clauditq́ʒ ſuum uulnus, & ob id contumacius tranſmittit ferrum. Nullus eius

in medicina uſus.

Blattaria, herba apud Plinium, ſic dicta, q
abiecta blattas in ſe cõtrahat. Germanicè ſcha
benkraűt. Adeò ſimilis uerbaſco eſt, ut ſępe fa
lat pro ea capta. Folijs minus candidis, cauli
culis plurib⁹, flore luteo, folliculis lini inſtar
in quibus ſemen continetur. Naſcitur iuxta
aquas. Vehemens eius amaritudo oſtendit ei
eſſe calidam & ſiccam.

Blechros pulegium eſt, de quo poſtea. Eſt
& genus leguminis.

Blitum uel blitus, maier: erũpit ocyſſimè,
folijs betaceis, ſine acrimonia fatuis & inſipi-
dis (unde & nomen habet: nam βλίτ⊙ ſtoli
dus & ignauus dicitur: hinc etiam ſocordes et
nullius momenti homines, bliteos appella-
mus. Ita Plautus, Blitea meretrix dixit) ſemi-
ne ut beta corticeo, copioſo, racemoſo ut atri-
plex, radice non una, nec in rectum tendente,
ſed multiplici, obliqua & prolixa. Hanc herbã
malè nonnulli cum beta confundunt. Eſtur
oleris modo. Aluo utilis eſt, nullius tamen in
medicina uſus. Hum. & frig. ſec.

Boletus fungi ſpecies, reliquis minus no-
cens, qualitatis expers, ſi probè coquatur, ſe-
cus periculi occaſionẽ præbet. Vide fungus.

De

De Boragine, lege Bugloſſum.

Boſmorus, frumenti religioſi genus, tritico minus, ut inquit Strabo. Inter amnes prouenit, excuſſumq́ꝫ torretur protinus. Iuramentoq́ꝫ adiguntur meſſores, non aſportaturos ſe id prius inde, quàm coxerint, ne ſemen in alias terras communicari poſſit.

Botrys traubenkraut. Herba tota eſt lutea, fruticoſa, ſparſa, multaq́ꝫ alarum caua habens. Semen totis ramulis adnaſcit̃ racematim, unde et nomẽ habet. Folia cichoria ſimilia obtinet, totaq́ꝫ ualde odorata eſt, ideoq́ꝫ ueſtibus apponitur. Inuenit̃ in torrentium ripis & conuallibus. Pota orthopnœïs medetur.

Braſſica koil. Græcè crambe. Eius plurima ſunt genera: ſatiua, marina, ſylueſtris, &c. Satiua quatuor habet ſpecies: prima Græcis λεία, hoc eſt, leuis nominatur, grandibus & latis folijs, caule magno: hĩc Germanicè breiter/ oder groiſſerkoil dicitur. Altera criſpa, quæ à ſimilitudine Apῃσελινοειδὴς, id eſt, appiana, uocat̃: Germanicè krauſſerkoil. Tertia propriè uocatur crambe, minutioribus caulibus, & tenuioribus folijs, flore luteo: Germanicè kleynerkoil Quarta ſeſſilis eſt, folio & capite patula: uulgus caputos caules, quaſi capitulatos appellat,

quo-

quoniam in capitis formam extuberant. Folia enim horum in orbem glomerantur, exterius calloſa, & per ambitum rugata, multis intus carinarum uoluminibus, externis ſemper interiora complectentibus, Germani Kappiſs uocant. Nonnulli à candore foliorum, braſſicam albam nominant. Braſſicæ caulis in genere leuiter rubet, & craſſus eſt: folia habet prægrandia, carnoſa, ex cęſio candicantia, in latus utrinq; diffuſa, prominulis uenarum toris fruticantia: cymam patulam: florem luteum uel album: ſemen in ſiliquis. Sic. & cal. in 1. ordine. Foris etiam impoſita ſiccat, uulnera glutinat, & doloſa malignaq; ulcera perſanat. Semen ipſius potum lumbricos occidit. Cauliũ crematorum cinis adurente ui conſtat, cum adipe longis laterum doloribus utilis. Braſſica malum & melancholicũ ſuccum procreat, uiſum hebetat. Ante cibos ſumpta ebrietatem arcet.

Marina braſſica, uulgò Soldanella meer Koil, à ſatiua prorſus abhorret, quòd folia ferat rotundæ ariſtolochiæ, prælonga, tenuia: ſingula à ramulis rubentibus exeunt, ſingulari, ut hedera, pediculo: albo ſucco prędita eſt, ſed pauco, ſalſo guſtu, & aliquantum amaro,

pin-

pingui concretu. Herba in totum ſtomacho inimica,acris, uehementiſſimè aluum ciet in cibo cocta. Coquitur propter acrimoniā cum pingui carne.

Syluestris braſſica, alio nomine lapſana, muritimis præruptisq́ʒ locis magna ex parte gignitur:amara eſt, ſatiuæ ſimilis, ſed candidior hirſutiorq́ʒ, cuius cyma in lixiuia cocta ori non inſuauis. Folia illita uulnera conglutinant, & inflammationes tumoresq́ʒ diſcutiunt. Hæc ſatiua ualidior eſt in omnibus: unde nec intra corpus citra noxam ſumitur.

Braſſica canina,cynia Grecè uel cynocrābe dicitur, Germanicè hundßkoil/ wild bilgelkraut das menle; cauliculum bihum dodrantum altitudine emittit, mollem & ſubalbidū: folia mercuriali aut hederę ſimilia,certis interſtitijs ſubalbida:ſemen folijs adhæret, paruū, rotundum: in ſyluis copioſè prouenit. Folia cum caulibus pota aluum cient,oleribus commendantur. Ius decocti & pituitam,&bilem, aquamq; detrahit. Eſt quoqʒ alia cynocrambe ſuperius in apocyno dicta.

Branca urſina, uide Acanthus.

Britannica in inſulis Oceani, aut in cōfini Britaniæ Oceano reperta eſt, folia habens ſyl-

ueſtris

ueſtris lapathi,ſed nigriora & denſiora,guſtu adſtringẽtia: radicem tenuem & breuem,caulem paruum:flos eius uibones dicitur,de quo infrà. E folijs exprimitur ſuccus, qui igne aut ſole cogitur. Aſtringit & conglutinat:ſuccus ipſius putredines,os infeſtantes,perſanat.

Bruta,arbor cupreſſo ſimilis,ex albidis ramis,iucundi odoris accenſa.

Bryonia,uide Ampeloleuce.

Bryon,quære Muſcus.

Bubonium,alio nomine Aſter Atticus,de quo ſuprà.

Bugloſſa,id eſt,bouis lingua,quòd ſcilicet eius folia bubulæ linguę ſimilia ſint. Officinis & herbarijs Borrago dicitur:Germanicè Burretſch. Verbaſco ſimile eſt, folium habens in terram depreſſum,aſperum,nigrius, bubulæ linguæ non diſſimile;florem cœruleum,ſpecioſum. Naſcitur in campeſtribus & ſabuloſis.Iulio menſe colligitur.In uinum deiectum animi uoluptates auget. Humidum calidũq; temperamento eſt.Alia eſt herba ab hac diuerſa,quę hodie Bugloſſum appellatur. Vide Cirſium.

Bulapathum è lapathorum genere eſt, radicis tantùm altitudine à reliquis differt.Efficacis

is effectus eſt erga dyſentericos, ſi biberint
x uino.

Bulbi, radices ſunt ſuis menbranis tunica-
e, ſiue pluribus capitulis coagmentētur, uno
olliculo omnes ambiente, ſiue quadantenus
iſtinctæ ſeparentur. Horum plura ſunt ge-
era. Bulbus eſculentus uulgò cognitus, eſch
ꝛuch, hic à nobis eſtur. Rufus ſtomacho &
luo utilis: amarus uerò & ſcillinus ſtomacho
ptior eſt, & concoctionem adiuuat. Bulbus
omitorius, eyn wilder zweibel: folia habet len
ora multò & longiora, quàm eſculentus: ra-
icem ſimilem, cortice nigro. Ea radix man-
a, aut decoctum eius potum ueſicæ malis me
etur: uomitiones mouet. Multò calidiorem
im, quàm eſculentus repræſentat. De Bulbo
greſti lege Colchicon. Bulbus ſylueſtris feld
wild/oder acker zweibel: herba eſt caule do-
drantali, cauo, folijs porraceis, folijs lilij ſi-
uatim emicantibus, ſpecioſis, ſex folijs è ca-
atho ſtellatim radiatis, ex uiridi in luteũ ten-
dentibus: capillo intus croceo, capitulo flori-
us decidentibus triangulari, ſeminibus ple-
o: radice bulboſa ceu Allium, citra odorem
glutinoſa. In locis umbroſis, circaq; margi-
es quorundam pratorum copioſè prouenit.
Semen

Semen non tantùm in caulibus, uerùm etiam iuxta radicẽ profert. Omnes bulbi acres ſunt & calefaciunt, Veneremq́ue ſtimulant. Elangueſcentis ſtomachi auiditatem aliquatenus excitãt. Bulbus eriophoros, id eſt, laniger, circa ripas amnium naſcitur: inter ſummum eius corticem, eamq́ꝫ partem qua ueſcuntur, lanea continetur natura, ea media conculcata, mappæ aliæq́ꝫ ueſtes quondam inde conficiebantur.

Bulbina folia habet porracea, purpureos uiolæ flores, ſiue ferrugineos in ſpicis: nigrū ſemen foris: rubicundum radicis bulbum, intus candidum, ſquammis carentem. Hæc meliorem bulbis creat ſuccū, non tamen ita grata utilisq́ꝫ ſtomacho, quòd dulceſcentem in ſe quandam craſſitiem contineat.

Bumaſtus, genus quoddam uũæ groſſioris, quòd tumeat ad ſimilitudinem mammarum bouis: Βοῦς enim, bos, & μασὸς mamma.

Bumelia fraxini ſpecies in Macedonia, ampliſſima & lentiſſima. Contra ſerpentes, ſucco expreſſo ad potum: & impoſita hulceribus maximè iuuat.

Bunium caulem habet quadrangulũ, procerum, digiti craſſitudine, & in eo folioſos ramulos,

ulos,tenues,prætenuibus foliolis & floſcu-
s ſcatẽtes,longitudine digitali: folia propter
dicẽ apio ſimilia,ſed multò tenuiora,& quæ
odo quodam folia tribuli imitentur : flores
ethi:ſemen odoratum,minus hyoſcyamo.
ſeudobunion palmi altitudine fruticat in Cre
,folia, ramulosq́ue napi ferens, acri guſtu.
trunq; calidum eſt,urinæ & menſibus edu-
ẽdis accommodatũ. Dicitur alio noĩe Scopa
egia:eſt tñ & alia Scopa regia,de qua poſtea.
Bupleurum,olus eſt ſponte naſcens, caule
ubitali,folijs multis longisq́;,muſcario ane-
ni.Laudatur in cibis Hippocrati: & Nicãdro
medicinis. Semen contra ſerpentes ualet:
em radix in uino, ampliusq; urinæ ciundæ:
olia ad ſecundas fœminarum,uel ſuccum ex
ino linunt,& ſtrumis cum ſale & uino.
Buphthalmus,oculus bouis aut uaccę. Her
arijs Cotula nõ fœtida, Germanis rindſauch
der kneauch.Cauliculos profert tenues,mol
sq́;:folia fœniculi,hinc & Germanicè küdill
icitur: florem in medio luteũ,in ambitu can-
idum,anthemide maiorem, oculi ſimilitudi
e,& potiſſimùm bouis, unde nomen quoq;
axit.Circa oppida naſcitur & in campeſtri-
us.Acriorem anthemide florem gerit, ideo

& diſcutit, adeò ut cerato mixtum duritias remolliat.

Bupreſtis herbæ nomen apud Plinium quam tamen ipſe non deſcribit. Boum uenenum eſſe, ipſo nomine apparet. Eſt & animalis nomen, de quo lib. 5.

Burſa aut pera paſtoris, quo nomine apud ueteres dicta ſit, ignoratur: Germanicè deſchelkraut/oder hirten ſeckel. Herba eſt rarò pede altior, ramoſa, erucæ folia habens, ſed minora. Flores exiguos, candidos. Semen in uulgi minutum & nigrum. radicem candicantem & longam. Propter uias paſſim, & in parietinis prouenit. Refrigerat & adſtringit. Mirè efficax eſt in comprimendis omnibus ſanguinis eruptionibus. Ex aceto trita collectionum inflammationes refrigerat, ac eò confluētes humores cohibet. Imponitur ſacris ignibus, & quibus ſtomachus æſtuat. Succus eius purulentis auribus infunditur. Cruenta ſanat uulnera.

Buſelinon, grande apium: differt breuitate caulis à ſatiuo apio, & radicis colore rufo, peculiare contra ſerpentes potum & litum.

Butomus, frutex eſt paluſtris, uulgò Iuncus cabacinus, quòd corbulæ ad ficus & paſ-

ſas

ſas tuas inde fiant: caule inoffenſiſſimo, pecu-
iari quodam læuore, folio arundinis, angu-
ari, fructu nigro, mali magnitudine, ſidę pro
ximum: ſexu duplici: mas, fœcundus, fœmi-
na uitilium ad nexus utilis: pars ab radice te-
nera manditur, puerorum cibo grata: ubique
ferè in paludibus naſcitur, quanquam humo-
re & terra gaudeat. Democritus ei folia irinis
proxima tribuit, ex una radice nō ſingulatim,
ſed ut frutices ſcaturiētia, quibus boues iucun
dè ueſcantur: unde nomen ei datum.

Buxus *eyn buchß baum*, arbor immortali co
ma uirens, folio myrthi, exiguo, ſubrotundo,
nullo tempore decidente: flore herbaceo: ſe-
mine rufo & rotundo, omnibus animantibus
inuiſo. Gaudet locis frigidis & apricis. Nul-
lum ferè in medicina uſum præbet: folia tan-
tùm in lixiuio decocta capillum rufant, aut fla
ueſcere efficiunt. Somnum carpere ſub hac ar
bore, cerebro uehemēter incommodat, quòd
eius odor naturæ prorſus aduerſetur.

Byne, eſt hordeum madefactum, q̊d ger-
men emiſit: hoc deinde una cum enatis ligu-
lis toſtum, & tritum pro cataplaſmate impoſi-
tum œdemata cohibet.

Quæ à litera C ſumunt initium.

CAPVT IIII.

CAcalia, alio nomine Leontice uocatur. Folia fert magna, alba, è quibus mediu caulis emicat, rectus, albus, florem ferens robori, aut oleæ ſimilem. Naſcitur in montibus. Grana, quæ poſt excuſſum florem innaſcuntur, trita cum cerato, ac illita faciem erugãt, & cutem extendunt. Viribus & uſu cum Cancano conuenit. Cuius quidem radix modic ſiccat, & ſine morſu illitionibus accommodata, cum uino ſubacta linctaq́ꝫ, arteriæ ſcabritiæ iuuat.

Cactus à recentioribus cinara dicitur, ſiue carduus altilis. Vide infrà.

Cacubulum ſpecies ſolani, nigris acinis.

Cadytas, herba quædam incognita.

Calamagroſtis, gramen harundinaceũ eſt. Iumenta in cibo enecat, præſertim in Babylone. Secus uias & itinera naſcitur. Quod uerò in Parnaſo prouenit, multò alijs ramoſius, folia fert hederæ ſimilia: florem candidum odoratumq́ꝫ: ſemen exiguum, non tamen inutile: radices quinq; aut ſex, craſſitudine digiti, candidas, molles, dulcesq́ꝫ. Semen egregiè urinã

ciet:

iet : uomitiones & fluidum aluum reprimit.
Calamintha, quaſi bona uel utilis mentha: uulgò calamentum. Species eius numerantur tres: Prima amat montes, ideo calamintha montana uocatur, Germanis ſteyn oder katzen myntz: folia ocymo ſimilia habet, ſubalba, ramulos anguloſos, florem purpureum. Altera à Latinis Nepeta: uulgus eô quòd Pulegio ſimile ſit, & odorem illius æmuletur, quamuis tamē maius ſit, ſylueſtre pulegium nominat: Germanicè wilden poley / odder koren myntz. Officinæ pro calamēto hoc ſolo genere utuntur. Prouenit in campeſtribus & agris. Tertia mentaſtri ſimilitudine eſt longioribus folijs, caule & ramis prædictis maius, ſed minus efficax: flore luteo. In aquoſis locis naſcitur. Tertio ordine cal. & ſic. ſunt: tenues, acres, menta longè ualentiores. Facilè igitur quæ altè hęrēt ad ſe trahunt, ſudores mouent, totum corpus digerunt, ac rigores febrium, qui circuitu remeant, finiunt, extrinſecus cum oleo infricatæ ſtrenuè. Quinetiam coxarum dolores ſoluunt, & uicioſos humores in cutem erumpentes abſtergunt.
Calamus odoratus: uide Acorum.
Calathiana, in Viola Autumnali lege.

Calcifraga: uide Empetrum.

Cali herbam Arabes uocant, in maritimi prodeuntem, è qua ſal conficitur, quem Alcali nominant, & è cinere pocula uitrea candida. Leonicenus hanc thelephion arbitrabat quòd ab alijs refellitur.

Callitrichum, uide Adiantum.

Caltha, uel calthula, uulgò calendula, quoniam ferè omnibus menſium calendis fruticat. Germani ab intorto, & in circulum acto ſemine, Ringelblümen uocant. Herba eſt fruticoſa, caule dodrantali, lignoſo: folijs longiuſculis, in anguſtum deſinentibus: floribꝰ ſpecioſis, croceis luteisúe, non ingrati, quamuis grauis odoris, qua dote in coronamenta uenit. ſemine, cuius uagina ſcorpionis caudam imitat: radice ſimplici, multo capillitio fibrata. Prouenit in locis cultis. Calida & ſicca eſt. Adhibetur condimentis & acetarijs. Flos ex uino potus ciet menſes.

Camacias, tritici ſpecies apud Theophraſtum.

Camarinus, nonnullis frutex eſt peſſimi odoris, qui concuſſus nauſeam faciat: hucq; referunt prouerbium, Camarinum mouere.

Camerepes, arbor eſt folio lato & molli,

peculiaris Cretæ & Siciliæ.

Campanula, herba ſic dicta, quòd flores eius campanam referant: Germa. halß kraut. quia ad oris, ceruicis, fauciumq́ꝫ mala mirificè conferat. Caulis eius eſt quadrangularis, hirſutus, rubens: folia oblonga, hirſuta, in extremitatibus inciſa & ſerrata, ad urticam proximè accedentia: flores purpurei, campanæ aut calatho ſimiles, in medio eorum luteum quid prominet: quibus emarceſcentibus in rotundis capitulis ſemen prouenit: radix eſt multifaria, intorta, & candida. Gignitur in pratis ſiccis, in quibus dumeta plurima exiſtunt. Adſtringendi atqꝫ exiccandi uim habet.

Canaria humilis eſt herbula, folijs tritici multò minoribꝰ, calamo tenui, geniculis pyxidatim cohærentibus: articulato, internodijs modò tibiarum in ſe infarctis, quæ tracta ſuis è uaginulis exeruntur, euanida ſpicæ loco panicula, ita ut folio & culmo triticum, cacumine arundinem æmuletur. Hanc inuenerũt canes, qua faſtidium deducant, eamq́ꝫ in noſtro conſpectu mandũt, ſed ita, ſicut eſt Plinius autor, ut nunquam intelligatur quæ ſit: depaſta enim cernitur. Notata eſt maior huius animalis in alia herba malignitas. Percuſſus enim à

ſerpente mederi quadam dicitur:ſed illam ho
mine inſpectante non decerpit.

Cancamum, uulgò lacca dicitur. Arabic
ligni lachryma eſt, myrrhæ quodammodo ſi
milis, uiroſo guſtu, quam ad ſuffimenta uſur
pant. Veſtes eo ex Styrace & myrrha ſuffiun
tur. Odoris eſt grati: uis eius eſt obeſos exte
nuare, abſtergere, & aperire obſtructa.

Cancanum herba apud Galenum, quæ a
Dioſcoride dicitur Cacalia: uide ſuprà.

Canchrydias, tritici ſpecies apud Theo-
phraſtum.

Canina braſſica, lege Braſſica.

Canina mâlus, uide Mandragoras.

Canirubus, quære Cynosbatos.

Canis teſticulus, lege Cynoſorchis.

Cannabis, hanff. Hæc duplex eſt: ſatiua à
Gręcis σχοινόςροφον dicta, quoniam magni in
uita uſus ſit ad robuſtiſſimos funes texendos:
& ſylueſtris, quam Latini Terminalem uocãt.
Satiua folĳs eſt fraxini, graui odore, caulibus
proceris, inanibus: ſemine rotũdo. Semen fla-
tus diſcutit, adeóq; ſiccat & calfacit, ut largio-
re cibo genituram extinguat. Succus ex ea re-
cente conuenienter aurium doloribus inſtilla
tur. Semen eius difficulter concoquitur: ſto-
macho

nacho & capiti aduerſatur, prauoſq; humo-
res creat. Folia arida pota ebrietatem faciunt.
Syluestris uirgas fert Altheę ſimiles, minores,
nigriores, & aſperiores, cubiti altitudinem
æquantes: folia ſatiuæ ſimilia, nigriora & aſpe
riora: flores ſubrubros, lychnidi ſimiles: ſemē
& radicem altheæ. Decocta radix illitu inflam
mationes mulcet, tumores diſcutit, tofos arti-
culorum diſſipat. Huius cortex torquendis fu
nibus adcommodatus.

Canopus, ſambuci cortex uel flos eſt.

Cantabrica herba ſic dicta, quòd à Canta-
bris per diui Augusti tempora in Hiſpania re-
perta ſit. Naſcitur ubique caule iunceo, peda-
li, in quo ſunt floſculi oblongi, uelut calathi,
in eis ſemen perquam minutum. Cuius radi-
cis drachma in uini hemina ſępius bibēda con
tra ſerpentium morſus.

Caphura, arbor in India tanta magnitudi-
ne prouenit, ut ſub eius umbra hominum cen
turiæ condi poſſint. Naſcitur in montibus In-
diæ mari uicinis, materiæ leui, ferulacea, quæ
gummi aut lachrymam fundit, eiuſdem quo
arbor nominis: ſed uulgus camphorā uocant,
Campher. Ex hac caphurelæum fit, quo ue-
rum mentiri balſamum audent. Caphuræ

 multa

multa genera ſunt: Vnum impurius in inter uenijs ligni, modò lamellarum impactum figitur: aliud foras emergit, & arboris corticib' hæret, maculis inter initia rubẽtibus, poſt modũ uel calore ſolis extoſtum, uel ignium u candeſcit, Riachinam indigenæ uocant, cæteris bonitate & tenuitate præſtat, longiori'que durat tempore: nam & atra & fuſca reperiuntur. Rudis eſt, nullam uim ignis experta: elaborata uerò, quæ ignium ardore album contraxit calorem, in laminas pellucentes digeſta. Caphura frig. ſic. 3. Capitis ex calore dolores, & incandeſcentes inflãmationes reſtinguit, præſertim quę iecur malè habeãt. Renes & ſeminaria uaſcula refrigerat, ſanguinem'q; cogit. Addunt aliqui ſomnum conciliare: ſed cauendus eius nimius uſus, quoniam peruigilia tandem adferet. Sanguinem naribus profluentem ſiſtit: cum ſucco uuæ acerbæ impoſita uentrem ſupprimit. Canitiem crebrò uſu accelerat, ægrotationes parit frigidas.

Capillaris, uide Trichomanes.

Capillus Veneris, uide Adiantum.

Capnos, Latinè Fumaria. Nomen habet, quòd ſuccus ipſius, ueluti fumus, copioſas lachrymas eliciat, facit'q; oculorum claritatem: uulgò

ulgò fumus terrę, Erdtrauch/ daubenkropff. Herbula eſt fruticoſa, prætenera, coriandri ſimilis, folijs candidioribus, undiq; numeroſis, ineracei coloris: flore purpureo. Cal. & ſic. in ſecundo eſſe uidetur. Acris etiam, & amaræ qualitatis eſt; unde urinas bilioſas liberaliter prouocat, iocinoris obſtructioni languoriq; medetur, ſtomachum confirmat, & aluum mollit. Eſt Capnos altera, memorata Plinio, quam pedes Gallinaceos appellant, naſcens in parietinis & ſæpibus, ramis tenuiſſimis ſpar ſisq;, flore purpureo: uiridis, ſucco caliginem diſcutit: itaq; in medicamenta oculorum additur. Similis & nomine & effectu alteri iam dictæ.

Capparis, alio nomine Inturis dicitur, aculeatus frutex eſt, qui in terra ſtratus, magis in orbem euagatur. Spinas ut rubus habet, in hami modum aduncas: folia, mali cotoneæ, rotunda: fructum oleæ ſimilem, qui cùm dehiſcens panditur, florem candidum promit, quo excuſſo, nonnihil glandis oblongæ figura inuenitur, quod apertum grana acinis punicorũ ſimilia oſtendit, parua, rubicunda: radices lignoſas ſpargit, grandes numeroſasq;. Prouenit tenui ſolo aſperisq; locis, in inſulis & iuxta

ru-

rudera. Caulis & fructus cibi gratia condiuntur. Radix extergit, probè purgat, incidit diſcutitq́ꝫ amaritudine & acrimonia: contrahit uerò acerbitate: ſtringit & denſat. Lienes induratos pota, & extrinſecus impoſita iuuat, menſes promouet, pituitam per os educit, maligna ulcera ſanat, dentium dolores ſopit, tumores digerit, & uitiligines, quas alphos dicunt: aurium uermes enecat. Folia uerò & fructus ſimilem quidem, ſed imbecilliorem uim poſſident.

Caprificus, è ſylueſtri ficus genere eſt, nullo unquam tempore matureſcens, quę ferè ruptis ſaxis intumeſcens exit: unde caprificus dicta eſt, quòd carpat muros atqꝫ parietes. Martialis: Marmora Meſſallæ ſcindit caprificus. Ad omnia efficacior eſt domeſtica ficu. Fructus eius acris eſt & diſcuſſorius, quemadmodum ex domeſticis groſſi.

Capſella, uide Thlaſpi.

Capſicon, Arabici cardamomi genus uidetur, recentioribus Græcis appellatum, quòd ſemina in ordinem digeſta, quibuſdam thecis inuoluentibus congerantur ceu capſis. Actuarius: Diſtendentes ſpiritus diſcutit, cruditates concoquit.

Cara, radix eſt, de qua in rebus geſtis à Cęſare

are mentionem facit Hirtius. Hac lacti admi-
ta multùm leuaſſe dicitur inopiam, ſimilitu-
ine repræſentata panis. Meminit & Plutar-
hus, ſed nomen herbæ non reddidit.

Cardamine, lege Siſymbrium.

Cardamomum optimum eſt, quod ex Co
nagene, Armenia, Boſphoroq́ꝫ aduehitur. In
ndia quoq; & Arabia prouenit. Eligendum
erò plenum, frangenti contumax, occluſum
actūq́ꝫ: quod enim huiuſmodi non eſt, exo-
etum iudicatur, & guſtu acre, ſubamarum, &
dore caput tentans. Eſt autem cardamomū
rutex amomo ſimilis, odoratus, oblongo ſe-
nine & anguloſo. Quatuor eius genera: uiri-
iſſimum ac pingue, acutis angulis, cōtumax
rianti, quod maximè laudatur. Proximum è
ufo candicans. Tertium breuius atqꝫ nigrius.
Degenerat uarium, friabile, odoris anguſti.
Quod uerius eſt, uicinius eſſe coſto debet.
cre eſt, composq́ꝫ alicuius amaritudinis, q̃a
umbricos interimit, & ſcabiem cū aceto exte
it. Habemus hodie aliud cardamomū, à Mau
itanis proditum duplici differētia. Maius ala
aſtris roſę corticeis tradunt, in quibus ſemi-
a lentis magnitudine, anguloſa, pinguia,
dorata, ſuo mordaci guſtu linguam uellican

tia;

tia. Minus inuolucris ſeminum minoribus
ſiliquulis, candida intus carne, minore odor
fragrantia, granulis obnigri ciceris amplitu
dine. Frutex ipſe cubitalis eſt, caule quadran
gulo, leniter ſtriato, prodeuntibus genicula
tim & ſurculis & frondibus, hortenſi ſolan
non diſſimilibus: flore luteo, dependēt ab ala
rum ſinu alabaſtri roſarum craſſiore pedicu
lo, in mucronem ſenſim turbinati, per initi
uirentes, maturi quàm ruberrimi, uetuſtat
punicei, cute læui relucente, quæ ſemina incl
dit candida, in uuæ modum conuoluta, lent
ſimilia: ea per ſe uel cum ualuulis guſtata, ig
neum feruorem repræſentant. Vtrunq; calefa
cit, roborat, diſcutit & extenuat.

Cardiaca, hertzgeſpan / odder hertzgeſper.
Caulem habet quadrangulum geniculatum
nigrum: folia laciniata, nigra, per interualla in
caule ex ſingulis geniculis prodeuntia: flores
in candido purpureos, orbiculato ambitu cau
les circumiacentes: radicem luteam, intortā
capillamentis fibratam. Paſſim in ruderibus
& circa ſepes naſcitur. Amara admodum ex-
iſtit. Cal. in ſec. ſic. in ter. Incîdit, extenuat, &
diſcutit craſſos humores. Contra cordis pal-
pitationem, conuulſionem, & reſolutionem

condu-

conducit. Veteres huius herbæ non memi-
nerunt.

Carduus, alio nomine Strobilus, & Cinara dicitur: Græcè σκόλυμος, Germanicè *artiſchaut*. Duplex eſt, altilis & ſylueſtris. Folia profert chamæleontis, & ſpinæ albæ uocatæ ſimilia, nigriora tamen ac craſſiora. Caulem emittit oblongum, folioſum, in quo capitulũ in ſquaroſum extuberat globũ, corticoſis unguibus turgentem, ſpicisq́ꝫ ſquammatim coagmentatum, quorum orbis exterior uiret, interior niueo candore niteſcit. Flos purpureo rutilat colore, qui tandẽ euaneſcit in pappos. Caput uetuſtate diſſilit in corticeas laminas, ſemen oſtendens cnici figura. Radix eis eſt nigra & craſſa. Sic. in 2. cal. in 2. completo, aut 3. incipiẽte. Herba cúm recens prouenit, in olera aſparagi modo, tranſit. Radix illita graueolẽtiam alarum totiusq́ꝫ corporis emendat: ſi decocta in uino bibatur, copioſam fœtidãq́ꝫ urinam expellit.

Carduus Veneris, lege Dipſacus.

Carduus ſuarius, quære Chamæleonem album.

Carduus niger, in nigro Chamæleone uide.

Car

Carduus benedictus, lege Atractylis.

Cartamus ſylueſtris, uide ibidem.

Careum uel Carum, uulgò Carui, mattkü mich/oder wyſenkümel. Caules profert quadr gulos ab una radice multos, folia ſtaphylin flores candidos: & in caulium ſummo ſeme angulofum ac copioſum, radicem oblong & luteam. Optimum in Caria naſcitur, und & nomen habet. Prouenit & in Germania. R dix cocta paſtinacæ modò manditur. Seme cal. & ſic. tertio ferè ordine. Flatus digerit, ur nam mouet: idq́ non ſemen tantùm, ſed eti tota planta.

Carex, herba acuta & duriſſima, ſimili Aſparago: folium habet hirundinis. Ex ha molliſſimæ texuntur cathedræ. Vliginoſo & paluſtri loco prouenit.

Carnabum, uel Carnabiũ, quære Arnabo

Carpaſus, frigore noxius eſt. Succus eiu epotus ſoporem, citamq́ ſtrangulationem adducit. Adiuuantur autem qui hauſerunt, ci cutæ remedijs. Nobis de genere herbę non ſa tis conſtat.

Carpaſium lini genus, quod, ut Pauſanias ait, ſolum ex omnibus igni non corrumpitur.

Carpeſiũ ſemẽ odoratũ eſt & tenue, q̃d ſi ore

tenea-

eneatur, claram uocem facit pronuncianti-
ous. Viſcera obſtructionibus liberat, urinas
nouet, & renes calculo laborantes purgat.

Carpinus, lege Acer.

Caryophyllata, herba ab odoris ſuauitate, quam radices de ſe præbent, dicta: uulgus Benedictam, à diuina ſua efficacia, nominãt, Germani Benedictenuurtz. Duplex eſt: hortenſis, & ſylueſtris: illa tenerior eſt, quàm hæc, in foijs, floribus, & paniculis, flos quoq; illius pallidior eſt. Caulem habent ſequicubitalem, geniculatum, anguſtum: terra è pediculo longo olia articulatim exeuntia, per ambitum ſerata, bina etiam prioribus minora, ſingula geicula cingunt. E medio alarum ſinu ramuli unduntur tenues, quibus in ſummis flos luteis emicat, quo ſuccuſſo caput extuberat cirinatis acinulis cumulatè ſtipatum, quaſi ruimentum eluceat naturæ fragum inchoanis. Radix multis luteis capillamentis fibrata, aryophyllon olet. Cal & ſic in 2. Eaſdem faultates obtinet cum Geo.

Caryophyllon, frutex in oriente proueniens ſambuci forma, ſemine grano piperis grãiori fragilioriq;, ex atro ruffeſcente, in claui nodum capitato. Sunt qui repræſentat buxi

caudice,lauri folio,ſed rotundiore. Non eam habet naturam,quæ nomine prætenditur,ſed ex India ueluti flores cuiuſdam arboris feſtucacei & nigri ſunt, longitudine ferè pollicis, odorati,acres,ſubamari. Cali.ſic.3.ferè gradu, (uel ut Aëtius ſec.) Multus eorum uſus nõ ad obſonia modò, ſed ad multa quoq; medicamenta.

Caryotæ uel Caryotides, uide Palmula.

Caſiæ complura ſunt genera. Caſia Arabũ, partim in India, partim in Aegypto naſcitur: arbor magna, folio iuglandis: ſiliquas habet prælongas ac teretes,utrinq; faſtigiatas, duos ferè pedes proceras, carne intus nigra, guſtu prædulci, ſed planè medicato, ligneis diſtinguentibus membranis, & oſſibus ſiliquarum intercurſantibus. Ad leniendam aluum conducit. Hanc nonnulli ſiliquam Aegyptiam uocant. Cal.hum.pri. Intemperati iocinoris calores refrigerat. Prodeſt eis,qui per naturam pallore decolorantur,anginis, laterum doloribus & pulmonarijs. Caſia Græcorum, uel Caſia fiſtula,aut odorata,ab officinis lignea dicitur,rubeſcit, boni coloris, coralio lapidi ſimilis,perquàm anguſta, longa,& craſſa,fiſtulis plena,mordens pungenſue in guſtu, & cũ

aliquãto

aliquanto feruore adſtringens, uiniq́ꝫ odorẽ referens, & aromatũ modo uehementer odorata. Cal. & ſic. ter. incidit & diſcutit, robur'q́ꝫ inſtrumentis adijcit, menſes euocat.

Caſſamum nonnulli balſami fructum eſſe dicunt.

Caſſutha, Græcè κασύθα, uulgò Cuſcuta, uel Podagra lini, Germanicè ſylʒkraut/ſlachſſeiden/odder todterenkraut. Herboſis fruticibus adnaſcitur, earum adminiculo fulta: radice nulla, ſed uelut ab alarum ſinu prodeunte, cirro capillamentoúe miræ longitudinis, ſtatim ab eius ortu ſeſe ramulis conuoluente. Quæ iam ueluti clauiculis nixa, ſenſim proſerpens, herbarum faſtidia ſcandẽs, & crebris uolutionibus opere topiario per uertices rotata, comas herbarum complectitur: tam uolubilis illi natura eſt. Folijs uidua cernitur: flòrem fundit album, ſemine quoq; ſcatet tenui. Cirri dilutiore rutilant purpura, nonnunq̃ ex rubro ruſeſcunt, fidibus lyrarum craſſitie pares. Naſcitur non in terra, ſed in herbis arboribuſq́ꝫ, quas tam denſo ſæpe irretit contextu, ut tentorij modo herboſum ceſpitem à ſole uindicet. Cal. pri. ſic. ſec. Subamara eſt iniecto uino, temulentiæ cauſa traditur. Abſtergit, ſub

ſtringit, roborat. Iecoris & lienis impedimenta laxat: flauam bilem per aluum exigit.

Caſta herba, uide Pæonia.

Caſtanea, à Caſtano oppido Magneſiæ ubi abũdat, dicta eſt: alio nomine Iouis glans: quoniam inter oẽs glandes caſtaneæ in omnibus partibus principatum tenent, ſolæq́ſ ſyluestrium fructuum alimentum memorabile corporibus præbent. Vocãtur quoq; Sardianæ glandes, quia in Sardinia optimæ naſcuntur. Arbor eſt iuglãdi ſimilis: folio tantùm uenoſiore & fimbriato. Nux eius intus ſolida, & plurimum plana, triplici tegmine ambitu ſepta, membrana primũ amara, mox lento cortice, demum echinato calice. Cal. & ſic. 1. Adſtringunt, alunt, difficulter concoquuntur.

Catanance duo genera habet: alterum folia habet longa, coronopi ſimilia, radicẽ prætenuem iunceamq́; . Capitula ſena ſeptenaúe, in quibus erui ſemen ineſt, quod areſcens in terram flectitur, & ſe cõtrahit ad ſpeciem unguium milui exanimati: alterum mâli paruæ magnitudinem explet, radice exiguæ oliuæ magnitudine: folijs q̊q;, calore, & figura oliuę, mollibus, diuiſis, humi inclinatis: ſemẽ, ut cicer, minutim in uirgulis dependet, punicei coloris,

oris, multis foraminibus pertuſum. Vtrunq; ferunt ad amatoria ueneficicia expeti à Theſſalicis mulieribus.

Cataputia maior, uide Cici. Cataputia minor, uide Latyris.

Caucalis wild peterlinn, quam alij ſyluestre daucũ uocant. Dodrantalem profert cauliculum, aut maiorem, ſubhirſutum: folia apio ſimilia, fœniculi modo per extrema multifida, hiſpidaq́ʒ: candidam in cacumine umbellam ſuauiter olentem. In uſu olerum eſt. Dauci modo calfacit, ſiccat, urinam mouet, repoſitaq́ʒ conditur.

Cauda equina, lege Hippuris.

Cedrus, arbor magna & procera eſt, foliũ fert Iuniperi eadem longitudine latitudineq́ʒ, ijſdem aculeis, & eodem odore. Baccę eius minores, duriores, & in maturitate uiridiori colore: lignum iucundi odoris, & tenuis, imperuium & infeſtum. Propterea opus dignũ cedro dicimus, quod laudabile eſt, & ab iniuria blattarum & tinearum maximè conſeruandũ. Horatius: Speramus carmina fingi Poſſe linẽda cedro, et leui ſeruanda cupreſſo. Ex hac arbore picem colligũt, quę cedria uocatur. Eligenda craſſa, perlucida, grauis odoris, quę dũ

effunditur guttatim non diſſipata coit. Cui e
uis ineſt, ut defuncta corpora conſeruet, & ui
uentia corrumpat, qua ex cauſa mortuorum
uita à nonnullis dicitur. Veſtimenta quoq; &
pelles eximia calefaciēdi & ſiccandi dote co
rumpit. Fit & oleum, à cedria ſeparatũ, dum
coquitur, uelleribus ſupra halitum eius expan
ſis, ut in pice: eiuſdem ad omnia uſus. Cedri-
des, cedri fructus. Duo cedri genera: maior et
minor. Maior duplex eſt: aut florifera fructũ
non fert, aut fructifera nõ florens, & in ea an-
tecedentem fructum ſtatim nouus occupat.
Minoris itidem genera duo: Lyria, & Phœni
cea. Differunt folio. Nam quæ durum, acutũ,
& ſpinoſum habet, uocaẗ Oxycedros ramo-
ſa, ac nodis infeſta. Altera odore præſtat. Ce-
drus cal. ſic. ter. Oleum cedrinum quartũ ordi
nem attingit, ſubtilis admodum ſubſtantiæ:
hinc teneras carnes expeditè & citra dolorem
exedit, duras autem, præſertim demortuas,
ſiccat, & à putredine aſſerit, pediculos, pulices,
aſcaridas, & auriũ uermes interficit, aliaq; plu
ra facit.

Cedrula, frutex ſola magnitudine à Cedro
differt.

Celaſtrus ſylueſtris arbor perpetuò uirẽs.

Fru

Fructum ſerò perficit, atq; hyemis ſuperuentu perdit. Cacuminibus montium gelidiſſimis innaſcitur, cura deterior efficitur. Vſus eius ſenibus ad baculos & ſcipiones.

Celtis, uide Lotus.

Cemos, uide Leontopodion.

Centaurium duplex eſt: magnum folia habet iuglandis lata & oblonga, uiridi braſſicarum colore ſerrata in ambitu; caulem, ceu rumicis, binûm aut ternûm cubitorum, multis à radice adnatis, in quibus papauerum modo capita ſunt, in rotundo oblonga. Florem profert cœruleum: ſemen cnico ſimile, ceu lapeis floccis quibuſdam in flore inuolutũ: radicem rubeſcentem, craſſam, grauem, ſolidam, tripedalem, ſucco prægnantem cum adſtrictione aliqua & dulcedine acrem. Amat ſolum pingue & apricum, ac ſyluas ac colles. Hodie centaurium maius omnibus incognitum. Radix eius acris, calida, & terreę adſtrictionis cõpos eſt. Menſes itaq; promouet; fœtus corrumpit, mortuos eijcit: uulnera glutinat: ſanguinem ſpuentib⁹, & reliquis pectoris uitijs pręſens eſt remediũ. Centauriũ paruum, febri fuga, uel fel terræ, kleyn tauſentz guldẽkraut/ fieber kraut/ erdtgal/ oder biberkraut. Herba eſt hyperico, ori-

origanoúe ſimilis, caule anguloſo, altitudin
ſupra dodrantem: flore in puniceo colore ſu
purpuraſcente, ad lychnidis florem acceden
te: folijs rutæ paruis & oblongis: ſemine triti
co ſimili: radice exigua, inutili, inefficaci & le
ui. Propter lacus & rigua loca naſcitur, und
à Græcis λιμνήσιον quoq; dicitur. Prouenit &
ſolidis locis. Rami & folia citra morſum ſic
cant, ulcera magna glutinant recens illita. Bi
lioſa & craſſa per aluum ducit. Decoctũ eiuſ
dem iſchiadicis commodè infunditur, ſangui
nem educens, & à dolore leuans.

Centeria plantæ nomen apud Theophra-
ſtum.

Centummorbia, nomen habet à mirifica,
quã in plurimis ulcerib⁹ medendis obtinet, fa
cultate. Vocatur à quibuſdam nummularia,
quòd folia eius nummi ſpeciem referant. Ab
alijs hirundinaria, quia paſſim terrę hirudinis
inſtar, adfixa ſit. A nonnullis Serpentaria, q̊d
ſerpentes hac herba ſi uulnerentur, ſibi mede-
ri ſoleant: Germanicè dicitur egelkraut / kleyn
naterzung / oder pfennigkraut. Serpit per ter-
ram, & exiguis radiculis è coliculis latis pro-
deuntibus nititur. Folia habet ex utroq; caulis
latere rotunda pinguiáq;: flores luteos. Naſci
tur

tur in locis humidis, potiſſimùm circa fluenta. Guſtu admodũ adſtringit: eſt igitur ſecundi aut tertij ordinis exiccantium. Quæuis uulnera & ulcera glutinat: tam intranea, potiſſimùm pulmonis, quàm extranea, ſi uino, in q̊ herba hæc decocta eſt, lauentur atque abſtergantur.

Centunculus aut centuncularis, à Græcis γναφάλιον dicitur: Germanicè Rhürkraut: candida & mollia profert folia, atq; adeò tomentitia: flores luteos: radicem capillatam ac tenuem. Vbiq; ferè prouenit. Folia eius mediocriter adſtringunt, ac proinde quidem id exhibent ex auſtero uino dyſentericis.

Centumcapita, uide Eryngium.

Cepa uel cepe, zwybel. Folia habet ferè porracea, intus concaua: caulem teretem rotundum'q;, per cuius faſtigiũ flores primùm candidi, ac ſubinde ſemen in orbem ſparguntur: radicem capitatam pluribus compactam tunicis, quę ſummatim prætenuibus rufis'q; ueſtitur membranis, uertice nigricantem, à quo fibræ capillitij modo fruticant: ſemen cùm maturum eſt, nigrum præ ſe fert colorem. Terrã amat pinguem. Cepa longa acrior eſt, quàm rotunda, item flaua quàm candida, & ſicca q̃

uiridis,& cruda quàm cocta,aut ſale condita, cal. 4. Subſtantiæ craſſioris eſt, quamobrem hęmorrhoides appoſitu aperit: abſtergit q̊q; uitiligines dictas alphos cum aceto exterit. Defluos capillos ocyus alcyonio reſtituit. Succus oculis ſuffuſis, aut craſſi humoris uicio habentibus auxiliatur. Flatus gignit, appetentiam inuitat, extenuat, ſitim excitat, faſtidium parit, & expurgat: aluo utilis eſt. Semen genitale gignit, capitis dolorem facit, & ſtomacho officit.

Cepęa portulacæ ſimilis eſt, ſed folia habet nigriora &radicem tenuem. Folia eius contra ueſicæ ſcabiem utiliter bibuntur. Radix cum aſparago myacantho pota, urinæ ſtillicidia, quæ opplero urinario meatu fiunt, abigit.

Ceraſus, *eyn Kirßbaum*. Nomen ſumpſit à Ceraſunti Ponti ciuitate. Ceraſi enim Romæ non fuerunt ante uictoriam Mithridaticã Luculli. Is anno 680. urbis cõditæ aduexit è Ponto. In Aegypto nulla cura potuere gigni. Folium ferè meſpili habet, durum, latius, & in ambitum ſerratum: corticem leuem, in candido nigricantem: florem album racematim congeſtum: fructum rubrum, ſubrubrum, aut nigrum, magnitudine fabæ, ceraſium nomi-

natum.

natum. Genera ſunt: Aproniana, quæ maximè rubent, ac rotunda ſunt, Germanicè Iſſels kirſen/ oder rode weſſelen: Actia prioribus ſimilia ſunt: differunt colore, qui his ad nigredinem accedit, Germanicè morellen/ odder ſwartze weſſelen. Cætera prędictis minora ſunt ac longiora, ac partim rubent, partim nigricãt. Sunt & laurea ceraſa, in lauro primò inſita, non ingratæ amaritudinis, hinc amaratia dicuntur uulgò, quaſi amara ceraſia. Ea quæ dulcia ſunt citius dilabunt̃, ac magis quę in inteſtinis ſunt ſubducũt, ſed minus apta ſtomacho ſunt. Auſtera ſtomacho utiliora ſunt: acida uerò ob ſuam incidendi uim pituoſis excremẽtoſisq́; ſtomachis proſunt. Gummi uerò huius arboris fauces exaſperatas leuigat, & calculo laborantibus cum uino potum ſuccurrit.

Ceratia nomen herbæ apud Plinium uno folio, radice nodoſa & magna, cœliacis & dyſentericis in cibo danda. Eſt & ceratia fructus arboris ſiliquæ, de qua ſuo loco.

Ceratophylax uidetur appellanda Herm. Barbaro, quæ uulgò carthaphylago: folia fert roſmarini. Apud ueteres nulla fit huius herbę mentio. Nomen habet, quia partem oculorũ ceratoïda, hoc eſt, corneam, defendat; atque

per-

percuſſam ac læſam ſaluti reſtituat.

Cerinthe, herba propter apes ſerenda, quibus eſt gratiſſima: folio candido, incuruo, cubitalis, capite concauo, mellis ſuccũ habente: Cuius gramen Vergilius dixit eſſe ignobile. Eſt quoque tertium genus liliј cerinthum dictum.

Ceronia, arboris nomen in Græcia proueniens.

Cerrus ęgilops, quercus ſpecies eſt, populo ſimilis, caudice recto, excelſo, læui, & per longitudinem robuſtiſſimo, materie alioqui improba, nec niſi ærariorum officinis carbone donata. Quod enim ceſſante flatu ſtatim extinguatur illis compendio eſt, nec niſi paucis abſumitur, ſic tamen plurimis ſcintillis diſſiliens. Glans illi triſtis, horrida, echinato calyce caſtaneæ modo: itaq; à nullo, præter quàm à ſue manditur, nec niſi aliorum inopia: cùm alioqui ſolidam durã́q; gignat carnem: quare ſuem diffuſam quidẽ, ſed grauem facit. E glandiferis una fert panos arentes: muſcoſo uillo, canos, non in cortice modo, uerùm & è ramis dependẽtes, cubitali magnitudine, odoratos, ſpagnon, ſiue ſplachnon, ſiue phaſcon appellant, item bryon: noſtri penem, Syri uuam dęmonum.

monum. Folia cerri,& glans,& cortex colle-
ctiones ſiccant, fluxiones ſiſtunt. Torpentes
membrorum partes corroborat, ſi decocto
ius foueantur: cui & inſidere expedit ſiccan-
dis aſtringendiſúe partibus. Radix aduerſatur
corpionibus.

Chærephyllon ſunt qui putant eſſe myr-
hin. Plinius uidetur aliud genus accepiſſe,
ùm inquit: Seri æquinoctio Autumni chære-
hyllon, quod pęderota Græci uocant, acer-
imum ſapore, igneiq́; affectus, ac ſaluberri-
num corpori: quanquam uerba hæc poſtre-
na de ſinapi dicta uideri poſſunt, de quo ſta-
im idem autor loquitur.

Chalca eſt herba, qua purpura tingit, apud
Phocionem grammaticum: accipitur etiã pro
urpura.

Chalceus nomen herbæ apud Theophra-
um: uertitur à Gaza æraria ſuffrutex.

Chamæacte, uide Sambucus.

Chamæbatus rubi genus humi reptantis,
Gaza humirubũ tranſtulit. Radices agit, qua
rram tangit.

Chamæceraſus in Bythinorum agro fre-
uens, radice parua: nec arbos eſt, nec arbu-
culis ceraſorũ impar, baccis, cæteriſq́; omni-
bus

bus conſimilibus. Copioſe uefcentibus capu
uini modo grauant.

Chamæcypariſſus herba ab odore & for-
ma foliorũ cypreſſi arboris nomen habet. In
arbuſculi formam fruticat, folijs incanis, Ab-
rotoni fœminę modo ſciſſis: floribus in ſum-
mo auri inſtar fulgẽtibus, ſed in paucis flore
reperias. Totus frutex odoratus eſt. In hortis
paſſim ac figulinis ꝓuenit. Eaſdẽ facultates ha
bet, quas cypariſſus. Herba ex uino pota cõtra
uenena ſerpentiũ oĩm ſcorpionumq́ pollet.

Chamæciſſus, hedera terreſtris, uel terræ
corona grundrebẽ/ erdephey/ oder erdẽ kreng
lin. Folium profert hederæ ſimile, minus ta-
men & tenuius: ramulos dodrantales multos
folijs plenos, à terra quinq; aut ſex prodeun-
tes: flores uiolæ cœruleæ ſimiles, minores, &
guſtu uehementer amaros: radicem tenuem,
albam & inutilem. Naſcitur in cultis. Flos ie-
corum meatus aperit, item contra coxendicũ
dolores exhibetur.

Chamædaphne Latinè laureola, aut laura
go: uirgas gignit cubitales ſingulari ramulo
conſtantes, rectas, tenues, læues: folia lauri ſi-
militudine, læuiora multò, ac uiridiora: ſemen
rotundum, rubens, annexum folijs. Conſimi-
lem

em laureolę ſeu daphnoïdi, & Alexandrinæ
auro uim habet.

Chamędrys, Latinè triſago, uulgò quercu-
a minor. Frutex eſt dodrantalis, folia habens
xigua, forma et diuiſuris quernis ſimilia, ama
aq́; flores ſubpurpureos, exiles: ſemen in ca-
yculis atrum. Naſcitur in petroſis & aſperis.
arpitur ſemine prægnans. Cal. & ſic. 3. Lie-
es colliquat, urinas & menſes elicit, uiſcerũ
bſtructiones expurgat.

Chamędrops, quidam & hãc Chamędryn,
ꝗ Teucrion uocant: uiribus Chamedryi re-
pondet.

Chamæleon albus, uel Carduus ſuarius, q̊d
es, ſi in polenta exhibeatur, perimat: uulgò
ardopatiũ appellatur, Germanicè eberuurtz.
olia profert ſilybo aut ſcolymo ſimilia, aſpe
ora autem, acutiora, nigroq́; chamæleone
alidiora. Caulem non promit, ſed ex medio
pinas, echino marino aut cinaræ ſimiles, eri-
t: flores habet purpureos, ueluti papporum
nugines: ſemen cnici: radicem in lætis colli-
us craſſam, in montoſis graciliorem, in pro-
ndo albam, aliquatenus aromaticam, graue
lentem & dulcem. Radix cal. 2. ordine abſo
to: ſic. ter. Venenis reſiſtit. Quæ ſi cum uino

auſtero

auſtero acetabuli menſura bibatur, latos uen
tris lumbricos enecat: facit etiam ad aquam
intercutem. Chamæleon niger, uel carduu
niger, aut uernilagium ſwartzer garten diſtel
Folijs ſcolymo ſimilis, niſi quòd minora, te
nuiora, ac rubro diſtincta ſunt. Caulem pro
fert dodrantalem, digiti craſſitudine, ſubru
brum, qui in ſummo habet umbellam, & ſpi
noſos flores, tenues, hiacinthi æmulos, uerſi
colores: radicem craſſam, nigrã, denſam, in
terdum exeſam, quæ diſſecta flaueſcit, & com
manducata mordet. Prouenit in campeſtri
bus, ſiccis, & cliuoſis, & maritimis locis, non
tamen ſine cultura. Vtraq; herba Chamæleon
à uarietate foliorũ dicitur. Mutat enim cũ ter
ra colorem: hic enim uiridia, illic albicantia
alicubi cœrulea, uel rubra inueniuntur. Radix
nigri cal. ſic. ter. propemodum ordine. Abſter
git, cutis labes exterit, duros tumores diſſi
pat emollitq́;, phagedænica ulcera illitu perſa
nat. Si intra corpus ſumatur, ueneni loco eſt.

Chamæleuce herba humilis eſt, & coacta
ad terram breuitatis, populi folijs. Cal. ter. ſic.
pri.

Chamæmelum, uide Anthemis.

Chamęmyſine, mirtus humilis uel ruſcus;
uide infrà. Chamæ-

Chamæpeuce dicitur quaſi pumila larix, co
lore undiq; herbaceo, folijs ſurculisq́; infle-
xis, laricis ſimilibus, flore roſaceo. Lumborũ
doloribus medetur.

Chamæpitys, lege Abiga.

Chamæplatanus pumila, id eſt, breuis &
exigua platanus.

Chamærops, fortè idem quod Chamæ-
drops.

Chamæriphes palmæ ſunt cæduæ, germi
nantes rurſus à radice ſuccisæ, dulcis medul-
la earum in cacumine, quod cerebrum appel-
lant, exemptoq́; uiuunt, quod non aliæ.

Chamæſyce pumila ficus eſt: ramos emit-
tit quaternûm digitorum, teretes, ſuccoſos, in
terram deiectos: folia lentis, parua, peplum
planè referentia, tenuia, quæ à terra non attol-
luntur: ſemen ſub folijs rotũdum, ut peplum:
non florem, nõ caulem habet: radicẽ tenuem,
& inutilẽ. Abſterſoria & acris illi uis eſt, qua-
propter & ſurculi ipſius & liquor myrmecias
uerrucasq́; abolent: craſſas oculorum cicatri-
ces cum melle abſtergunt: hebetudini & ſuffu
ſioni incipienti medentur.

Chamelæa, uel Oleago, uulgò Oliuella,
ſurculoſus frutex, ramos habet dodrantales:

folia oleæ ſimilia,tenuiora & amara,quæ guſtata linguam mordent, & arteriam deradũt. Abſterſoria facultate ſordida ulcera,& cruſtas cum melle purgat.

Chelidoniũ maius, ſchelkraut/ſcheluurtz/ oder groß ſchuualbenkraut,quia hirundo Græcè χελιδὼν dicta, hanc primùm inuenit, & ea oculis pullorum in nido reſtituit uiſum, uel quòd aduentu hirundinum exoriatur, & diſceſſu emarceſcat: caulem habet cubitalem & maiorem,gracilem,adnatis multis foliolis: folia ranunculo ſimilia, tenuiora tamen, & colore cæſio, iuxtaq́; ſingula folia florem uiolæ albæ ſimilem. Succus illi croceus,acris,mordax,cum aliqua amaritudine & odoris grauitate. Radix ſupernè ſingularis, infernè autem plures. Fructus cornuti papaueris inſtar tenuis, longus ueluti galeæ conus, in quo exigua ſemina ſunt,papaueris ſemine maiora. Naſcitur in opacis & parietinis. Cal. 3. Valenter abſtergit:ſuccus ipſius claritati oculorum utilis eſt. Radix arquatos cum uino & aniſo pota,obſtructione liberat: manducata dentium doloribus auxiliatur.

Chelidonia minòr, feygwartzen / blaternkraut/pfaffen hödlin/ kleyn ſcheluurtz/ſchuual ben

benuurtz/oder meyenkraut. Sunt q ſcrophulariam minorem uocent. Herbula eſt ſine caule: folia à ſtolonibus pediculiſúe pendent, figuram hederę habentia, rotundiora tamen & minora, item tenera & ſubpinguia: florem luteum habet: radices ex eodem callo cõplures, puſillas, in granorum tritici modum aceruatim congeſtas, quarũ tres aut quatuor in longitudinem exeunt: iuxta aquas & lacus naſcitur. Cal. & ſic. 4. Acriorẽ maiori uim obtinet, adeò, ut illita cutem ulceret. Vngues ſcabros emendat; ſuccus per nares purgat.

Chondrilla, quam aliqui Cichorion, alĳ Serin appellant: caulem, flores, & folia profert Cichorio ſimilia: quare nõnulli ſylueſtris intubi ſpeciem eſſe putant, uerùm tenuior tota eſt. In cuius ramulis gummi maſtiches ſimilimum, tuberculo fabæ inueniri ſolet. Aliud eſt Chondrillæ genus, folium ferens oblongum circũroſum, humi ſparſum, caulem ſucco lacteo manantem: radicem tenuem, rotundam, leuem, uegetam, flaueſcentẽ, ſuccoſam, cuius & caulis, & folia concoquendi facultatẽ poſſident. Succus incommodos palpebrarũ pilos reflectit. Naſcitur in lætis & cultis. Priora ſubamara guſtu eſt, hinc etiam maiorem, q̃

altera ſiccandi uim habet.

Chondros,uide Alica.

Chryſanthemon nonnulli à Buphthalmo uel à Caltha nihil differre putant. Sunt tamen, ſi quis penitius deſcriptiones earum introſpiciat,diuerſæ herbæ. Hæc herba eſt tenera,fruticoſa:caules habent leuorem:folia ſunt inciſuris diuiſa. Flores profert ſupra modum ſplendentes, luteos, orbem oculi imitantes. Circa oppida naſcitur. Cuius caules oleris uice manduntur. Flores cum cerato triti ſteomata diſcutere produntur. Regio morbo correptis colorem breui reddũt,ſi ſequenti longo balnei uſu poſt exitum ebibantur.

Chryſocome, uel Chryſitis frutex palmæ altitudine,comam profert ſpecie corimborũ, hyſſopo ſimilem:radicem hyrſutam, ueratri nigri modo tenuem, cyperum æquantem,guſtu ſaporeq́ꝫ nõ iniucũdo, in dulci leniter auſtero. In petroſis opacisq́ꝫ naſcit̃:radix acrem & adſtringentem uim habet,Peripneumonicis & iocinoroſis in mulſo elixa exhibet̃:menſes quoqꝫ educit.

Chryſogonum,frutex denſus eſt, quernis folijs:flore coronarij uerbaſci. Radicem profert rapo ſimilem,intus rubẽtem, foris nigrã.

Quæ

Quæ trita cum aceto, atq; impoſita muris ara-
neiq́ꝫ morſibus, auxiliatur.

Chryſolachanum Plinius ab Atriplice di-
ſcreuit, in pineto folijs lactucæ naſci tradens,
ſanare neruos inciſos, ſi confeſtim apponat.
Coctum eſtur ut olus molle. Stranguriam diſ-
ſoluit, ſi bibatur ex uino & aqua. Aluum ſiſtit.
Tradit quoq; alibi genus chryſolachani flo-
re aureo, folijs oleris.

Chryſomela, id eſt, aurea mala, poma ſunt
de cotoneorum genere, inciſuris diſtincta, co
lore ad aurum inclinato. Sunt tamen, qui Me
dicum ſeu citreum cognominant aureum: ut
orſan inde uulgare nomen ſit natum eius ge-
neris, quod uocant arantia.

Cicerbita, Grȩcè σόγχος dicitur, ἀπὸ τοῦ σῶ-
ον χέον, eô quòd ſalubrem fundat ſuccum. Duo
eius ſunt genera: alterum ſylueſtrius, aculea-
ius, & nigrius, genßdiſtel nominatum: alterū
enerius, eſculentumq́ꝫ, ac minus nigrum, Ger
nanis haſenkoil dicitur, Apuleio lactuca lepo
ina, quod cum leporem animus defecit ȩſtu,
ac ſibi herba mederi ſoleat. Sonchus habet
ubitalem & anguloſum caulem, cauum, &
liquando rubeſcētem, qui fractus copioſo la
te manat: quare à nonnullis lactucella & la-

ctero nominatur. Folia fert per interualla in ambitu ſciſſa: florem luteum, qui, ut Senecionis, breui digeſtus abit in pappos, uaneſcitq́ in lanugines. Prouenit ubiq; in hortorũ maceriis. Adſtringit, & manifeſtè refrigerat, tum corpori admotus, tum manducatus: exarefactus autem mediocriter calefacit. Succus eius ſtomachi roſiones lenit, lactis abundantiam nutricibus ſubminiſtrat, genitalibusq́ locis collectione laborãtibus præſidio eſt. Eſt ſonchi genus tertium, tenerum, arboreſcens, folio latiore, in quo ramoſum caulem folia interſecant.

Cicer *ziſſeren*, multiplex eſt. Satiuum legumẽ caule eſt lignoſo, foliis exiguis, multis, circinatis, flore albo uel purpureo, ſiliquis rotundis, radice tenui, & non admodũ longa. Gaudet pullo craſſoq́ ſolo. Cal. ſic. I. Flatus creat, aluum facilem reddit, urinam mouet, lacti ſeminiq́ generando accommodatũ, idem menſes elicit. Porrò quod uocatur ariëtinum, arietino capite ſimile, quoniã in eo producta oſcilla arietini rictus formam & imaginem efficiunt. Hoc cæteris efficacius urinam prouocat. Decoctum eius calculos renum confringit. Quod oribiæũ ab arui ſimilitudine uocatur,

Cicer arietinum.

Orobiæũ cicer.

tur, calidius his eſt, & ſubamarũ. Dicitur alio nomine columbinum, uel Venereum, à Colu mella punicum. Syluestria quouis modo do- meſticis ſunt ualidiora. Eſt autem ſylueſtre cicer folijs ſatiuo ſimile, odore acri, ſed ſemi- ne diſcrepat.

Cicera Columella non tam leguminibus, quàm pabuli generib⁹ adnumerat, eamq́ꝫ pro ximam fœno Græco & medicæ tradens, Ea- dem hominibus non inutilis, nec iniucunda eſt, ſapore nihil differt à cicercula, colore tan- tùm diſcernitur: nam eſt obſoletior, & nigro propior. Seritur primo uel altero ſulco menſe Ianuario, aut Februario, Martioúe: quibuſdã tamen Italię locis ante calendas Nouembris. Læto loco & humido ſeri debet. Ea, ut uolũt, ſtercoratur ager.

Cicercula, folium habet non rotundum, ut plurima legumina, ſed oblongũ: caulem hu- mi ſerpentem, ut piſum: granum quaternos et inæquales angulos continet. Vtuntur in mul- tis locis, eiuſq́ꝫ cremorem phaſelis præferunt in alendo potentiorem.

Cichorium, uide Intybus.

Cici, Græcè *κρότον*, & Latinè ricinus dicit̃, à ſimilitudine animalis, quam ſemen eius cor

tice nudatum referre uidetur. Vulgò catapu-tia maior, kerua, quibuſdam etiã pentadacty-lon, & palma Chriſti, quòd ſcilicet eius folia in humanæ manus effigiem articulentur, Germanicè wundelbaum/oder creutzbaum. Arbor prouenit paruæ ficus altitudine, folia platani ſimilia proferens, maiora, læuiora & nigriora: ramos & caudices arundinis modò concauos: ſemen in uuis racemiſq; aſperis: ex qbus oleum, nomine cicinum, exprimitur, cibis fœdum, lucernis emplaſtriſq; utile. Semẽ ſatum copioſè prouenit. Cal. & ſic. in 2. uel ſummum 3. Semen eius purgat, abſtergit, digerit. Sic etiã folium, ſed imbecillius.

Cicuta wuntſcherlich/ſchyrling/ oder wuterich. Caulem êdit geniculatum, fœniculi modo, grandem in cacumine, ramoſum, folia ferulæ, uel, ut Plinius ait, coriandro ſimilia, anguſtiora tamen & graueolentia: in cacuminibus adnaſcentes ramulos & umbellam: flores albicantes: ſemen aniſo ſimile, ſed candidius: radicem concauam, non altam. Cicutæ letale uenenum eſt, ſuâq; ui refrigeratoria necat. Remedio eſt uini meraci potus. Succo huius herbæ Athenienſes uſi ſunt in interimendo ſapientiſſimo philoſopho Socrate, quẽ falſò Any-

tus

tus & Melitus, quaſi parum rectè de dijs ſentiret, accuſarunt. Succus exprimitur contuſis cacuminibus, priuſquam ſemina & comæ ſiccescant, qui ſole denſatur in paſtillos. Naſcitur in pratis, locis incultis & umbroſis.

Cinnamomum, frutex duorum cubitorũ altitudine ampliſſimus, palmi'que minimus: quatuor digitorum craſſitudinis, ſtatim à terra ſex digitis ſurculoſus, arido ſimilis: cùm uiret non odoratus: folio origani: ſiccitate gaudens, ſterilior imbre, ceu contraria cæteris natura. Gignitur quidem in planis, ſed denſiſſimis in uepribus rubiſq;, difficilis collectu. Genera eius plura ſunt, patrium ſibi nomen uendicantia. Præfertur tamẽ Moſyliticum, quod caſiæ, cui moſyliti nomen eſt, aliquam referat effigiem. Et in eo genere optìmum eſt recens, colore nigro, ſed cum uino diluitur cinereo: leue, tenuibus ramulis ac frequentibus nodis cinctũ, perquàm iucundè olens, ac commanducatũ rutæ aut cardamomi referens odorẽ: guſtu acre, mordens admodum, & cum calefactione quadantenus ſalſum, quod'q; non ciò confricanti aſperum, aut frianti lanuginoſum, læuibus tamen internodijs appareat. Eſt etiam montanum, craſſum, pumilum, fulue-

ſcens admodum. Tertium à moſylitico, perquàm ſuauiter olet, nigrum, fruticoſum, paucis intercedentibus geniculis. Quartum fungoſum, candicans, adſpectu tuberoſum, uile ac friabile, magnam habens radicem, quę caſiam planè repręſentat. Quintum genus odore nares feriens, ſubrufum, & cortice fuluę caſiæ ſimile, tangenti firmum, minus neruoſum, denſa radice firmatum. Eis, quæ thuris, caſiæ, myrti, aut amomi odorem ſpirant minus ſuauitatis ineſt. Cæterùm ſcabrum, album, rugoſum, læue, lignoſum circa radicem, ut inutile reijcito. Eſt quoq; aliud, præferens quandam cinnamomi faciem, pſeudocinnamomum dictum, uel cinnamoides, ſarmēta longa, denſa ac craſſa ferens: uile & nullius precij, inualidi odoris, & inefficacium uirium. Sed ex tot generibus cinnamomi nō optimum ad nos inuehitur. Neque mirum Germanis hoc modo imponi, cùm conſtet Galeni temporibus idipſum quoq; factum eſſe, quemadmodū ipſe in libro de Theriaca ad Piſonem indicat. Cinnamomi uis eſt ſummè tenuis, non item ęquè calida, ſed tertij ordinis, nihil autē ex eis, quæ parem ipſi calorem referunt, adeò ſiccat, propter ſubſtantiæ tenuitatem.

Cinara,

Cinara,uide Carduus.

Cincinnalis,uide Adiantum.

Circæa, quæ & Dircæa à quibuſdam dici-ur. Folia habet hortenſi ſolano ſimilia:adna-a multa:florem nigrum, puſillũ copioſumq́ꝫ: ſemen milij, in quibuſdam ueluti corniculis naſcens: radices dodrantales tres quatuorúe, andidas,odoratas, excalfaciẽtes: naſcitur in pricis & ſaxoſis locis. Eius radix cum uino ota fœminarum locos purgat:ſemen in ſor-itione ſumptum lac generat.

Cirſion herba,nomen habet,quòd adliga-a uarices,quos Græci κιρσοὺς nominãt, ſanet: atinè ſpina mollis dicitur: uulgò non rectè uglosſa:Germanicè ochſenzung.Caulem pro ert tenerum,triangularem, duorum cubito-um:ab imo foliola roſaceorum figura: angu os ſpinoſos, ſed molles, per interualla: folia ugloſſo uero ſimilia,modicè hirſuta, longio a,albicantia,partibus extremis aculeata: ca-umen in caule orbiculatum,hirſutum,in quo apitula in ſummo purpurea, quæ in lanugi-nes euaneſcunt. Naſcitur potiſſimùm in are-noſis & petroſis.

Ciſtos,aliqui Citharon aut Ciſſaron appel-ellant. Frutex eſt exiguus,ramoſus & folio-

ſus.

ſus. Folia habet in orbem circinata, nigra &
hirſuta. Duo eius ſunt genera: maſculus florē
ut mali punicæ fert; fœmina candidum. Iuxta
huius fruticis radices naſcit̃ hypociſtis, à nō-
nullis erythranon aut cytinus dicta, floris pu-
nici ſimilitudine. Hęc triplex eſt; flaua, uirens,
& candida. Succus ex ea colligitur acacię mo-
do. Aliqui tamen exiccant, fractamq́; macerāt
& incoquunt. Ciſtus adſtringit, & modicè in-
frigidat; folia ipſius & germina adeò ſiccant,
ut etiam uulnera conglutinēt. At flores cùm in
ſecundo ferè gradu ſicciores ſint, inteſtinorũ
torminibus, alijsq́; fluidis uicijs accommoda-
ti ſunt: extrinſecus illiti putrida ulcera compe-
ſcunt. Hypociſtis habet eaſdem acaciæ uires,
maiore tamen adſtringendi ui eſt & ſiccandi.
Eſt & alterum ciſti genus Ledon à nonnullis
appellatum: frutex ſimili modo naſcens, lon-
gioribus folijs & nigrioribus, quæ uerno tem-
pore pingue quiddam contrahunt. Fit ex eo
Ladanum. Siquidem cùm frondes eius paſcũ-
tur capræ hirciq́;, pinguedinem barbis & fœ-
moribus, quoniam uiſcoſa ſit, inhærentem re-
portant: quam depectentes incolæ colanteſq́;
cogunt in offas, & ita recondunt. Alij uerò at-
tractis funiculis inſidētem fruticibus lentorē
abſter-

abſtergunt, conglomerantur in Ladanum. Maximè probatur odoratum, ſubuiride, facilè molleſcens, pingue, nõ arenoſum, nec ſqualore obſitum, ſed reſinoſum, quale in Cypro gignitur. Arabicum uerò Lybicum'q; uilius. Ladanum medicamen eſt præſtantiſſimum, in ſecũdo ferè ordine calidum, natura tenue, emolliens mediocriter, diſcutiẽs & maturãs: eo'q; uteri adfectionibus peculiariter conuenit. Habet præterea nonnullas adſtringendi uires, quibus defluos capillos confirmet.

Citrago, uide Apiaſtrum.

Citrus uel citrea, uel mâlus Medica, Aſſyria, aut Perſica, Græci & Heſperida uocant: quanquam Apuleius negauit eandem eſſe mâlum Aſſyriam, ſiue medicam, quæ Citrus: q̊d citrus exiguum ſit genus arboris, Medica uerò, ut Maro inquit, ingens. Flores duob⁹ modis procreat: alios, qui uelut erectã in medio olum habeãt, fœcundiores exiſtimatos: alios qui careant ea, infœcundos. Folium ei adrachnes, unedonis'q;, ſpinis intercurrentibus, ut in pyro & oxycantha, ſed leuib⁹ infeſtis mucrone ualidis. Vere partibus cultiſſimis, ſemine quarto die aut quinto rigatur. Transfert quoque Vere maiuſcula in ſolum molle udũ'q;,

nec

nec admodum gracile. Arbor ipſa omnibus horis pomifera eſt, alĳs ruentibus, alĳs ſubnaſcentibus, alĳs matureſcentibus. Seritur & fictilibus dato radicibus ſpiramento per cauernas, ut palmæ, qualiter omnia tranſitura longius haberi conueniunt. Semen eius ſolùm id quod in colo quadam è medio prorũpit, fœcundum exiſtimatur à Theophraſto. Sed hę olim fuerunt, nunc translatitia & triuialis ferè arbor in Italia: licet arbor ipſa quoq; mâlus Medica dicatur: ipſum tamen pomum Galenus mâlum Medicum uocari negat, ſed citrinum duntaxat. Theophraſtus tamen aliquando mâlum Medicum & Perſicum appellat. Vocatur & aureum mâlum, ut Virg. de eis intellexiſſe uideatur, cùm dixit: Aurea mâla decem. Non mandebatur Theophraſti ętate, ſed ne Plinĳ quoq; (ut arbitror) magnopere, tantùm odore commendatum. Plutarchi certè auorum memoria guſtabat nemo, ut Athenęus inquit. Nunc à Palladĳ ferè tẽporibus promiſcuum expetimus cœnis, qui & medullas eius acres dulcibus mutare docuit. Pomum oblongum eſt, rugoſum, colore ad aurum inclinato, cum grauitate odoratum, eyn pomerantzen appel. Semen habet pyrorum ſeminibus

bus

ous ſimile. Citrij medium acidum aut qualita-
is expers eſt, in quo ſemẽ tertij refrigerantiũ
iccantiumq́ ordinis habetur: cortex ſiccat in
ecundo quidem abſceſſu, ſed non item refri-
erat, acri uirtute præditus: caro ipſius craſſi
icci eſt, pituitæ generandæ apta, & frigida.
emen digerit, & in ſecundo ordine deſiccat.
olia arboris ſiccandi diſcutiẽdiq́ uim repræ-
entant. De hoc mâlo Virg. cecinit:

Aedia fert triſtes ſuccos, tardumq́ ſaporem
elicis mâli, quo non præſtantius ullum.
ocula, ſi quando ſæuæ infecere nouercæ
Aiſcueruntq́ herbas, & non innoxia uerba,
uxilium uenit, ac membris agit atra uenena.
ſa ingens arbos facieq́ ſimillima lauro,
t ſi non alium latè iactaret odorem,
aurus erat, folia haud ullis labentia uentis.
os apprime tenax, animas & olentia Medi
ra fouent illo, & ſenibus medicant anhelis.

Iirum eſt quod de hoc pomo narrat Athe-
eus, & allegat teſtem, qui fuit ſpectator illi-
euentus: In Aegypto cùm ducerentur qui-
m ſontes ad aſpides, ut eorũ morſibus in-
ficerentur, fortè muliercula, quæ erat apud
ſtodem carceris quadam miſericordia mo-
illis trementibus ac ſitientibus dat pomum
citrinũ,

citrinum,ut uires reficerent, quo guſtato du
cuntur ad aſpidas, quarum morſu cùm eſſen
ſauciati,uis ueneni non fuit efficax,nec extin
guũtur uulnerati:nouitate rei ſtupefactus ma
giſtratus diligenter inquirit cauſas: cùm int
cætera interrogaſſet quid eo die comediſſen
fit mentio pomi citrini.Itaq; uim pomi exp
ritur.Ducuntur alio die rurſus ad aſpidas,ſe
iubetur alter præmandere citrinum, alter pr
hibetur,ibi utroq; ſauciato, extinguitur is,qu
abſtinuerat à citrino, alter manet incolumis
guſtauerat.Eſt alia quoq; Citrus à Theophra
ſto & Trogetes,uel Thyia dicta, à ſuperio
multum differens. Hæc perpetuò uiret: arbo
procera,inter ſylueſtres ſerotina,ut nulla fe
tardius germinet.Algentiſſimis locis & cac
minibus montium gaudens. Circa Hammo
nis delubrum præcipua naſcens,& in inferio
re Cyrenaïcæ parte,atq; ubi ipſa tunc eſſet,ra
mis,caudice, frondibus ſylueſtri cupreſſo ſi
milis.Ex ea ueterum templorum contignatio
nes fuiſſe, immortali poſt cupreſſum in tect
materie.Nihil radice criſpius,nec aliũde pre
cioſiora opera. Siccatam mari duricie,& ma
turitate incorrupta ſpiſſari tradunt, nec ul
modo uehementius. Ex hac arbore menſę i

æ celebres dolabãtur,ueteribus &Plinio de-
cantatæ,præſertimq́; Ciceroniana.

Clematis daphnoïdes,officinis Peruinca, & Vinca Peruinca uulgò nominatur. Germanis eô ꝙ ſemper uireat ingrün / oder ſingrün. Plinius Aegyptiam nominat. Sarmẽta oblonga, iunceæ craſſitudinis, ſeu uiticulas per terram ſpargit, hinc & nomen habet: κλῆμα em̃ ſarmentum ſignificat. Folium êdit exiguum, lauro figura & colore ſimile,multò tamẽ minus, quare daphnoïda quoq; cognominatur: florem hyacinthinum,ſeu in purpuram cœruleum,inodorum,rotũdum, folijs quinq;, ſed continuis diſtinctũ. Gignitur pingui,umbroſo,lætoq́; ſolo,ſed inculto. Ea etiã,ut Plinius ait,ſemper uiret,in modum lineæ folijs geniculatim circundata. Hybernas ſua perpetua fronde texit coronas. Siccandi facultate pollet, qua alui fluores, difficultates inteſtinorũ, & dentium dolores finit. Contra uenenatorũ morſus prodeſt. Eſt & altera clematis,quę uiticuloſum emittit ramulum,rubeſcentem,lentum:folium guſtu admodum acre, ac exulcerans. Repit per arbores hederæ,quam ſmilacem uocant,modo. Huius fructus cum aqua potus pituitam & bilem per inferiora educit.

Folia ad lepras arcendas illinuntur. Clematitis tertia Plinio recenſetur. Latinis centumculus appellata, de quo ſuprà.

Clinopodion, ſurculoſus frutex eſt, folijs ſerpillo ſimilis, duûm dodrantum altitudine: flores marrubij modo ex interuallis diſtincti. Vis eius eſt cal. ſic. tertij ferè ordinis.

Clymenus à rege nomen habet, caulẽ profert quadratũ, fabæ ſimilem: folia plãtaginis: folliculos in ſummo caule duos, ſibi inuicem annuentes, iridi & polyporum cirrhis reſpondentes. Præſtantiſſimum è montibus colligitur. Succus ex herba tota cum radice exprimitur refrigerans, & omnes fluidas affectiones aſtringens. Folia etiam folliculiúe conciſa, ac recentibus uulneribus impoſita, uſq; ad inductam cicatricem medentur.

Cnicus uel cnecus, uulgò cartamus & crocus hortenſis appellatur, Germanicè wildenn garden ſafferayn: folijs conſtat oblongis, inciſuris per ambitũ diuiſis, aſperis, ſpinoſis, caule cubitali, in quibus capita oliuæ magnitudine: flore croci: ſemine candido, alioqui rufo, oblongo, & anguloſo. Semine utimur duntaxat ad purgandam aluum. Si quis extrinſecus eo utatur tertij calefacientium ordinis erit. De

cnico ſyluestri,lege Atractylis.

Coccus uel ilex aquifolia, ſurculoſus par-
uusq́ frutex eſt,cui grana ceu lentes adhærẽt,
quæ electa congerũtur,qbus infectores utun-
tur. Optimum coccum gignitur in Galatia et
Armenia,deinde in Aſia & Cilitia:ultimum ex
omnibus Hiſpanicũ. Naſcitur in Cilicia è quer
cubus cochlearũ exilium ſimilitudine, quod
mulieres illius regionis ore(niſi locus eſt mẽ-
doſus apud Dioſcoridem) legunt,& coccum
uocitant. Grana leuiter ſiccant, unde magnis
uulneribus, & neruorũ itidem cum aceto aut
oxymelite leuigatum commodè imponunt.
De cocco gnidio lege Thymelæa.

Codiaminum emicat bis anno,Vere &Au
tumno:Aeſtates hyemesq́ fugit.Vocãt & co-
dianum bulbum ſylueſtrem interpretantes,&
codion eius florem.

Coïs uel coïx Theophraſto folio arundi-
nis,angulari, ad nexus utilis,à quo fiſcellæ ge
nus.

Colchicum,ſiue ephemerum, quòd eodẽ
die iugulet,dicitur:Latinè bulbus agreſtis,uul
gò hermodactylus nominatur, Germanicè
Zeytloſen. Autumni exitu florem ſubcandidũ
crocino ſimilem ędit,Poſt florem folia bulbo

ſimilia,pinguiora tamen: caulem palmo altũ, rufum ferentem ſemen: radicem habentẽ corticem in nigro rufeſcentem, quæ cortice ſuo nudata,alba,tenera,ſucco plena, & dulcis inuenitur. Bulbus eius in medio rimam continet,fiſſuramq́;,unde flos erumpit. Enaſcitur apud Colchos præcipuè, unde & nomen habet.Prouenit & in Meſſinia Germaniaq́; paſſim.Ea comeſta,fungorum more,ſtrangulando enecat. Cauendum igitur,ne à quoquam imprudenter pro bulbo deuoreť: mirum enĩ in modum ſaporis uoluptate imperitos allicit. Remedio ſunt eadem quæ fungis. Bubulum enim lac potum auxiliatur:itaq; cùm adfuerit, non aliud deſideratur auxilium.

Colocaſia fabæ Aegyptiæ radix eſt.

Colocynthis cucurbita ſylueſtris,lege infrà.

Colubrina,uide Dracunculus.

Columbaris ſeu Colũbina, uide Verbena.

Colutea duo genera habet:unum propriè colutea dicitur, Germanicè welſchſche lynſen: alterum Mauritano ſermone uulgò Sena dicitur,Senet Germanis. Illud maius eſt altero, utpote quod quadriennio ſe in arborem efferat. Siliquæ etiam illius magis turgido ſpiritu diſten

diſtenduntur: Sena uerò ſiliquas profert lunatas, nec ita prætumidas: ſemen oblongũ, cordis humani inſtar acuminatum. Maioris ſemẽ eſt rotundum, lentis obtinẽs ſimilitudinem. Frutex utriuſq; ramis eſt exilibus, folio fœni græci, flore geniſtæ aut piſi luteo, membraneo folliculo, pellucente, prętumido, & ueluti quodam ſpiritu diſtendente turgido, ita ut digitis ſi præmatur, crepitans diſſiliat, in quo ſemen atrum, durum, latum, lentis magnitudine, piſi guſtu, in ordinemq́; digeſtum clauditur. Satum utrunq; in hortis prouenit. Siliquoſus eius fructus, citra noxam drachmæ ponduſculo potus, pituitam & bilem deijcit: poſt hos reliquos humores modeſtiſſimè purgat, retorridam atramq́; bilem, eiusq́; ſuffuſiones ex gallinaceo iure depellit. Vetuſto capitis dolori, ſcabiei, comitialibus, impetigini ſuccurrit. Sed feruefacti ius potius, quàm triti farina propinatur. Interaneorum obſtructiones tollit. Ad omnia deniq; uicia ab atra bile nata ualet.

Colus ruſtica, uide Atractylis.

Colytea arboris nomen apud Theophraſtum, diuerſa à Colutea, circa Idam proueniẽs: fruticoſa, ramoſa, aloſa, inuentu rara, non cre-

bra:folio laurino,lauri latifoliæ, ſed rotũdiori amplioriq́ʒ, ut uel ulmeo ſimile appareat, obiongius tamẽ:colore parte altera herbido, tergo autem albido neruoſoq́ʒ : tum ibidem neruulis prætenuibus fibriſq́ʒ, tum inter eas propagines, quæ de medio callo in coſtarum ſpeciem adducuntur:cortice nõ leui,ſed quaſi uitis ueſtitur:ligno duro ſpiſſoq́ʒ conſtat:radices per ſumma graciles atqʒ ſolutas gerit, ſed uibratas,flauasq́ʒ maiorem in modum: fructu floreq́ʒ carere putatur. Amentum autem,ſurculum, gemmasq́ʒ circa folia admodũ leues, pingues,candidasq́ʒ, facie amentacea fundit: præciſa uel igne deuſta ab imis ſubnaſcitur, atq; reſurgit.

Coma, lege barba hirci.

Comaron arbor eſt.

Combretum apud Plinium baccari ſimillimum traditur,niſi quòd procerius eſt,foliorum exilitate uſq; in fila extenuata.Cum axungia mirificè uulnera ſanat.

Condurdon, Plinio ſolſtitialis herba,flore rubro. Fortaſſis eſt heliotropion.

Condris herba eſt,quam nonnulli pſeudo dictamum uocant,& ferè ubiqʒ creſcit, dictamo folio ſimili, ramulis minoribus.

Condiſi,

Condiſi, uide Lanaria.

Conſiligo, leuß kraut/ſchlanghen wurtzel. Plinij ætate herba in Marſis reperta. Naſcitur & Aequiculis circum uicum Nerueſiæ. Radix eius ſuum & pecorum omniũ remedium eſt præſens pulmonum uicio, uel traiecta tantũ in auricula. Bibi debet ex aqua, haberiq́; in ore aſſiduè ſub lingua. Superficies huius herbæ an eſſet in aliquo uſu, Plinio fuit incertũ. Columella aduerſus peſtilẽtiam ingruentem gregi præſens remediũ huius radiculæ uſum cognouit.

Conuoluolus florem fert non diſſimilem lilio, nullo odore, nec crocis intus: candorem tantùm referens, ac ueluti naturæ rudimentũ lilia facere condiſcentis. Naſcitur per fruteta. Sunt qui Clematiten alteram conuoluolum uocitent.

Conferua herba à conferminando dicta, quæ in aquis dulcibus naſcitur. Spongia uerius, quàm muſcus aut herba uilloſæ denſitatis ac fiſtuloſæ. Frequens eſt in Alpinis fluminibus. Hæc præſentaneum remedium eſt ad oſſa confracta, ut Plinius autor eſt.

Conſolida maior, lege Symphytum.

Conſolida media, uel ſolidago, Germani-

cè gulde guntzel. Caulem habet quadrangulũ lanuginoſum, ex quo per interualla folia bin ex ſingulis geniculis in extremitatibus lacini ta, menthę ſimilia emicant. A medio caulis ad faſtigium uſq; ex ſingulis foliorum alis flore ſex aut ſeptem in purpureo cœrulei exeunt. Radix ei ſubeſt lignoſa, quæ multas à ſe exi guas radices capillamentorum inſtar per ter ram latè ſerpentes propagat. Naſcitur paſſin in pratis: guſtu adſtringit & amara eſt; calida & ſicca. Vulnera glutinat. Sanguinis grumo ex caſu uel contuſionibus coactos in corpore diſijcit & diſſoluit. Præſens remediũ eſt aph this & ulceribus in ore ſerpentibus.

Conſolida minor, lege Bellis.

Coniza duo genera continet: marẽ & fœminã. Mas maior eſt, ſurgit altitudine binûm cubitorum, & latiora folia habet, graui odore. Fœminæ caulis pedem æquat: odore præſtantior eſt. Vtriuſque folia oliuę ſimilia ſunt, hirſuta, pinguia: flos fragilis, lutei aut fului coloris, qui in pappos euaneſcit: radices inutiles. Cal. ſic. 3. Oleum, in quo decoquitur, rigores febrium circuitu remeantes diſcutit. Flores idem præſtant, quorum decoctũm menſes citat, & fœtus extrahit. Eſt & tertium co-

nyzę

nyzę genus, caule craſſiore ac molliore: foliis quàm paruæ maiuſculis, minimè pinguis, & maiore minor, multò grauioris odoris & iniucundioris, ſed inefficacior.

Coralia nonnullis Anagallis, flore puniceo micans dicitur, forſan quòd coralliũ flos colore imitetur.

Corchorus, idem quod Anagallis. Eſt & oleris genus ob amaritudinem uiliſſimi: unde prouerbium: Et corchorus inter olera. Sponte naſcitur. Alexandrini cibi herba eſt conuolutis foliis, ad ſimilitudinem mori.

Corion, ſeu Coriannon, uulgò coriandrũ. Caulem édit exilem, ſeſquicubitalem, ramoſum: folium dum primum erumpit Adianti, deinde fumariæ, odore graui, cimices olens, unde & nomen habet: κόρις enim cimex eſt. Flores habet candidos, ſemen rotundum ac nudum, firmum & diutinum, radicem breuiuſculam, ligneam, neq; admodum fibratam. Satum prouenit. Contrariis conſtat facultatibus: tenuis enim ſubſtãtiæ eſt, terrenę ac amaræ: item amaræ eſſentiæ, quæ eſt facultatis tepidæ. Habet modicam uim adſtringẽdi, quapropter inflammationibus, eryſipelatis non admodum feruentib⁹ conuenit: tumores mol

liuſculos, cum quodam in id efficaci diſcutit. Semen modicè cum paſſo bibitũ, lumbricos pellit: liberalius autem ſumptum mentem tentat, & capiti infenſum eſt.

Coris, frutex eſt dodrantalis, folia habens ericę ſimilia, minora tantùm, pinguiora ac rubra, ſapor illi ineſt ſuauis, odoratus ac acris. Semen eius ad urinam & menſes ciendos bibitur. Succurrit & phalangiorum morſibus, inungitur item cum oleo ad opiſthoton.

Cornus *eyn thierlinbaum*: arbor eſt dura, baccas ferens oliuę modo oblongas, quę primùm uirent, dein per maturitatem rubeſcunt, aut ceræ colorem repræſentant. Muria, ut oliuæ condiũtur. Sanies, quam uirentia folia torrendo reſudarunt, impetigini conuenienter illinitur. Corni fructus acerbus, ſi edatur, ualidè uentrem adſtringit. Folia autem & germina acerbitate uehementer ſiccant, adeò, ut maximis durorum corporum uulneribus glutinandis ſint. Cornus fœmina, aut fœminicornus, Græcè θηλυκρανεία: ſerotina eſt arbor, fructum reddens poſt autumnum, baccis perq̃ acerbis, & cunctis animãtibus guſtu intactis: fruticoſior eſt quàm mas, minus tamen fructuoſa, uiticulas paruas à laterib⁹ emittit Ame-

ring

rinæ modo ſalicis materia molli, hiante, medullam continẽte, cum robuſta, ſolida, ac excors ſit maris, hoc eſt, ſine medulla, & cornu inſtar prædenſa & oſſea. Vtraq; nodos habet per interualla geminos, & inuicem reſpondẽtes, ut in uitice: folium amygdalę, ſed pinguius ac craſſius: cortice neruoſo ac tenui, caudice non admodum craſſo. Radices ut Americæ, firmas ac contumaces emori. Humidis locis auulſione ſemineq́; prouenit. Eſt & India arbor ferens fructus ſimiles cornis, quæ meritò cornus Indica nominari poſſit.

Corona regia, lege Melilotus.

Corona Veneris, uide Siſymbrium.

Coronopus, aut Pes cornicis, nomen habet, quòd cornicis pedem effigie repręſentet, Germanicè kraen odder raben füß. Dicitur & Aſtrion, herba ſtellę, cornu ceruinum atq; ſanguinaria, q᷑ ſanguinẽ ſiſtat. Herbula eſt oblonga, per terram ſtrata, folijs fiſſis, radice gracili & adſtringente, quæ cœliacis conducit. Flores profert luteos, & ſemina in capitulis pulicibus ſimilia. In Germania non niſi ſata prouenit. Coquitur in olere.

Corruda, idem eſt quod Aſparagus.

Corrudago, ſylueſtris Aſparagus.

Cor-

Corſion in Aegypto naſcitur, granum piperi ſimile eſt, paulò tantùm maius.

Corylus, uide Auellana.

Corymbia, hederę ſpecies.

Coſmoſandalos, flos apud Hermionēſes quem Pauſanias hyacinthum interpretari uidetur.

Coſtus arbuſcula aromatica, cuius radix in precio, fructus inutilis. Arabicus coſtus præcellit qui candidus ſit, læuis, eximia odoris ſuauitate. Secundum locum habet Indicus, leuis ut ferula, ſpecioſus & niger. Tertius eſt Syriacus, grauis, colore buxeus, & odore feriēs. Optimus eſt recens, albus, abūdè plenus, denſus, aridus, à teredinibus non eroſus, ſine graueolentia, guſtu calidus ac mordens. Adulteratur admiſtis helenij comageni præduris radicibus: quod facile deprehenditur. Siquidē neq; guſtu feruet helenium, neq; ualidum colorem uibrat, ut caput tentare poſſit. Coſtus modicum amaritudinis, plurimū tamen acris & calidæ qualitatis habet. Vnde in quibus uel calefacere particulam quampiam uelis, uel ex alto in ſumma humorem aliquem elicere, ad coſtum cōfugies. Vrinas & menſes ducit, lumbricos enecat, Venerem cum mulſo potus ſtimulat.

mulat. Coxendicum dolorib⁹, reſolutis febriũ
rigoribus ante acceſſiones, cum oleo infrica-
tus, conducit.

Cotonea uel cydonia **eyn quedenn baum.**
mâlo uulgari ſimilis eſt, niſi quòd infra ma-
gnitudinem eius ſubſidet, fructu ſcilicet incur-
uatos deprimēte ramos, prohibenteq́ʒ paren-
tem creſcere. Folium eius anguſtius à terra al-
bicat. Poma tenui lanugine pubeſcunt, & inci
ſuris criſpantur. Mâla eius duûm ſunt generũ:
Alia minora ſunt, rotunda, odoratioraq́ʒ: Alia
autem maiora, dulciora, & minus acerba, quę
Galeno ſtruthea nuncupantur. Frigida ac ter-
reſtri utraqʒ donata temperamento ſunt. Ven
trem ſupprimunt, uulnera glutinant: ſub qui-
bus Neopolitana comprehenduntur. Mâlum
muſteum è cotoneorũ genere pręcocius eſt,
& celeriter miteſcit: unde etiam melimela ap-
pellantur ab Athenienſibus, hoc eſt, mellita
& dulcia mala: atq; ea quidem etiam miſcella
appellãtur: fiuntq́ʒ ex inſitione, cùm mâli dul-
cis & communis ſurculus inſeritur mâlo co-
toneę. Mâlum phaulium è genere cydoneo-
rum apud Athenæum.

Cotula fœtida, lege Parthenion.

Cotula non fœtida, uide Buphthalmon.

Cotyle-

Cotyledon,lege Acetabulum.

Crambe,lege Braſſica.

Craſſula maior,uide Telephion.

Cratæogonon, uel Cratæonon, folia ědit melampyro ſimilia : multos calamos ex una radice emicantes,plenos geniculis: ſemen mi lij. Naſcitur umbroſis & inter fruteta:multam habet acrimoniam.

Cratægus uel Cratęgum apud Theophraſtum arboris genus eſt, quam Itali Aquifoliũ uocant:neq; magna ualde, neq; craſſa : ligno robuſto,uerſicolore,flauo:cortice leui ut meſpilo: folijs etiam meſpili, hoc eſt, promiſſis, uerùm latitudine ac longitudine maioribus, nec ad eundem modum ſerratis: fructu pluri mùm rotundo, qui matureſcens ſiccatur, nigreſcitq;,guſtu & ſucco meſpili,fereq; meſpilus ſylueſtris eſt.

Crithmum uel Crithamum,lege Batis.

Criſta gallinacea, uide Verbena.

Crithanias uel hordeago , hordei genus apud Theophraſtum,in brachia ſeſe ſpargẽs.

Crocodilion chamęleontis nigri figuram habet.Naſcitur in ſyluoſis,radice longa, lęui, aliquantum lata, odore, ut naſturtij, acuto. Semen profert rotundum, duplex uti ſcutũ.

Radix

Radix execrationes è pectore iuuat,item ſanguinem per nares ducit. Semen & ſuccus calidam,ſiccam & diſcutientem uim habent:urinas itaq; & menſes mouent.

Crocus uel Crocum *ſafferaen*. Folia fert oblonga ac anguſta, aduſq; capillamenti penè exilitatem:florem purpureum,colchici floribus nõ admodum diſſimilem, in quo flammea croci ſtamina:radicem bulboſam, copioſamq́; ac uiuacem. Flores ante folia êdit,circa Vergiliarum occaſum, non ultra menſis ſpatium durantes. Qui cùm decidunt,ſtatim folia prodeunt tota hyeme uirentia. Optimus naſcitur in Coryco monte Ciliciȩ.Secundus locus datur illi, qui in Olympo Lyciæ monte prouenit. Deinde ex Aegibus Aetoliæ.Nunc in pleriſque Germaniæ locis haud infeliciter plantari cœpit. Probatur recens & boni coloris,paulum candidi gerens, in capreolo, oblongum,non fragile,nec ſitum redolens, aut cariem ſentiẽs, ſubacre.Cal.ſec.ſic.pri.adſtringit,concoquit,emollit, urinam cit, & coloris bonitatem efficit, ſi quis eo mediocriter utatur:ſi uerò citra modum,pallorem contrahet, & capitis dolorem cibiq́; inappetentiã faciet.

Crocus hortenſis,lege Cnicus.

Croton, ſuprà in Cici.

Cruciata creutzwurtz, herbæ nomen apud Fuchſium, ſic dicta, quòd eius radix in modũ crucis transfoſſa ſit. Caulem êdit rotundum, dodrantalem, in ſummo rubentem, alas multas habentẽ, è quibus ſingulis bina folia craſſa, anguſta & oblonga, floresq́; orbiculatim purpurei è ſiliquis coloris herbacei prodeunt. Radix illi eſt alba, longa, crucis inſtar ab utroq; latere perforata. Prouenit locis incultis. Amara admodum herba eſt, quare calida & ſicca. Vulneribus glutinandis mirificè conducit. Valet contra peſtilentiæ uenena, & quę in thorace ſunt educit.

Cucumis kümmeren. Hic degenerat in Pepones & Melopepones figura tantùm & quãtitate inter ſe diſſidentes. Qui enim magnitudine excedũt, aut in longitudinem procedũt, pepones quondam uocati fuerũt. Sed qui formam & effigiem mâli referunt, & humi rotundantur, Melopepones uocant. Vtrunq; genus Palladius Melones, id eſt, pomeos, à mâlorum figura appellauit. Tria ſunt genera cucumerum ſatiuorum. Primum genus nunc ferè cucumis citrinus, hoc eſt flauus, à colore quem habet cùm maturuerit, appellatur. Sunt

qui

qui Anguriã uocant. Huius quatuor ſunt ſpe- cies: Primæ ſpeciei eſt uulgaris cucumer, fru- ctum habens oblongum & maculoſum. Alte rius ſpeciei cucumer eſt peregrinus, quem uul gus Turcicum nuncupat, priori multò maior ac procerior, folijs, floribus & fructu, qui ob- longus etiam eſt, non maculoſus tamen. Fru- ctus eius eſt admodum flauus. Semina alba et lata ſunt. Tertiæ ſpeciei eſt cucumer marinus, qui Turcico ferè ſimilis, niſi quòd in hoc oïa ſint minora: fructus etiam rotundus eſt. Quar tæ ſpeciei eſt, quem officinæ citrulum uocant, Germani Citrullen. Folia ferè habet colocyn- thidis, multifariàm diſſecta & inciſa: fructum rotundum, herbacei coloris, & in eo ſemina lata, & colore ſpadicea, hoc eſt, in rufo atra. Alterum genus cucumeris eſt, qui nunc ſim- pliciter Pepon dicitur. Tertium genus uoca- tur Melon, à priore forma & ſuauitate diffe- rens, rotundior ſiquidẽ, & mâli cotonei quaſi formam referens, mitiorq́ȝ exiſtit. Cucumis in genere ſarmentis uiticulisq́ȝ prælongis ſerpit, in ramosq́ȝ uitis modo ſe diffundit: tamen ob caulis infirmitatẽ humi ſpargitur, niſi propius adſit, cui caducus incumbat; folio anguloſo, flore luteo, fructu cartilagineo, & interdũ ma

Cucumis citrinus

Cucumer Turcicus.

Cucumis marinus

Cucumer citrulus

Pepon

Melon

 culo-

culoſo, coloris tum herbacei, tum citrini, tum nigri. Pepo uite ſerpit prælonga, flagellis ultrò citroq́ꝫ reptantibus, uitigineis ferè frondibus, ſcabris, flore luteo, fructu cartilagineo, orbiculatim ſtriato, prominulis puluinorum toris, ſtrigilibus in uertice pomi & umbelico coeuntibus, ibidemq́ꝫ ſtellatim decuſſatis, cute aſpera uelut lentiginibꝫ occupata, carne intus ſuaui, ſeminibus in utero liratim digeſtis. Prouenit pingui ſolo apricisq́ꝫ locis. Viridis refrigerat humectatq́ꝫ in ſecundo ordine: caro ipſius feruidas ſolatur inflammationes. Semen abſtergendi incidendiq́ꝫ uirtute præditum, urinas mouet, & corpus nitidum efficit. Aridus ſiccat in I. ordine, uehementiusq́ꝫ abſtergit, & ſemen, & radix. Vniuerſa Peponū natura frigidior cum larga humiditate exiſtit. Abſtergendi facultate efficax eſt: ephelidas & conſimilia uicia faciei exterit: ſemē renes obſtructione liberat. Gignit in corpore uicioſum ſuccū, potiſſimū quando nō rectè concoquit: uomitū excitat. Melopepones minus humidi ſunt, quàm Pepones, nec adeò praui ſucco.

Cucumis ſylueſtris, anguinus, uel erraticus, uulgò aſininus: ſolo fructu diſtat à ſatiuo cucumere, quem multò minorem habet, glan

dibusq́ꝫ

dibusq́ longiuſculis ſimilem: radicem albam & magnam. Totus frutex amarus eſt. In Germania non niſi ſatus prouenit, alibi etiam in ruderibus & ſabuloſis. Cal. & ſic. E fructu huius cucumeris fit medicamentum, quod Elaterium uocatur, ad hunc modum. Decerpe cucumeres, qui tacti protinus ſuccũ ex ſe fundunt: hi ſeruentur nocte una. Poſtridie impoſito ſupra craterem cribro, rariora foramina habente, utriſq; manib⁹ prehendes cucumeres, eosq́ ſigillatim ſupino cultro, ſurſum uerſus aciem habente, findito, atq; per cribrum humorem in ſubiectum uas, ſimulq́ carnoſum, quod cribro adhæret, exprimito. Quæ expreſſa ſunt, in paratam peluim conijce. Coaceruato deinde in cribro ſegmina, ac dulci aqua perfundito, quæ denuo preſſa abijcito. Humorem poſtea in pelui agitatum, linteoq́ opertum, ſoli expones; dumq́ ſteterit totam ſupernatãtem aquam cum humore concreto percolato. Facito id ſæpius, donec ſupernatans aqua ſubſidat, quam cùm diligenter excolaueris, coniectum in mortarium ſedimentum terito, & in paſtillos conformato. Optimum elateriũ eſt læue, non ponderoſum, cum candore leniter humectum, guſtu amariſſimũ, quodq́ lucer-

 narũ

narum luminibus obiectũ facilè flagret. A bimatu ad decennium purgationibus utile eſt. Cal.2. Menſes prouocat: fœtus appoſitu propter ſummam amaritudinem necat; euacuationem ex naribus cum lacte inſtillatũ molitur. Clyſtere iniectum pituitam, nonnũquam etiã ſanguinem extrahit. Radix cucumeris ſylueſtris detergit, diſſipat, emollit. Succus ſiccandi uires habet, q uidelicet radice & folijs expreſſus elaterio ſimilis, ſed imbecillior eſt.

Cucurbita Kurbß. Tria eius ſunt genera: Maior, quæ flores & fructus maiores habet. Minor, quæ prædicta minora obtinet. Tertia longior, quæ fructus oblongiores êdit. Cucurbita amplexicaulis eſt, reptantibus flagellis in altum ſcandens, in ramosq; uitis modo ſe diffundit, tamen ob caulis infirmitatẽ humi ſpargitur, ni propius adſit, cui caducus innitatur: folio rotundo, Perſonatiæ aut Aſari folijs nõ diſſimili: flore candido, fructu coloris herbacei primùm, flaui paulò poſt, pyri forma turbinato, qui aut in longum prorogatur, aut in orbem collectus intumeſcit, aut in breue craſſamẽtum cogitur. Cortex recenti tener, inueterato durus, quo carne prius exanito peregrê proficiſcentes urceorum uice frequenter utuntur.

tur. Amat loca rigua & aquoſa, nec niſi ſata prouenit. Hum. & fri. ſec. Vnde tota ſi imponatur, calidas refrigerat inflammationes. Cruda cibo inſuauis eſt, ſtomacho pernicioſa, & concoctu planè inexpugnabilis: coctum humidum frigidum'q; corpori alimentum præbet, uentrem lenit. Cinis aridæ corticis efficaciter poteſt combuſta ſanare, uulnera purgare, & ad cicatricem uſq; perducere.

Cucurbita ſylueſtris, Græcè κολοκυνθίς. Barbari Coloquintida uocant, Germani wilder kürbß/oder Coloquint. Sarmenta, folia, citrulo cucumeri ſimilia emittit, per terram repentia, diuiſuris ſciſſa: palleſcentes ac luteos flores cucumeri iam dicto ſimiles; fructum in ſpeciem mediocris pilæ conglomeratum, uehemẽter amarum, fungoſa candida'q; intus medulla. In orientalibus & calidioribus naſcitur. Apud nos propter terræ frigiditatem rariſſimè perfectionem attingit. Fructum legere oportet, cùm in pallidum colorem ex herbaceo cœperit permutari. Durat ad quinq; annos. Cal. & ſic. 3. Validam purgandi uim habet. Viridis ipſius ſuccus infricatus coxendicum doloribus auxiliatur.

Cuminum ſatiuum, hodie Romanũ cog-

nominãt, Rômſcer kümme. Semen illi eſt anguſtum, nudum, canaliculatumq́ꝫ, facilè inareſcens frumẽti modo: ubi planè adcreuit, defluuium atqꝫ lubricum. Naſcitur in putridis et calidis, in ſumma tellure uix hærens, & in ſublime tendens. Medio ſerendum eſt Vere. Semen ori gratũ eſt: ſed multò magis Aethiopicum, quod Hippocrates regium appellauit. Cal. ter. Vrinam mouet, flatus diſcutit.

Syluestre cuminũ frutex eſt exiguus, caulem êdens dodrantalem ac tenuem, & in eo quaterna aut quina foliola gingidĳ modo ſerrata: & in capitula quina aut ſena, mollia, rotunda, in quibus eſt ſemen aceroſum, guſtu ſatiuo acriore. Naſcitur in collibus. Eſt & aliud ſylueſtris cumini genus, ſatiuo non diſſimile, quod à ſingulis floribus penſilia promit cornicula, in quibus ſemen eſt melanthio ſimile: quod potum omnibus ſerpentium morſibus præſidio eſt. Calculoſis, & eis, qui urinæ ſtillicidio uexantur, aut concretum ſanguinẽ cum lotio reddunt, auxiliatur. Sed Apĳ ſemen ferueſactum poſtea bibendum eſt. Nonnulli Aethiopicum cuminum Ammi appellant, pleri hoc natura diuerſum eſſe ab illo exiſtimant.

Cunila gallinacea dicit̃ origanũ Heracleoticũ: uide infrà.

Cuni-

Cunila bubula, eſt origanum ſylueſtre.

Cunila capitata, uel ſatureia, Gręcè θύμβρα, duas habet ſpecies: una hortẽſis ſeu ſatiua eſt, quæ, quia minori eſt acrimonia, eduliјs concoquitur: altera agreſtis ſiue ruſtica, quæ peculiariter Thymbra dicitur. Hæc ſimilis eſt thymo, ſed minor atq; tenerior, ferens ſpicã floribus plenam, coloris uiridis: naſcitur in tenui ſolo & aſperis locis. Illa pedali altitudine ſurgit, fruticoſa, ſurculoſis utrinq; cauliculis, folio hyſſopi, floſculis per interualla ex purpura candicantibus, odore ſaporeq́; gratiſſimo. In hortis paſſim ſeritur. Sylueſtris eadem quę thymus pręſtat. Hortenſis autẽ omnibus quidem imbecillior, ſed ad cibum laudatior.

Cunila mollis, ramos ac folia hiſpida lanugine obducta êdit, quæ trita mellis habet odorem, digitis tactu eius cohęrentibus.

Cunilago, ſiue Cunila maſcula, odoris eſt fœdi, radicis lignoſæ, folio aſpero. Tradunt manipulo eius abiecto, omnes à tota domo blattas conuenire ad eam.

Cupreſſus uel Cypariſſus longa ſubrectaq́; caudice attollitur. Semen ei perexiguum. fructus eius coni, galbuli, uel nuces cupreſſi uocantur. Diti ſacra eſt, funeribus indicandis an-

te domos poni ſolita: quoniam ſucciſa nō re‐germinat, niſi in Creta ſolùm: ſed ſemine ſuo in cætero orbe naſcitur. Sterilis fœmina diu: ſed metæ aſpectu, quæ in faſtigio ei conuoluta eſt, grata diſtinguendis pinorum ordinib⁹, facilem ſe tonſili culturæ prębens, hiſtoriales picturas tenui folio breuiq́ & uirente ſuper‐ueſtiens. Contrà, mas ſpargit extra ſe ramos, deputaturq́ & accipit uitem. Vterque ſexus in perticas aſſeresq́ amputatione ramorum ad‐mittitur. Refrigerat & adſtringit. Galbuli eius & turiones ſiccandi uiribus pollent, nullo co‐lore conſpicuo: quapropter uulnera magna in duris corporibus conglutinant, & in flacci‐dis putridisq́ ulceribus in alto fixas humidi‐tates citra noxam depaſcuntur, inteſtinorūq́ ramicibus opitulantur.

Cuſcuta, uide Caſſutha.

Cyanus à flore cœruleo nomen habet: eyn blau korn blume. Caulem êdit anguloſum, fo‐lia anguſta & oblonga, calyces roſarum, ſed ſquaroſos atq; triſtes ſine odore, quos pluri‐mæ cœruleæ ſtipant barbulæ: radicem oblon gam, lignoſam, fibris quibuſdam capillatam. In frumentis paſſim naſcitur. Frigidæ eſt tem peraturæ, atq; adeò repellentis.

Cycæ palmæ genus eſt.

Cyclaminus,quaſi orbicularis dicit̃, quòd radicem in orbem circumactam habeat. Græci etiam ἰχθυόθηρον, quia piſces necat, uocant: Romani Rapum terræ,& terræ umbilicũ, tuberq́ꝫ:uulgus panem porcinum,uel terræ panem,Germani erdtuurtz / ſeuubrot. Folia fert hederæ,purpurea,uaria,ſupra infraq́ꝫ albicantibus maculis:caulẽ nudũ, folijſq́ꝫ carentem, longum quatuor digitos,in q̊ flores roſarum effigie purpurei:radicem nigram,rapo ſimilẽ, aliquantulum latam.Prouenit in umbroſis & uepribus. Cal.& ſic.3. Extergit,incîdit,aperit, attrahit & diſſipat.Succus ipſius hæmorrhoïdas ſedi admotus aperit,duritias cum alijs diſcutit.Cum melle ſuffuſis ꝓficit,per nares purgat,abdomini iniunctus aluum ſubducit,fœtus corrumpit. Radix autem tota ſucco quidẽ eſt imbecillior,ſed &ipſa uehemens adeò eſt, ut cum mulſa inſtar trium drachmarum pota,interanea expurget.Vicia etiam cutis exterit.Eſt & altera cyclaminus, quam ciſſanthemon uocant, quæ etiam folia hederæ habet, ſed minora:caules craſſos, geniculatos, circa uicinas arbores, capreolorum modo ſe uoluentes:flores fert candidos,odoratos:fructus aci-

acinorum uuis, corymbos uerò hederæ ſimiles, molles, glutinoſos, & ſapore acres. Radix illi inutilis eſt. Naſcitur in aſperis: ſemen habet efficax, ut potum priori ſimilia faciat. Cyclaminum tertiam Plinius ſibi demonſtratam adſerit, cognomine chamęciſſon, uno omnino folio, radice ramoſa, qua piſces necabant̃: ideoq́ꝫ hāc propriè Ichthyotheram uocari autumo: quanquam nomen hoc à Dioſcoride Cyclamino primæ datur.

Cydonia, lege Cotonea.

Cydoniperſica mala ex inſitione nata ſunt, priſcis incognita.

Cyminum, lege Cuminum.

Cynocephalęa nonnullis antirrhinon eſſe uidetur.

Cynocrambe, uel Cynia, lege Braſſica canina.

Cynogloſſum, id eſt, canis lingua, folia latifoliæ plantaginis habet, arctiora, minora, lanuginoſa: caule uacat, & humi ſternitur. Prouenit in ſabuletis. Contrita eius folia cum uetere ſuillo apide, rabidorum canum morſibꝰ, alopecijs, & ambuſtis medentur. Herba cocta & cum uino pota, aluum mollit. Officinę nūc utuntur alio cynogloſſo, forma & uiribus à ſu

periore

periore diuerſo: Germanicè hundzung. Caulem hoc fert cubitalem, & interdum longiorem, hiſpidum, ſurculoſum: folia anguſta, prę longa & lanuginoſa, non uenoſa molliáq; : florem primum purpureum, dein cœruleum, ſtamina habentem purpurea: radicem oblongã, & profundè terram penetrantem. Paſſim circa itinera prouenit. Frig. & ſic. 2. Valet contra omnia ulcera, uulnera, ſcabiem Hiſpanicam, & ſimiles morbos.

Cynops Theophraſti, ut Gaza uertit, canaria eſt, uide ſuprà.

Cynorrhodon eſt roſa canina. Hãc aliqui à cynosbato diſtinguunt, non flore roſeo, quẽ fert utrunq;, ſed ſpongiolis, quas cynorrhodon habet, cynosbatos non habet. Vide roſam.

Cynosbatos rubus canis, camrubus, uel canina ſentis: frutex eſt arboris inſtar, rubo longè maior: folia fert multò latiora myrto, firmis circa ramos ſpinis, flore candido, fructu oblongo, nucleo oliuæ ſimili, qui per maturitatem fuleſcit, & flocculos intus continet. Fructus ſtrenuè adſtringit, folia mediocriter. At quod in fructu lanæ ſpeciẽ præ ſe fert, ceu arteriæ inimicum caueri debet.

Cyno-

Cynoſorchis,uel orchis, Latinè teſticulus canis: nomē habet,quòd radices ſibi inuicem haud ſecus atq; duo teſticuli, præcipuè canū, cohęreant,Germani knabenn kraut. Folia habet circa caulem in ima eius parte per terram ſtrata,oleæ molli ſimilia,anguſtiora tamē,leuia & longiora: caulem dodrantalem : flores purpureos:radicem bulboſam,oblongā, oliuæ modo anguſtam, duplicem, ſuperiorem plenam,inferiorem mollem ac rugoſam. Naſcitur in petroſis & ſabuletis:in Germania etiā in hortis & pratis. Duo genera obtinet: marem ſcilicet maiorem,procerioremq́; quàm fœminam. Mas duplex:Alter latiora folia & candicantes flores habet;alter folia anguſtiora,et flores magis maculoſos purpureosq́;. Eduntur radices coctæ,ut bulbi. Maioris uerò humida uis eſt & calida, eoq́; Venerem incitat: minoris calida & ſicca,quare Venerē coërcet.

Cynthia radix, cuius meminit Hippocrates,fouendis fœminarum malis.

Cypariſſus,lege Cupreſſus.

Cyperus,uel iuncus anguloſus,ſeu quadratus,wyelder galgan. Folia fert porracea,longiora,exilioraq́;:caulem altitudine cubiti, aut altiorem,anguloſum, ſchœno ſimilem,in cuius

ius cacumine minuta folia prodeũt,inter quæ ſemen reſidet.Radices huic ſunt oblongę,oliuarum modo inter ſe connexæ ac inuicẽ implexæ:aut rotundæ, nigræ, iucundè ſpirãtes, guſtu amaræ,inæquales,partim craſſę carnoſæq́;,partim graciles aut ſurculoſæ. In lacunoſis paluſtribus enaſcitur,in Germania non niſi in cultis.Radices in uſu ſunt excalefacientes pariter, & exiccantes citra mordacitatẽ. Hinc humidioribus ulceribus cicatricem mirabiliter inducunt,ac oris ulcera perſanant: habent & uim quandam inciſoriã, qua calculos comminuunt,urinam & menſes promouent.Probatur radix,quæ grauis eſt,denſa,fractu contumax, plena & aſpera, odoris cum quadam acrimonia iucundi,qualis eſt Cilicia,Syriaca, & quæ à Cycladibus inſulis petitur. Aliud Cyperi genus tradunt in India naſci, zingiberis effigie, quod manducatum croci uim reddit, guſtu amaro ſentitur,& illitũ pręſentem pſilotri uim exhibet.

Cyprus non eſt liguſtrum,ut multi putãt, ſed eſt arbor peregrina, folia ferens circũ ramos oliuæ ſimilia,latiora,molliora,& uirentiora:flores candidos,muſcoſos,odoratos:ſemen ſambuci,nigrum : aut, ut Plinius inquit,

corian

dro ſimile. Optimum naſcitur in Canope &
Aſcalone. Cypri folia & ſurculi mixtis conſta
uiribus, diſcutiēte & adſtrictoria, tum ea, qua
ſine offendiculo & morſu ſiccet; ideoq; deco
ctum ipſorum ambuſtis ſuperfuſum prodeſt
ac igneis inflammationibus conuenit. Item
oris eruptiones, quas aphthas uocant, ipſa ar
bor commanducata perſanat; item medicini
lieni dicatis miſcetur.

Cytinus, flos mâli punicæ ſatiuæ. Plinius
pomum ipſum immaturum, & primum par-
tum eius florere incipiētis Cytinum appellat,
flores autem ipſos balauſtia in ipſo erumpen
tes cytino, ueſtibus tingendis idoneos, quarū
color nomen inde accepit. In moro quoque
cytinus legitur.

Cytiſus, frutex eſt albus in totū, ueluti ſpi-
na, quam Rhamnum uocant: ramos ſpargens
cubito longiores, in quibus folia Fœnigræci,
aut Loti trifoliꝫ, minora, dorſo medio promi-
nente, ea digitis trita erucam olent, guſtataq́
cicer ſapiunt. Folia refrigerant, tumores inter
initia diſcutiunt, ſi cum pane trita illinātur: de-
coctum potu urinam ciet. Nōnulli, quòd apes
alliciat, prope aluearia ſerunt. Folia diſcutien-
tis leniter, & tepidæ naturæ ſunt, quemadmo
dum

dum & maluæ:non ex alio pabulo lactis maior copia aut melior:incommodũ tamen tantiſper dum floret,ut inquit Ariſtoteles,quoniã ſit urentius. Perquam modica eius herba quadrupedes pingueſcunt,ita ut iumenta etiã hordeum ſpernant. Seritur ſemine & caule.

Cyttarus, panicula dependens è nucum, picearum uel roborum ramis.

Quæ à litera D ſumunt initium.

CAPVT V.

DAbra,uel dabræ,lege Arabis.

Dacrydion,ſcammonię liquor:uulgus medicorum diagridium uocat.

Dactylus,uide Palma.

Dætis,alliȷ caput eſt.

Damaſonium,lege Aliſma.

Daphnides,baccæ lauri ſunt.

Daphnoïdes, Latinè laureola: à lauri forma & ſpecie,quam in folȷs & fructu refert,dicta eſt: Germanicè zeiland / odder zeidelpaſt. Frutex eſt cubitalis, ramos complures habẽs ori inſtar flexiles, à medio ſurſum uerſus foioſos. Cortex ueſtiens ramos ſupra modũ uiſoſus lentusúe eſt:folia lauri,graciliora tamẽ & mol-

& molliora, nec facilè fragilia, os & fauce erodentia incendentiaq; : flores candidi, ſeu potius in albo purpuraſcẽtes: fructus ubi ematuruerit ſubniger: radix inutilis: naſcit̃ in montoſis. Eandem uim habet cum lauro Alexandrina. Eſt quoq; daphnoïdes clematis cognominata, de qua ſuprà.

Daucus tria genera continet. Creticus daucus Beruurtz: folia êdit fœniculo ſimilia, minora tamẽ & tenuiora: caulem dodrantalem umbellam coriãdro ſimilem: flores albos: ſemen acre, candidum, hirſutũ, ſuauiſſimi odoris in mandendo: radicem craſſitudine digitali, & longitudine dodrantali. Naſcitur in petroſis & apricis locis. Alterũ eius genus Germanis weiß hirtzuurtz dicitur. Sylueſtri apio ſimile eſt, acre, odoratũ, aroma olens, feruentis guſtus. Tertium genus folijs coriandro aſſimilatur, flore candido, capite & ſemini anethi, in quo umbella erraticæ paſtinacæ ſimilis eſt, ſemine oblongo plenum, ſapore ut cuminum acri. Poſteriora duo genera in altis montibus naſcuntur. Omnium daucorum ſemen admodum calefacit, & exiccat. Menſes itaq; fœtus & urinas mouet. Idem etiam, ſed minori efficacia facit herba.

Del-

Delphinum ſurculos emittit à radice una ſeſquipedales, aut maiores, à quibus folia exeũt parua, tenuia, diuiſa, prælonga, quę delphinorum effigiem repræſentãt, unde & nomen habet: flos uiolæ albę non diſſimilis, purpureus: & ſemen in ſiliquis milio proximum, quo nõ aliud utilius bibi poteſt ab ſcorpiõe percuſſis. Aiunt enim obiecta herba, ſcorpiones reſolui, atq; ignauos torpeſcere: ſemota uerò ea, ſeſe recolligere: naſcitur in aſperis & apricis. Alterum eſt delphinum, quod Romani Bucinũ uocãt, ſuperiori ſimile, ſed folijs & ramis longè gracilius. Viribus eiſdem pollet, ſed nõ ita efficácibus.

Dens leonis, uide Intubus.

Dictamnus, uel dictamnum, aliquibus ſylueſtre pulegium uocatur. Cretenſis herba eſt, acris, leuis, pulegio ſimilis, ſed maioribus folijs, quæ tomento quodam, ſpiſſáq; lanugine pubeſcunt, radice gracili & ſuperuacua. Nec florem, nec ſemen fert. Theophraſtus tamen ſolus illi ſemen tribuere uidetur, cùm inquit: Vtuntur autem folijs, non ramulis, nec ſemine, & ſi ſemen, prius etiam florem: quãdo hic naturæ ordo eſt, ut in cunctis ſemen ex flore aliquo fiat. Quem Maro ſecutus cùm ait:

M Tum

Tum Venus indigno nati concuſſa dolore,
Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem folijs, & flore comantem
Purpureo: non illa feris incognita capris
Gramina, cùm tergo uolucres hæſere ſagittæ.

In antiquis tamen exemplaribus nōnullis ſic legitur:

Tum Venus indigno gnati concuſſa dolore,
Ipſa manu genitrix Dictæa carpſit ab Ida.

Ad omnia ualet, ad quæ Pulegium, multò tamen efficacius eſt: non enim pota tantùm, ſed appoſita ſuffitu'que mortuos partus ex utero pellit. Sagittas extrahit. Quod pſeudodictamnum uocant, multis in terris naſcitur, antedicto ſimile, ſed minus quàm illud acre. Eoſdem effectus præbet, ſed inefficacius multò. Defertur à Creta alterum dictamni genus, folijs ſiſymbrij, ramis maioribus: in quibus flores ſylueſtris origani, nigri, molles: odor foliorum inter ſiſymbrium & ſaluiam iucundiſſimus. Efficax ad eadē, ſed minus nares odor tentat. Miſcetur emplaſtris & medicaminibꝰ contra uenenata, quæ theriaca uocant.

Digitalis herba apud Fuchſiū dicit̃ ea, quā Germani fingerhut uocāt, ueteribus incognita. Quæ duorū generū eſt, una purpurea, alte-

ra

ra lutea: à florum diuerſitate cognominatur. Herba eſt cubitalis, folijs latis & oblongis, plantagini nõ diſſimilibus, in extremitatibus ſerratis, floribus à lateribus caulis ordine dependentibus, digitalem formam referẽtibus, purpureis aut luteis. Quibus decidentibus ſemen in calycibus latum & oblongũ profert. Radix illi eſt exigua & lata. Naſcitur in montibus, umbroſis & ſaxoſis locis. Impenſè amara eſt, quare cal. & ſic. eſt. Poteſt procul dubio omnia quæ gentiana.

Digiti citrini, lege Satyrium baſilicum.

Dioſanthos, uide Iouis flos.

Dioſpyros uel dioſporos, arbor eſt apud Theophraſtum, fructum habens ceraſo ſimilem, duro intus nucleo. Aliqui Lithoſpermũ Dioſcoridis eſſe putant.

Diplium herba apud Aëtium, quam Ruellius iudicat eſſe conſiliginem.

Dipſacus, Latinè Labrum Veneris, uel Carduus Veneris: uulgò Virga paſtoris, aut Cardo fullonum, Germanicè Karten diſtel/odder weberkarten dicitur. Duo genera continet: unum, quod à fullonibus in hortis plantatur, folia latiora, & profundiùs in ambitu inciſa, flores candidos, echinata'que capitula magis

aculeata habens;alterũ,quod ſua ſponte prouenit,contrà anguſtiora,& minus laciniata folia,flores purpureos, capitulataq́ minus aculeata obtinens. Hoc dipſacum purpureum,illud album, à florum diuerſitate dicere potes. Aculeatarum generis eſt hæc herba. Caulem êdit altum, ſpinis horridum, folia lactucæ ſimilia,ſpinoſa, oblonga, caulem amplectētia, in ſingulis geniculis bina,quæ in dorſi medio ueluti bullas intus & extrà ſpinoſas habent, concauo, quo ſe in geniculis coniungũt ſinu, quo aquæ, rores & imbres aſſeruantur: unde dipſaci quaſi ſitientis nomē traxit. In cacumine caulis, ſingulis ſurculis capitulum unum, echino ſimile,ineſt:oblongum,aculeatum,q̊d poſtquam exaruerĩt candidum apparet. Diſſectum per mediam medullam caput,uermiculos habet.Huius ſpinæ radix ſiccat ſecũdo, cum aliqua abſtergendi ui.

Dodecatheos apud Plinium herba, quæ ſeptē folia,lactucis ſimilia, à radice lutea êdit. Hanc in aqua potam omnibus morbis mederi tradunt: item morbis, qui membratim ſentiuntur;neq; nõ eis,qui totis corporibus graſſantur.

Dolichus,uide Smilax hortenſis.

Dory-

Dorycnion, nomen habet, quòd cuſpides illo in prælijs tingerent. Frutex eſt nuper naſcenti oleę ſimilis. Naſcitur in petris non procul à mari. Ramos habet cubito breuiores, folia colore oleæ ſimilia : minora tamen anguſtioraq́ꝫ, præter modum ſcabra: florem candidum, & in ſummo denſos folliculos ceu ciceris, in quibꝰ quina ſenaúe ſemina, exigua, erui magnitudine, rotũda, læuia, firma, colore uaria; radicem digiti craſſitudine, & cubiti longitudine. Simile temperamento eſt papaueri & mandragoræ, immodicè refrigerãs. Quod ſi parcè ſumatur, torporem ſomnumq́ꝫ inducit: copioſius interimit.

Dorypetrum, alio nomine leontopodion dicitur.

Draba, quæ & dabra, & Arabis, ubi plura.

Dracunculus maior, nõnullis ſerpentaria, uel colubrina dicitur, ſlangẽ kraut: caule conſtat glabro, læuo, recto, bicubitali, uerſicolore, bacũli craſſitudine, maculis reſperſo purpureis, ita ut anguem planè habitu coloreq́ꝫ referat: unde & nomen habet: folia fert rumicis inflexa & plicata: fructum in ſummo caule racematim cohærẽtem, colore primùm cinericio, & cùm ematuerit croceo & pumiceo, gu-

ſtu feruens, mordaxq́ʒ: radicem grandem, rotundam, candidam, tenui cortice ueſtitam: naſcitur in umbroſis ſepibus. Simile quiddã cũ Aro habet, ſed eo acrius, amarius, calidius, tenuiusq́ʒ eſt, cum adſtrictione nonnulla: radix ipſius pota uiſcera purgat, & peruicacium ſeu malignorum ulcerum excellentiſſimũ eſt remedium, ex æquo etiam folia: fructus ualentior eſt.

Dracunculus minor folio conſtat hederaceo, magno, candidis notis inſigni. In cæteris cum dracunculo maiori conuenit.

Dulcis radix, lege Glycyrrhiza.

Dryophonon, uulgò nemoralis myrtus dicitur.

Dryopteris naſcitur in ueterum roborum muſco, filici ſimilis, multò minore foliorũ inciſura: radicibus inuicẽ implexis, hirſutis, guſtu acerbis, in dulcedinem uergentibus. Dulcis, acris, & leniter amara eſt: cęterùm uim habet exedentem, qua & pilos abolet.

Quæ ab E ſumunt exordium.

CAPVT VI.

EBiſcus, quære Althea.

Ebenus arbor precioſiſſima, inſigni magnitu

magnitudine, cortice buxo ſimilis. Lignū eius decorticatum nigrum eſt, ſolidum, pulchrū, iucundi odoris: in aqua mergitur tantùm, nō innatat. Arbor cęſa dureſcit in lapidem. Ebenus optima habetur Aethiopica & nigra, nullos habens uenarū diſcurſus: leuore ſuo cornu leuigato ſimilis, ſpiſſiſſimæ in frangendo ſoliditatis, mordens guſtum atq; adſtringens: ſuffitur ſupra prunas iucūdo odore, ſine fumi tædio: recens autem ad ignem prolata, ob pinguedinem accenditur, & trita ad cotem flaueſcit. Altera eſt Indica, candidis & rutilis intercurrentibus lineis, ſimilibusq́; crebris maculis. Vendunt quidam pro ebeno ſpinæ Indicæ, aut mori, fallente ſimilitudine materiam. quod deprehēditur ex eo, quòd fungoſa ſunt, & in purpureas aſſulas reſoluuntur, nihil mordacitatis in guſtu, nec redolētiæ in ſuffitu prę ferentia. Lignum uim habet excalfactoriam, deterſoriam & ſubtilem. Quapropter quę pupillas obſcurant, abſtergere creditur, aliȷs que ocularibus miſcetur medicinis.

Ebulus, uide Sambucus.

Echinus, à nōnullis erinus eſſe putatur: uide infrà.

Echium nomen habet, quòd ſemina uipe-

rino capiti ſimilia habeat. Vocatur & Alcibiacum, uulgò ſylueſtre bugloſſum, Germanicè wyld ochſen zung. Folia habet prælonga, hirſuta, tenuia, ad anchuſam accedentia, minora tamen pinguiaq́ʒ, ſubrubra, tenuibus ſpinulis horridula: cauliculos exiles, numeroſos, minutaq́ʒ utroq; latere folia dependentia, pinnata, nigra, inq́ʒ ſummo caule minuſcula, inter quæ purpurei flores emicant, in quibus ſemina uiperarum capitulis ſimilia inſident, à ceruice paulatim in roſtellum extenuata, tumidiore ſuperna parte, in qua quædã prominulę quaſi ſedes oculorum apparent. Radix nigricat, digito tenuior. Vbiq; ferè ad itinera & in aſperis locis naſcitur. Hæc nõ modò à ſerpente commorſis cum uino pota auxiliatur, ſed præſumentes quoq; percuti non patitur.

Egne, uide Igne.

Elæomeli oleum eſt, in Syria ex trunco quodam arboris emanans, melle craſſius, & dulcius. Quod inſtar duorum cyathorum potum cum aquæ hemina crudos humores bilioſosq́ʒ ex aluo educit: qui uerò id bibunt, torpeſcunt: quod extimeſcẽdum non eſt, ſed excitari ipſi debent.

Elæoſtaphylos, uide Vbolima.

Elapho-

Elaphoboſcon, quaſi ceruorum pabulum dicitur: eius enim paſtu ſe contra ſerpētes munit ceruus. Caulem profert libanotidi fœniculo, aut roſmarino ſimilem, geniculatum: folia duùm digitorum latitudine, ſed pręlonga, terebinthi figura, aliquantum aſpera, circunfracta, adnata multa habet caulis, ferentia umbellas anethi ſimiles, & ſemina eiuſdem: florē ſubluteum: radicem trium digitorum longitudine, & craſſitudine unius, candidam, dulcem, eſui aptam. Caulis tener pro olere manditur. Semen contra ſerpentium ictus datur in uino. Cal. ſic. 2. Subſtantia eſt tenui.

Elatine folia êdit helxinæ ſimilia, minora tamen, rotundiora, piloſaq́ꝫ: ramulos tenues, dodrantales, folioſos, quinque aut ſex ab una radice, guſtu adſtringētes. Naſcitur in ſegetibus cultiſq́ꝫ locis. Mediocri eſt frigiditate, & adſtrictione donata.

Elaterium, uide Cucumer ſylueſter.

Electrum, quære in 4. lib. primi tomi inter gemmas.

Elenium, uide Helenium.

Elioſelinon, uide Apium paluſtre.

Elichryſus uel helichryſus, uide Amaranthus.

Elleborus albus, Latinè Veratrum album *weyß neißwurtz*. Folia fert plantaginis aut betæ ſyluestris ſimilia, ſed breuiora & nigriora, & in coſtis rubeſcentia: caulem cauum, palmi altitudine, corticibus ſeu tunicis, cùm areſcere cœperit, conuolutum. Radicibus nititur multis, tenuibus, ab oblongo & exiguo capite exeuntibus, ceparum modo fibratis. Naſcitur in montibus & aſperis. Radices meſſibus colligendæ. Optimum habetur candidũ, friabile, carnoſum, modicè extentum, nec tamen iunci modo mucronatum, quod frangendo puluerem emittit, & tenuem habet medullam guſtu non admodum feruens, neq; ſaliuã ſubinde ciens. Huiuſmodi autem ſtrangulat. Primatum Cyrenaicum tenet. Galaticum autem & Cappadocicũ, candidiora, & puluere quodam obſita, celerius ſtrangulatus mouent.

Elleborus niger, *ſwartz neißuurtz*: plerique Melanpodion uocãt, ab inuentore Melanpode uate, uel eiuſdem nominis paſtore, quòd is animaduertiſſet eo purgari capras: deinde dato eorum lacte ſanauit Prœtidas furentes. Folia êdit uiridia, platani ſimilia, minora, folia ſphondylij proxima, ſubaſpera, nigriora, pluribus, diuiſuris inciſa: caulem aſperum: flores pur-

purpureos,candidos, racematim cohęrentes: ſemen cnici: radices nigras(quibus potiſſimũ ab albo diſtinguitur) tenues, à capitulo cepæ ſimili confibratas,quarũ uſus eſt. In collibus, locis aſperis & ſitientibus prouenit.In Anticyra probatiſſimum gignitur,Eligi debet corpulentum & plenum, in quo tenuis ſit medulla,acre guſtu,feruens'q; cuiuſmodi eſt in Helicone,Parnaſſo & Aetolia natum:attamẽ Heliconium præcellit.Veratrum utrunq; cal.ſic. ter.item acre eſt,& abſterſorium,unde etiam ad leproſa cutis uicia conuenit. Nigrum ſi fiſtulis callo induratis inſeratur, tribus diebus callum extrahit.Antiquitus huius herbæ plurimus uſus fuit ad melancholiam, ac leuanda mentis & capitis uicia. Vnde prouerbium natum:Bibe elleborum.Candido cientur uomitiones,eo'q; ſtomachus & uenter ſuperior purgatur. Nigro aluus inferior diluitur: utriuſq; periculoſa ſumptio,ſed albi ut prętantior,ita periculoſior. Carneades autem Academicus ſcripturus aduerſum Stoici Zenonis libros, candido elleboro ſuperiora corporis purgare ſolitus legitur, ne quid ex corruptis in ſtomacho humoribus, ad domicilia uſq; animi redundaret,& inſtantiam uigorem'q; mentis labeface-

befaceret. Cæterùm elleborus niger, quo nūc magna pars medicorum utitur, non eſſe uerū elleborum diligenter admonuit Fuchſius: uerum quia eiuſdem ferè cum genuino ſit facultatis, adulterinum nigrum elleborum nominandum cenſet. Duo eius genera facit: Vnum quod officinæ hodie elleborum nigrum uocant, Germani Chriſtwurtz: q̄a circa diem natalis Chriſti flores, modò calido in loco ſita ſit, producit: caulem uel potius pediculum habet oblongum, & folijs nudum, niſi in ſummo, ubi longa, anguſta, pluribusq́ꝫ diuiſuris inciſa, atqꝫ adeò in ambitu ſerrata, producit. Florem fert herbacei coloris: radices tenues, nigras, ueluti à capitulo ceparum pendentes. Alterum à Germanis leußkraut dicitur, priori non admodum diſſimilis eſt, niſi quia caulem obtinet craſſiorem, folia'que minora. Florem etiam etſi herbaceum habeat, tamen è medio eius folliculi, ſiliquæ duæ aut tres, in q̄bus ſemen eſt, exeūt. Hoc ſylueſtre, ꝙ in montibus aſperis, lapidoſis, ac ſublimibus proueniat: illud, quia in hortis, hortenſe dici poteſt.

Elleborine, ſiue epipactis, exigua herba eſt, fruticoſa, minutis folijs: iocinoris uicijs utilis, & contra uenena pota.

Empe-

Empetron, aliqui phacoïdes, nōnulli praſſoïdes uocant. Naſcitur in montibus & maritimis, ſalſo guſtu: quoq; magis à mari ad terram conceſſit, eô amarior eſt. Abſtergendi uim habet. Pituitam & bilem purgat.

Enneaphyllon, herba apud Plinium, folia longa nouē habens, facultatis urentis. In lumborum doloribus & coxendicum imponitur utiliſſimè: continuò enim puſtulas excitat. Geſnero Tigurino uidetur eſſe Conſiligo.

Endiuia, uide Intubus.

Enula, uel Inula Campana, uide Heleniū.

Enthuſſicum, uide Anthriſcus.

Ephemerum dicitur, quòd flos eius confeſtim marceſcat, nec longius uno & altero die commoretur. Aliqui ſylueſtrem Irin appellant: uulgus, quòd in opacis & lucis naſcat̃, lilium conuallium, Germani meyblumle. Caulem & folia habet lilio ſimilia, tenuiora tamen: flores candidos ſuauiter olentes & amaros: ſemen molle, puniceum, aſparago nō diſſimilem: radicem ſingularē, digitali ferè craſſitudine, longam, adſtringētem & odoratam. Miſtæ poteſtatis eſt & repellentis & diſcutiētis per halitum. Eſt etiam ephemerum letale, quod quoq; colchicum dicitur: de quo ſuo lo-

co

co dictum eſt.

Epimedion, caulem habet in medio mino-rem: folia hederæ ſimilia decem aut duodecim: radicem tenuem, nigrã, graui odore, guſtu fatuo: neq; florem, neq; fructum fert. Naſcitur in humidis. Virtus eius eſt mediocriter frigida, cum humiditate aquoſa: quòd ſi illinatur, mammas rectas cõſeruat. Fertur etiam ſterilitatem potu facere.

Epimelis ſylueſtris mâli genus, copioſum in calabria, fructu acerbo, & infeſto capiti & ſtomacho.

Epimetron Theophraſto herba nunquam florens: fortaſſis eadem epimedio.

Epipactis, lege elleborine.

Epipteron ab Ariſtotele libro 2. de plantis appellatur ea, quæ Dioſcoridi lens paluſtris, hoc etiam inter alias eius nomenclaturas recenſenti.

Epirotica mala, quæ Latinè orbiculata dicuntur, à figura orbis in rotunditatem circũacti, ex Epiro inuecta primùm. Stomacho utilia ſunt: ſiſtunt aluum, urinas euocant; mâlis tamen Cotoneis inualidiora.

Epithymon, flos eſt è thymo duriore, ſatureiæ ſimili, capitula habet tenuia & leuia, & in

in eis caudiculas quaſi capillamenta. Plurimũ in Cappadocia & Pamphilia gignitur. Cal.ſic. ter, thymo efficacius.

Equiſetum uel Equinalis, lege Hippurus.

Erica heyd: fruticoſa eſt arbor, myricę ſimilis longè tamẽ minor. Flores habet in cãdido purpureos, quibus apes utentes reprobũ mel conficiunt. Plinius fruticẽ eſſe ſcribit nõ multùm à tamarice differentem, colore roſmarini, & penè folio. Vi pollet diſcutiente citra roſionem, flore ipſius potiſſimũ & folijs utendum: quę etiam ſerpentiũ morſibus illita medentur.

Erigeron, uide Senecio.

Erinus apud fontes & fluuios prouenit, folijs Ocimi, ſed minoribus, parte ſuperna diuiſis, quinis ſenisúe: ſurculos habet dodrãtales, flores candidos: ſemen nigrum & acerbum. Folia & caules lacteo ſucco turgent. Repellentem & ſiccantem uim habet. Eius ſeminis denarij duo cum mellis denarijs quatuor illiti oculorũ fluxiones ſiſtunt: ſuccus aurium doloribus benefacit.

Eriphia ſeptem lanuginoſis ramulis apij modo foliatur, purpureo flore, & eo quidem perenni: ſemine fabaceo: totidem radiculis q̊t ramis

ramis. Hanc magi prodidére in auena ſcara beum habere, ſurſum deorſumq́; decurrentē cum ſono hœdi, unde nomen accepit. Hac ac uocem præſtantius eſſe nihil tradiderunt.

Eruca *weyß ſenff*. Duplex eſt: Hortēſis ſei ſatiua, & ſylueſtris. Illa ſeſquipedali thyrſo conſurgit, folio longo anguſtoq́; in profundas, ſed rariores crenas laciniato, guſtu prętermodum acri, folijs pallidiorib⁹, ſemine in ſiliquis rapi uel ſinapi, firmo, radice candida: hęc folio eſt ſatiuo ſimili, ſtrictiore tamen & minore, flore luteo: quæ apud nos creditur eſſe eruca ſylueſtris, ea non eſt, ſed eryſimon. Eruca temperamento ſimilis eſt eryſimo: flatulēta eſt, ob quod ad Venerē inſtigat. Semen ipſius urinam mouet: concoctioni prodeſt, aluo per quàm commoda. Semine ad condimēta utuntur. Sylueſtris domeſtica ualentior eſt.

Eruilia genus eſt leguminis, folio quàm faba longiore, flore apibus gratiſſimo, ideo circa aluearia ſeri præcipiūt. Eiſdem quibus lens pinſitur modis. Hermolao ſylueſtris herba eſt, amaritudinis eximiæ, colore & folio cicerculæ, quanquam minore. Certè Manardus credit eruiliam eſſe, quam Theophraſtus & Diocles Dolichon uocauerunt; & Galeni tem

pore

pore Phaſcolus, uel Lobus dicebatur, atque à Theodoro ſiliqua, quanquam ſiliqua exiſtimanda eſt aliud legumen, iuxta Latinos autores.

Eruum Græcè ὄροβος dicitur, Eruen. Duo eius ſunt genera: unum candidos flores, alterum fert rufos: illud ſatiuum, hoc ſylueſtre uocãt: quia ſua ſponte in aruis & inter dumeta prouenit. Exiguus frutex eſt, tenuis: anguſtis folijs: floribus uel candidis, uel in candido cœruleis aut puniceis, ſeminibus in ſiliquis ſine ſepto cylindraceis, quemadmodũ piſa, ſe inuicem tangentibus. E quibus farina fit, nomine Eruina, ad medendi uſus conueniens. Cal. pri. ſic. ſec. Incîdit, detergit, obſtructa aperit: liberaliùs ſumptum ſanguinem per urinam expellit. Hominum cibis prorſus damnatur, eſt enĩ & inſuauiſſimum, & mali ſucci. Coctum tamen appoſitum boues ſaginat.

Eryngium, uulgò Iringus, uel centum capita, Germanicè Manß trew/Brachen diſtel. Apud Pliniũ tamen alia inuenitur herba, Centumcapita dicta, ab hac diuerſa. Fuchſius hanc nihil differre putat ab ea, quæ Aſter Atticus & inguinalis appellatur. Eſt autẽ eringium aculeatarum generis. Cuius folia in principio ſale

condita,in cibos recipiuntur.Lata autem ſunt & extremo ambitu aſpera, guſtu aromatica. Cùm uerò adoleuerit in multis caulium eruptionibus,ſpinis aculeantur. In quorum ſummitatibus globoſa capitula,durarum acutiſſimarumq; ſpinarùm ambitu ſtellæ inſtar circumuallantur,quorum color in pubertate uiridis,poſtea cœruleus: cùm flacceſcunt,candidus,inuenitur. Radix illi oblonga, lata,foris nigra, internè candida, pollicis craſſitudine, odorata.Naſcitur in aſperis & campeſtribus. Calefacit quidem non manifeſtò,ſiccitatis aũt haud obſcuræ nec modicè particeps eſt. Radix pota menſes & urinas pellit : tormina & inflationes diſcutit.Cum uino iocinoroſis,uenenatorum morſibus, & eis, qui letiferum hauſerunt,ſuccurrit.

Eryſimon, Latinè Irion,uulgò ſynapis ſyl ueſtris dicĩ. Nonnulli Rapiſtrum uocãt:Germani Hederich/vñ wilden ſenff.Folia fert ſyl ueſtri erucę ſimilia:cauleslori modo flexiles: flores luteos.In cacumine ſiliquas corniculorum figura,ut Fœnigręci graciles,in quib⁹ ſemina continentur parua,naſturtio ſimilia,guſtu feruido. Naſcitur paſſim prope urbes, rudera & hortos. Corporis coalitu ſeſamo uici-

num

num eſt,ſed inſuauius longè eſu,tenuis alimẽti,in omnib⁹ ipſo deterius, ut panicum milio. Vtrunq; tamen igneum eſt & excalfactoriũ.

Eryſithales folijs eſt Acanthi, luteo flore. Datur in uino contuſis & euerſis.

Erythrodanum,lege Rubia.

Eteocrithon, genus hordei, tutum à rubigine,quoniam incuruum naſcitur.

Etymodrys,id eſt,ueriquercum,genus eſt querci, glandem perquam dulcem proferẽs.

Eunuchion lactucæ ſpecies eſt.

Eunuchus apud Ariſtotelem quoddam genus palmulæ eſt, quod alij Enorchũ uocant, quaſi teſticularem ac ſpadoniam.

Euonymos, uel ut quidam uolunt, anonymos,cùm alibi tum in Lesba inſula prouenit, punicæ mâli magnitudine, atq; folio eiuſdẽ, maiori quàm uinca peruinca, & ut punica tenero,flore albæ uiolæ proximo,odore graui, ac peſtifero,folliculis ſeſami,in quibus acinus quadrangulus, ſolidus ſiue ſpiſſus, qui in uerſus quaternos digerat̃, pecori guſtatu letalis, ſed & capris præcipuè mortifera ſunt folia,niſi pręcipiti alui deiectione ſuccurratur. Germinat menſe Septembri, floret Vere. Arbor eſt infelix.

Eupatorium herba, nomen habet ab Eupatore rege inuentore : dicitur & Hepatorium, quoniam iecori pręcipuè medeat̃: uulgò Agrimonia, & Germanicè odermenig/agrimonie. Herba eſt fruticoſa, unicum, interdum etiã alterum efferens caulem, lignoſum, nigricantẽ, rectum, tenuem, hirſutum, cubitalem, interdũ ampliorem: folijs per interualla quinquefolij, aut cannabis magiſis milibus, quinquepartito aut amplius diuiſis, nigricantibus, per ambitũ ſerratis. Semẽ medio caule erumpit, piloſum, deorſum ſpectans, quod ſiccatũ ueſtibus inhęret. Tenuem uim, & incidentem ſine conſpicuo calore habet, qua iecur obſtrictum expurgat, eſt & nonnullius adſtrictionis particeps. Porrò herba, quæ uulgò Eupatorium dicitur, multum à ſuperiori differt. Caulem enim habet rotundum, purpureum, geniculatum, ſolidum & hirſutum, circa quem alæ pandũtur, folia longa, canabinis ferè ſimilia amaraq́;: flores in ſummo paruos, coaceruatos, in candida purpuraſcentes, tandem in pappos tenues abeuntes. Radicem multis fibris capillatam, & inutilem. Germanicè hæc dicitur S. Kunigunde kraut/oder waſſer doſt/ alijs hirtzẽ klee: quòd uulnerati cerui ſibi hac herba medeant̃.

Cęterùm

Cæterùm cùm non conſtet, quo modo hæc herba ueteribus Grȩcis & Latinis nominata ſit, poteris eam Eupatorium adulterinũ ex ſententia Fuchſij uocare. Iuxta aquas naſcitur: guſtu uehementer amara eſt, quare eaſdem facultates, quæ Galenus de ſimplicium medicamentorum facultatibus amaris tribuit, obtinet.

Euphorbium, nomen habet ab inuentore Euphorbio medico, Antonij Muſæ fratre. Lybica arbor eſt, ferulæ ſpeciem habens, quæ in monte Atlante iuxta Mauritaniam inuenit̃, acerrimo liquore plena. Cuius eximium feruorem expaueſcẽtes incolæ, ouillos uentres elutos arbori circumligant, & eminus caulem contis incidunt, confeſtimq́; è plaga, perinde atque uaſe quodam in uentriculos copioſus lactis humor effluit: præter id, q̊d humi ſparſum (tantus enim eſt impetus) eiaculatur. Duo ſucci genera: unum orobi magnitudine, ſarcocollæ modo emicat: alterũ in uentriculis concreſcit, atq; uitreum ſpectatur. Eligendum eſt translucens & acre. Euphorbium adulterat̃ ſarcocollæ & glutini miſtione: ſed difficile quidem experimentum, nec facilè guſtu probatur. Propterea quòd linguæ ſemel admotũ, permanente ad aliquod tempus feruore eius,

linguã adeò incendit,ut Euphorbium, quodcunq; aliud illi admotum,uideatur. Adurentẽ uim ſortitum eſt ſubtilemq́ꝫ.

Euphroſyne dicta eſt,quòd oculos,quorũ caliginem diſcutit,delectet. Quare & à nonnullis Ophthalmica uel ocularia, Germanis Augentroiſt dicitur:uulgò Euphraſia. Herba eſt parua,palmæ unius longitudine, hyſſopo ſimilis,cauliculis purpureis,folijs exiguis,per ambitum ſerratis,floſculis albis,luteo ac purpureo coloribus leuiter admixtis, radice exigua & inutili. In pratis naſcitur. Veteres huius herbæ non meminerunt. Cal. & ſic. Ferunt recentiores eam in puluerem redactam,& in uino albo potam,oculorũ aciem,memoriãq́ꝫ mirificè roborare,amiſſamq́ꝫ reparare.

Euripice,iunci ſpecies.

Euſtrum,montanum hordeum.

Euthyphloeos, uide Haliphloeos.

Quæ ab F ſumunt initium.

CAPVT VII.

FAba inter legumina ſola ſine adminiculo nitit̃,folio carnoſo,portulacæ ſimili,flore criſtato,uerſicolore,partim albo,partim pur-

purpureo, atris qbuſdã maculis notato, quas Varro lugubres uocat literas; ſiliqua plerũq; ſemipedali, fructus intus lato humani unguis effigie, colore nõ ſimplici, ſed aut fuluo, aut nigro, iã uerò etiã herbaceo & coccineo: radice ſingulari, lignoſa, & capillata fibris. Faba non multũ à medio tẽperamento recedit, ſiue refrigerando, ſiue ſiccando: caro ipſius nonnullius etiam abſterſoriæ qualitatis eſt, execrationibus è thorace & pulmonibus utilis. Cùm autem cortex fabæ nõnihil quoq; adſtringat, tota ipſa in poſca decocta, cœliacis & dyſentericis conducit, illita uerò inflammationibus & tumoribus medetur. Lac in mammis extinguit.

Faba Aegyptia, quæ & Pontica, & colocaſia. In Aegyto plerunq; prouenit. In Aſiæ etiã Ciliciæq; lacubus inuenitur. Folijs hæc ferè omnium plantarum latiſſimis & numeroſiſſimis uiret, qbus ſolis æſtum in calidiſſima etiã regione arcent. Caulem fert cubitalem uel, ut Plinius & Theophraſtus cubitorum quaternûm digitali craſſitudine, mollem & ſine geniculis, rimas intus habet per totum, ut lilium, propter quod & lilium Aegyptium ab Herodoto uocatur: florem roſeum dupla papaue

ris amplitudine, & ubi flore exuitur, fert folliculos rotundos ueſparũ fauis ſimiles, triginta primùm loculis, qui ſingulas ſinguli contineant, non quidem omnino tectas, ſed paulò extantes. Cibotion ideo nominãt, id eſt, arculam, quoniã feratur ipſa, humenti glebæ mandata, & ita in aquam demiſſa. Atterenti fabas amaritudo uel odore proditur. Sed ipſa radix per quàm lauta cibis cruda coctaúe, quæ craſſiſſima eſt, plenior quàm harundinis, rimoſa ut ſcapus. Faba uirens manditur, & exiccata nigreſcit, uulgarem magnitudine ſuperat, humidior quoq; eſt, & excrementitia. Nominatur & faba quędam Indica, ex arboribus in ſiliquis digitorum decem longitudine dependens, melle plenis, ſed quo guſtato difficile ſit euadere, ut inquit Ariſtobulus.

Faba Syriaca, uel Græca, uide Lotus.

Fagus, Gręcè φηγὸς ἀπὸ τοῦ φάγειν, comedere. Arbor eſt glandifera, eyn buchen baum. Aſſurgit caudice craſſo, & in orbẽ comoſo, neq; ita procero · folio tenui & leuiſſimo, populo ſimili celerrimè flaueſcenti, gignẽteq; supernè baccam uiridem cacumine aculeatam. Glans eius dulciſſima nucleis haud abſimilis, triangula cute includitur, & parte poſtrema utrinq;

lapi

lapideſcit in duritiã,ſi uirilis ſexus fuerit: nam & ſexuum in glandiferis Theophraſtus obſeruauit diſcrimina. Muribus,gliribus & turdis gratiſſimus cibus glans eius eſt:qua etiam obſeſſi homines durauerunt in oppido Chio. Ligni honos præcipuus fuit in uaſis. Manius Curius iurauit ſe ex præda nihil attigiſſe,prę-ter guttum faginum,quo ſacrificaret. Verg.

Pocula ponam

Fagina cęlatũ diuini opus Alchimedõtis.

Cortex è fago in magno uſu agreſtium,ut inquit Plinius, Vaſa,corbeſq́;,ac patẽtiora quędam meſſibus conuehendis, uindemĳſq́; faciunt,atq; prætexta tugurioꝝ.Nec non in quodam uſu ſacrorum religioſus erat apud ueteres fagi cortex. Materies aſſulatim deſiccatur in ſcandulas,quibus teguntur ædificia. Fagus eaſdem quercui uires habet, ſed intenſiores, ut etiam Ilex. Tenera eius folia illita nõ inſtrenuè ſiccant. Alterum fagi genus,quod Latini ſciſſimam uocant,in Oxya quære.

Far,uide Alica & Ador.

Farrago,quære Secale.

Farſaria,lege Tuſſilago.

Faſeolus,uide Smilax hortenſis.

Febrifuga & fel terræ, lege Centauriũ minus.

Ferula arborum generi adſcribitur, quoniam teneritudo eius proceſſu tranſit in lignũ. Naſcitur in locis calidis. Duo ei genera: narthecem Græci uocant, aſſurgentem altè, nartheciam uerò ſemper humilem: quę ab aliquibus Ferulago dicitur: quanquam & Tapſia, Ferulago appellari ſolet. Ferula caulem profert ternûm ſæpe cubitorũ: folia fœniculi longè aſperiora & latiora. A genibus folia exeũt grandia, mollia, multifida, maxima, ut quæq; terræ ſunt proxima, caulem amplectentia ut harundines, ſed magis ſcinditur in coliculos, quibus flores lutei, & ſemen anethi paulò mamaius incidet. Sed quę ab uno caule diuiditur in cacumine, fœmina putatur. Verè germinat primùm folio, tum caule, qui annuus ei eſt. Radicem habet ſingularem, profundam. Lignum omne corticis loco eſt, ligni autem uice fungoſa intus medulla, ut ſambuci: in aliquibus etiam inanitas. Nulli fruticum leuitas maior, & cum leuitate ligni firma durities & uigor: ob id ſenectuti baculus eſt. Quam ob cauſam Libero patri, Sileno, alijſq; numinis eius comitibus dedicata & conceſſa eſt: ut infirmos in ebrietate pedes leui hoc pedamento regerent. Eadem imperij notam pędagogis & inſigne

inſigne dedit: ferulæq́ minaces ſceptra pæda gogorum, ut Martialis ait, regium honorē & maieſtatem illi addideruunt: ut quales uoluit antiquitas reges eſſe, in legibus & minis aſperos, in pœnis uerò mitiores & parum nocentes: tales ferularum ſuarum leuitate pædagogi in pueros ſuos eſſent: metuendosq́ ſe potius, quàm nocentes oſtenderēt: ne dum cultus ingenij quæritur, corpori iniuria adferatur. Cauliculi ferulæ ad cibos toto anno muria condiuntur: copioſus tamen eius uſus capitis dolores facit. Semen ferulę extenuat calfacitq́, medulla ipſius uiridis adhuc adſtringit, eoq́ ſanguinem ſpuentibus & cœliacis accommodatur. Ignem ferulis optimè ſeruari certum eſt, easq́ in Aegypto prę cellere. Aſinis gratiſſimę ſunt ferulæ in pabulo, cæteris iumentis pręſentaneo ueneno: murenæ ea tactæ moriuntur.

Feſtucago, uide Aegilops.

Ficus *eyn feigenbaum*: arbor eſt, ut plurimùm non admodum procera, inueniuntur tamen quædam ampliſſimæ. Caudicem habet breuem: corticē leuem: medullam carnoſam: folium per quàm magnū umbroſumq́, profundiſſimè laciniatum: ſine flore: pomum tubinatum, molle, intus granoſum, ſucco cùm ma

turefcit

turescit lacteo, poſtea melleo. Naſcitur pomũ ſupra folij pediculum ſine flore. Radices emittit multas, obliquas ac longas. Calidiora & aprica loca amat: ideò in Germania rariſſimè fructus maturos producit. Temperamenti calidi tenuisq́ue eſt, adeò ut liquor & foliorũ ſuccus non rodat modò, aut uehementer abſtergat, ſed etiam exulceret, ora uenarum aperiat, & myrmecias exterat. Purgandi quoque uim obtinet. Fructus eius aridus ſic. 2. cal. in principio ſec. aut fine pri. Pingues autem duros tumores magis maturant, acriores, detergũt diſcutiuntq́ue. Decoctum ficuum mellis ſpeciem referens, quod iam nonnulli Sirçon appellãt, uiribus melli reſpondet. Virides quidem ficus imbecillioris uirtutis ſunt et ſtomacho noxię: utræque tamen & uirides & aridę aluum ſubducunt. Maturæ ficus nihil ferè obſunt, proximeq́ue ad caricas adcedunt, quę multa utilia habent. Malum hoc illis ineſt, quòd ſanguinem non admodum bonum gignunt, unde & pediculi procreantur. Ficus in Hircania dulciores multò fertilioresq́ue, ut modios ducẽtos & ſeptuaginta ſingulæ ferant. Lignum ficulnum ut fragile & inualidum, atque ad omnia ferè inutile, prouerbijs aliquot locum fecit. Sic uirũ

ficulnũ

ficulnum,appellãt mollem & inutilem: ficul-
na mens, ficulnum præſidium, &c. Ex hoc
ligno fumus exiſtit acerrimus ac moleſtiſſi-
mus. Ex cineribus eius lixiuium fit uehemen-
ter aſperum. Ficus Alexandrina,uel Idæa po
mum fert ſuper folij dorſum:ramoſa eſt hæc,
neq; celſa,cubitali craſſitudine, ligno ualido,
contorto,lento,ſine lacte:pars quę à terra eſt,
leuis enodisq́;:ſuperior comoſa in orbẽ. Co-
lor folio & cortici liuens, ac uiridis. Folium
Tiliç per omnia,ſed molle. Flos meſpilaceus,
& cum meſpilo erumpẽs. Ficus rubra,magni-
tudine oliuæ,rotundior,ſapore meſpili. Radi
cem habet craſſam. Materiem lentam,incor-
ruptam,ſolido corpore,non medullaceo ſiue
molli. Ficus Pelagica in mari naſcitur: exigua
eſt ſine folio,cortice rubro. Quædam ficus &
groſſos ita ferunt in Cypro, Cilicia, Hellade,
ut ficum aduerſo folio, groſſos auerſo ſuſti-
neant: cùm reliquæ arbores ſub folio pomum
ut protegatur habeant. Eſt & genus fici præ-
cocem fructum habens,quod dicitur durico-
ria ficus, à coria appellata duro,quam Atheni-
enſes πρόδρομον uocant, hoc eſt, præcoquam,
atq; pręcurrentem. Ficus Aegyptia, uide Syco
morus. Ficus Cypria in Creta naſcitur, ficui
Aegyptiacæ

Aegyptiæ ſimilis. Pomũ fert trunco & ramis cùm in craſſitudinem adoleuerit. Germina emittit ſine ullis folijs, radiculę ſimilia, cui fructus quaſi cuſpidis aſpectu præpilatur. Caudex magnus, & populo albæ proximus: foliũ ulmeum. Quater germinat, quater ſuas ficos maturat: ſed groſſus in ea nunquam excoquitur, niſi emiſſo inciſura lacte. Suauitas pomo fici, ſed interna, ſimilitudinem caprifici habẽt, magnitudinẽ pruni uel ſorbi. Ficus ſyluestris, lege Caprificus. Ficus Indica, germina per ambitum radicantia ẽdit, caudicem nõ contingẽtia. Arbor magnitudine inſigni, ut ſub qua tres turmas equitum condi adfirmẽt: caudici craſſitudo ſexaginta paſſus. Ramorum umbrę latè operiunt. Folijs Amazonicæ peltæ amplitudo formaq́; Plura ficuum genera Hermolaus Barbarus ex Polluce & Athenæo in ſuũ corollarium tranſcripſit.

Filipendula, lege Oenanthe.

Filix *waldfarn*. Duo eius ſunt genera: mas ſcilicet & fœmina. Mas folia ſine caule, ſine fructu, ſine flore ex uno pediculo cubitali longitudine ędit, utroq; latere inciſa, alarũ auium modo explicita, odore ſubgrauia: radicem in terræ ſuperficie foris nigrã, craſſam, oblongã, ad-

adnaſcentias appendicesúe multas habẽtem. Filix fœmina folia priori ſimilia obtinet, non tamen uno ſingulariq́ pediculo hærentia, ſed adnaſcentes ramulos multos altioresq́ habẽtia. Radix illi longa eſt, obliqua, in nigro colore ſubflaua, aliquando uerò rubeſcens. Naſcuntur in montibus, ſyluis, & ſaxoſis locis. Amaram uim & ſiccandi excalfaciendiq́ habent, eaq́ fœtus corrumpunt, latosq́ lumbricos enecãt, inſtar quatuor drachmarum cum mulſa potæ. Vlcera citra roſionem deſiccãt.

Filicula uel polypodion, Engelſuß. Herba eſt palmi altitudine, filici ſimilis, ſubhirſuta, inciſuris diuiſa, no tamen adeò tenuibus. Radix illi eſt hirſuta, cirros polyporum modo habens, minimi digiti craſſitudine. Deraſa hęc intus uiridis eſt, acerba, guſtu ſubdulcis. Parte uerſa folia fuluis maculis notata, ſine ſemine. Naſcitur in muſcoſis petris & uetuſtis arborũ radicibus, præſertim quercuum. Admodum ſiccat citra morſum, & potum per inferna purgat.

Flaminula, uide Batrachium.

Flammea, uide Lychnis.

Flammea uiola, lege Viola flammea.

Flos amoris, lege Amarantus.

Flos

Flos Iouis, quære Iouis flos.

Fœniculum fenchel. Gręcè μάραθρον. Ferulacei generis eſt, hominisq; plerunq; proceritatem ſuperat, caulem geniculatum profert, fungoſam intus medullam, leuem, & herbaceum exterius corticem: folia abrotoni, ſed longiora molliora'q;, iucundo odore: umbellam rotundam, amplam, luteam, radiatim circinatā, in qua ſemen nudum dependet: radicem candidam, longam & odoratā. Prouenit paſſim in hortis, interdum etiam ſponte. Cal. 3. ſic. 1. Hinc quia non admodum deſiccat, lac generare dicunt. Suffuſis auxiliatur, urinam menſeſq; cit. In Iberia occidentali liquorem gummi ſimilem reddit, caulem medium, dum herba floret ruſtici demetunt, igni'q; admouent, quô facilius ui caloris exudans gummi remittat. Hoc efficax eſt ad medicamenta oculorū. Eſt & ſylueſtre fœniculum magnum, ſemen fert canchryi ſimile, cuius radix iucundè olet. Bibitur contra urinę ſtillicidia. Potum aluum ſiſtit, ſerpentium morſibus ſubuenit, ueſicę calculos frangit. Naſcitur in calidis & ſaxoſis. In Mauritanea tantę amplitudinis, ut caulis duodecim cubitis aſſurgat, craſſitudine palmorū quatuor. Traditur aliud ſylueſtre fœniculum

folijs

folijs anguſtis, exilibus, & oblongis: ſemine rotundo, acri & odorato, coriandro ſimile.

Excalfaciendi naturam habet, & uirib⁹ antedicto reſpondet, ſed inefficacius eſt.

Fœniculus porcinus, lege Peucedanus.

Fœnumgræcum, Gręcè τῆλις, Columella ſiimpliciter ſiliquam nominat, Plinius ſiliciā, Varro ſiliculam, Germani bockſhören/ odder kühorn. Cauliculis emicat exilibus, rubicundis: folio penè trifolij. flore cādido & exiguo: ſemine fuluo in ſiliquis oblongis, ac cornu inſtar incuruis. Radice ſubrotunda & oblonga innititur. Satum paſſim penè prouenit. Cal. 2. ſic. 1. Idcirco feruidas inflammationes irritat, minus autē calidas & induratas magis diſcutiendo perſanat. Varijs modis comeditur, ſed copioſius ſumptum caput tentat.

Folium, uide Phyllon & Malobathrum.

Fontalis, quære Potamogeton.

Fortis herba, uel ut quidam habent ſortis, ea eſt, autore Fuchſio, quæ Germanis heidniſʒ wundkraut uocatur, quòd fortè à Sarracenis reperta putetur. Hinc à quibuſdam Conſolida Sarracenica dicitur. Caulem êdit rubeſcentē, ac cauum, duûm triumúe cubitorum: è q̊ prodeunt folia oblonga, in extremitatibus ſerræ

modo inciſa, ſaliciq́ſ ſimilia : flores luteos, in pappos euaneſcẽtes: radicem multifidam, foriſq́ rubentẽ. Naſcitur in ſyluis & in montibus altis. Siccat, q̃a guſtu adſtringit, modiceq́ amara eſt. Impoſita uulneribus carnem primùm generat, dein ſtatim glutinat. Sicca in puluerem trita recentia uulnera, ſi inſpargat̃, celeriter ſanat. Fiſtulis etiam medetur.

Fragaria erdtberenkraut: fragum eyn erdtbeer. Nonnulli putant eſſe βάτον ἰδαίαν, id eſt, rubum idæum. Herba ſine caule ſpargitur humi, multis à radice lanuginoſis pediculis, q̊rũ alij flore candido coronantur, alij trigemino comantur folio, per ambitum ſarrato atq; uenoſo, alij fructum gerunt exiguis quidem moris haud abſimilem, cæterùm ſui generis, ſolidum, calloſum, tenerum, cùm maturuit rubẽtem, tum guſtu, tum etiam odore ſuauiſſimũ. Radice foris atra, aut rubeſcente, intus candida, multo fibrata capillitio. Cultus diligentia non magnitudine ſolùm proficiunt, ſed interdum etiam è rubris in candida degenerãt. Herba cibo ſumpta medetur lienoſis, item ſuccus ex melle potus. Idem cum pipere candido datur ſuſpirioſis. Fraga ſitim ſedant, ſtomacho proſunt, præſertim bilioſo. Succus fragis ex-

pri-

primitur, uetuſtate uires accipiens, præſentaneo remedio ad faciei ulcera, oculorum ſuffuſiones, epiphorasq́ʒ. Radicis decoctum iocinoroſis feruores mulcet matutino & meridie potum. Folia fri. & hum. pri. Fructus immaturus fri. & ſic.. Maturus uerò cal. & ſic.

Fraxinus eyneſchbaum, à fragoſis locis, in quibus naſcitur, nomen habet. Arbor eſt procera & teres, Achillis haſta multùm nobilitata. Diuiditur in duo genera: Alterũ excelſum procerũq́ʒ, ligno candido, molliore, criſpiore, neruoſo, enodi: Alterũ humilius, ſcabriore, duriore, fuſciore: ſed folio laurus latifoliæ acutiore, leuiterq́ʒ in ambitu ſerrato. Ramulũ totũ, ceu folio ſingulari credas conſtare: quoniam ab pediculo uno folia ſimul cuncta erũpunt, & per ampla uerſuũ interualla, tanquam per genicula continenter ordineq́ʒ pendeant, perinde ut in Sorbo: unde pennata dicitur à Plinio. Candidæ ſunt internodia latiora, coniugationesq́ʒ plures & folia longiuſcula, & magis anguſta, coloris herbacei. Cortex leuis, ſpiſſus & tenuis, rubro colore. Radices crebræ, ſublimes & craſſæ. Quæ naſcitur in Ida Troiadis mõte, adeò ſimilis eſt citro, ut ementes fallat ſublato cortice. Ampliſſimam habet

Macedonia. Campeſtris fraxinus criſpa eſt, montana, ſpiſſa. Folia eius iumentis mortifera ſunt, cæteris ruminantiũ innocua, idq́ꝫ in Grecia. Succo expreſſo ad potum contra ſerpẽtes & impoſita ulceribus opifera eſt. Tantaq́ꝫ eſt uis, ut nec matutinas, nec occidentes umbras quamuis longiſſimas arboris eius ſerpens attingat, adeò ut ipſam procul fugiat. Expertũ ſe Plinius dicit, ſi fronde ea claudatur ignis & ſerpens, in ignem potius, quàm in fraxinũ fugere. Floret fraxinus priuſquam prodierint ſerpentes, nec antè conditas dimittit. Gaudet aquoſis montibus. Materies obediẽtiſſima eſt quocunq; in opere. Faciendis haſtis melior Corylo, cornu leuior, Sorbo lentior. Cortex eius crematus, illitusq́ꝫ ex aqua lepras ſeparat. Ligni uerò ramenta ſi bibantur, letalia eſſe ferunt.

Frit uocant, quod in ſummo cacumine ſpicæ iam maturæ grano minus geritur.

Fucus uel phycus marinus, *meergraß*: alio nomine Alga dicitur: quanquam Plinius quodam loco differre putat: ut hæc ſit herba, ille frutex. Tria complectitur genera: unum folio lato uiridi, ob id praſſum uocatum, radice foris piloſa, intus ſquamatim compacta, prelonga

ga & craſſa, ut cæpis & gethyo: alterum ſimile fœniculo, nec uiride, ſed pallidum, ſine caule, rigens tantùm atq; ſtans, & ob id copten à duritia uocant. Nāſcitur in terra, quæ mari alluitur in teſtis fractis, ſaxisq́ʒ. Extra Herculis columnas magnitudine mirabili: tertium gramini ſimile eſt, radice longa, obliqua, geniculata, caule hirundinis. Tria genera folio diſtinguunt: primum lato, ſecundum longo, quod & rubens ſit, ultimū criſpo, quod & pelagion & Cretenſe nominatur. Copioſiſſimum enim & præſtantiſſimum circa Cretam prouenit, quo & tęnias, & lanas, & ueſtes inficiant, prouocante purpuras, quamdiu recens tinctura eſt, ita colorē alligans, ut elui poſtea non poſſit: ob id pſeudoconchylion à Democrito uocatur, & flos ſiue coccus marinus. Hoc fuco quidam putant mulieres ſuum colorem mentiri: cùm tamen ſit radicula eiuſdem nominis, qua ſeſe fucant. Refrigerat fucus, ſiccatq́ʒ in 2. ordine, ac mediocriter etiam adſtringit.

Fumaria, lege Capnos.

Fungus pfifferling, cortice, medulla, neruo, uena caret, pediculo admodū æquali: quāquam qui ex ijs pezicæ à Græcis uocant, nec pediculum, nec radicem habēt. Origo prima

è limo & aceſcente ſucco madentis terræ, aut radicis fermè glandiferæ. Initio ſpuma lentior, dein corpus membranæ ſimile, mox partus in pediculo perficitur, raroq́ꝫ unquam gemini ex uno pede. Duplex eorum differentia: aut enim mandunt, aut perniciales ſunt. Quã differentiam unico carmine decreuit Horatius: Pratenſibus optima fungis Natura eſt, alijs malè creditur. Multis de cauſis ueneno ſi gignuntur: ubi uidelicet clauus ferreus, in quo ſit rubigo: aũt panni marcor adfuerit, aut ſi iuxta cauernam ſerpentis, arboresúe, quę priuatim pariunt noxios fructus, erumpant. Continent qui tales ſunt, neſcio q̊d ſtrigmentũ concretamq́ꝫ pituitam, terraq́ꝫ eruti quàm celerrimè computreſcunt, atq; marcore uiciãtur. Sed qui ueneno imbuti non ſunt, ſuauem in iuribus gratiam habent. Largiùs tamẽ ſumpti nocent, & ægriùs concocti ſtrangulant, aut choleram morbum citant. Frigidi enim ſunt & humidi. Omnium minus nocentes ſunt boleti ad ſummum elixi. Secundum poſt boletos ordinem habent, qui Amanitæ dicuntur. A cæteris abſtinendum eſt: plures enim eorũ mortiferi ſunt. Quinetiam boleti ipſi, ſi minus elixi comedantur, periculi mortisq́ꝫ cauſam habent.

Funus

Funus arborum, lege Smilax læuis.
Fuſus agreſtis,uide Atractylis.

Quæ ab G ſumunt exordium.

CAPVT VIII.

GAlanga Galgen wurtz. Aliqui putãt eſſe cyperum Babylonicum. Radix eſt ponderoſa, rubenti cortice, guſtu perquam acri, odorata. Cali. ter. Coctionem iuuat,uentriculi ex frigida cauſa dolores finit. Cocta ex uino ſpiritus digerit. Cerebrum roborat naribus indita. Os commendat. Ex ſucco plantaginis datur,quibus cor palpitans micat. Cœliacis & coli doloribus, noxio ſpiritu conceptis,auxiliatur. Acinis ſubuenit ructibus.

Galbanum,uel us, liquor eſt naſcentis in Syria ferulæ, quod Metopium nonnulli uocant. Laudaẽ ſuccus,ſi cartilaginoſus ſit,merus,thuris effigiem prębens,pinguis,minimè lignoſus,retinens nonnihil adiecti ſeminis et ferulæ,graui odore,neq; ualde humidus,neq; nimis aridus. Adulteratur admixta reſina,lomento fabæ,& ammoniaca gutta. Si purgare galbanum uoles,in feruentem aquam demittito, namq; cùm liquefactum fuerit, eius ſor-

des fluitabunt, quas hoc modo facilè ſeparabis: mundo linteo raroq́ꝫ alligatum in fictili aut ærea pyxide ita pendeat, ut imum uaſis ne tangat: opertoq́ꝫ uaſe in feruidam aquam demittito: ſic enim ſyncerum, ueluti per colum eliqueſcet, & lignoſum in linteo remanebit. Cal.3.ſic.2. Molliendi & diſcuſſoriam uim habet.

Galbulus, pilea uel nux cupreſſi.

Galeopſis, quòd flores eius galeę adſpectũ referant, nomen habet: uel quòd ſimiles ſint capiti muſtelæ: & ſic legendum eſt galiopſis, Latinè urtica labeo nominatur. Recentiores ſcrophulariã maiorem dicunt, à curãdis ſcrophulis, id eſt, ſtrumis, Germanicè ſywartzenkraut/ ſewwurtz/ braünwurtz. Frutex in totũ caulem & folia habet urticę ſimilia, leuiora, et quæ trita grauem odorem reddant: flore purpureo, tenui. Naſcitur circa ſepes, ædificiorũ areas, ac ſemitas ubiq;. Scirroſos tumores diſſipat, & emollit. Item ulcera ſerpentia emplaſtri modo impoſita curat.

Galion uel gallion, nomen ex eo traxit, q in contrahendo lacte coaguli uicem impleat: vnſer lieber frouwenn bethſtro. Ramulos êdit rectos, & folia aparinæ ſimilimum: florem in

cacu

cacumine luteũ,tenuem, denſum, copioſum, odoratum. Naſcitur in pratis,paluſtribusq́ꝫ locis. Siccandi uim, mediocremq́ꝫ acrimoniam habet. valet contra dentium dolores: flos eius ad ſanguinis ex naribus eruptiones & ambuſta congruit. Radix Venerem concitat.

Galla, fructus eſt quercus. Alia parua eſt, tuberoſa,ſolida, nullo foramine peruia, quæ omphacitis,id eſt,immatura appellatur. Alia plana,leuis,perforata. Quæ immatura eſt affatim adſtringit,ſiccat, fluxiones repellit, contrahitq́ꝫ,laxa ſtringit,& partes imbecillas firmat, fluidisq́ꝫ omnibus affectionibus accommodata eſt. Fri.2.ſic.3. Altero, quæ flauo colore inanis magnaq́ꝫ eſt, nõ tantam in ſiccando & adſtringẽdo habet efficaciam. Sedis inflammationes,& procidentias excocta iuuat. Gallæ combuſtæ,& aceto reſtinctæ ſanguinẽ ſupprimũt. Naſcitur Sole de Geminis exeunte, erumpẽs noctu ſuper uniuerſa: creſcit uno die candidior, & ſi excepta eſt æſtu, areſcit protinus,nec ad iuſtam magnitudinem grandeſcit. Nigra diutius uires,interdum mâli amplitudine: quæ ſine oleo flagrat.

Geminalis,uide Orminum.

Geniſta gynſteren. Forma à ſparto differt,

licet habeat eaſdem cum eo uires. Geniſta ramos fert herbaceos, ſcabros, folijs minutis ſcatentes: florem luteum, apibusq́ gratiſſimũ: ſemen lenticulis haud abſimile, quod ſiliquis innaſcitur: radicem ſubluteam. Naſcitur in ſyluis & iuxta ſyluas. Cal. ſic. 2. Seminis eius contra podagram magnus eſt uſus.

Geniſtella ſtechede gynſteren. Frutex eſt geniſta humilior & exilior. Folia profert roſmarino ferê ſimilia, ſed rigida ac pungentia, quare à quibuſdam roſmarinus aculeatus nominatur: florem luteum piſo non diſſimilem: ſemen in exiguis ſiliquis rufum: radicem ſubluteam. Naſcitur in arenoſis locis ſecus uias. Adſtringentem cum amaritudine facultatẽ poſſidet: quare uehementer citra mordacitatẽ exiccat. Idem poteſt quod Hippuris. Apes ex floribus eius improbum mel conficiunt.

Gentiana nomen retinet à Gentio, Illyriorum rege, qui in bello primus eius uires reperit: Enzien. Folia gentianæ iuxta radicẽ erumpunt iuglandi, plantaginiue ſimilia, ſubrubra: quæ uerò à medio caule ſeu cacumine prodeunt breuioribus inciſuris ſecta ſunt. Caulem êdit cauum, leuem, geniculatũ, & ex interuallis maioribus foliatum, digiti craſſitudine, &

binûm

binûm cubitorum longitudine: flores luteos, primùm calycibus incluſos, poſtea intumeſcentes explicãtur: ſemen in calycibus latum, leuè, glumoſum, ad ſpondilij ſemen accedẽs: radicem longam, ſimilem Ariſtolochiæ longæ, craſſam & impenſè amaram. Naſcitur in ſublimibus montium iugis, umbroſis locis, aquoſisq́ꝫ. Radix cal. & ſic. Efficax admodum eſt, cùm opus eſt extenuatione, purgatione, abſterſione, obſtructionis liberatione.

Geraniũ, à gruis capitis imagine, quę ſummo eius plantæ capitulo ineſt, nominatũ eſt. Recentiores Roſtrum ciconiæ uocant. Caules profert à radice rubentes, lanuginoſos, folia anemones, diuiſuris inciſa: flores purpureos, & in cacumine caulium faſtigia capitulis ciconiæ aut gruum, cum roſtellis longitudine acus emicantia: radicem oblongam, rotundã, dulcemq́ꝫ. Hoc uulgò acus paſtoris & muſcata dicitur, Germanicè ſtorcken ſchnabel. Prouenit in campeſtribus, & nonnunquam inter ſegetes. Dioſcorides addit alterum eius genus, q̄d uulgus Pedẽ columbinũ appellat: taubenn fuß/oder ſchartenkraut. Caules tenues êdit, ut ꝯcedẽs, rubẽtes à radice ſtatim, lanuginoſoq́ꝫ: folia maluę ſimilia, candidiora: floſculos ſubpurpu-

pureos gruini capitis modo roſtrata:radicem tenuem & oblongã:amat colliculos. Fuchſius præter hæc duo, quatuor alia adiecit genera: quorum primum Herba Roberti nonnullis dicitur, S. Ruprechts kraut. Caules obtinet à radice rubeſcentes, lanuginoſos, geniculatos, ſaporis & odoris iniucundos: folia chærephyllo aut artemiſiæ, tenui foliæ ſimilia: flores purpureos: capitella ſuperiori ſimilia: radicẽ intus uiridem & adſtringentem. In dumetis & umbroſis prouenit. Alterum Franenhalß Germanicè appellatur, proximo ferè per omnia ſimile, folia admodum laciniata habet, & in capitellis ſemina quinque naſcuntur: radicem intus candidam, extra ſubluteam. Naſcitur in agrorum limitibus, & iuxta ſepes. Tertium, ab inſigni in ſanandis uulneribus effectu, uulgus Gratiam Dei uocat, Germani gotteß gnad. Hoc reliqua omnia magnitudine excedit: caules eius ſunt oblongi, rotundi, modicè lanuginoſi, à radice ſtatim rubentes: folia ranunculo ſimilia: flores penè cœrulei, capitella præcedenti geramo ſimilia: radix craſſa & longa, multis exiguis radiculis ueluti capillamẽtis q-buſdam fibrata. Naſcitur in pratis. Quartum ſecundo Fuchſij ſimilimum eſt, nec ferè ab illo,

lo, niſi ſola magnitudine foliorum, florum & radicis diſtat, Germanicè *blutwurz*, à rubro colore, aut mirifica in ſiſtendo ſanguinis profluuio facultate, uocatur. Radicem habet intus & extrà rufam. Prouenit in locis montoſis, & ſaxoſis. Omnium folia & radices, primo excepto, cuius radix dulcis eſt quodammodo, atq; adeò diſcutiendi ui prædita, adſtringunt & ſiccāt. Omnia in ſanandis uulneribus & fiſtulis mirum habent effectũ, licet ueteres medici ſecundum, tanquam nullius in medicina uſus, damnarunt.

Gerontopogon, uide Barba ſenilis.

Gethyum, uel Gethyllis *ſnytlouch*, è genere cæparum eſt. Didymus ſimile fecit ampeopraſo: Epænetus uocat capitatum porrum: Theophraſto penè ſine capite eſt, ceruicis tantùm longæ, & ideò totum in fronde, ſæpiusq; reſecatur, ut porrum: quapropter & illud ſerunt, non deponunt tempore Veris. Decimo aut duodecimo die proſilit, ſed è recēti ſemine maturius. Germinat è latere, uno caule conſurgit, ſed quo radix ipſa deficiatur, folijs intus cauis. Condimentarium eſt, minimè tamē durat.

Geum radiculas tenues & nigras habet,

beneuo-

beneolentis ac iucundi ſaporis. Pectoris & lateris doloribus medetur, cruditates diſcutit. Alij ſuſpicantur morſum diaboli, alij Caryophyllatam.

Gingiber, uel zingiber, uulgò zinziber in Troglodytica Arabia magna ex parte & in India naſcitur. Prouenit gramini ſimile, geniculatum, nouasq; ſubinde radices agens, longius ſub terra augetur, inueniturq; ubiq; non aliter, quàm & noſtrũ gramen: bis aut ter per annum folia profert, quæ harundinacea ſunt, ſed non tantæ longitudinis latitudinisq; : nihil eo frequentius tota illa regione & copioſius naſcitur: ingensq; ſaporis diſcrimẽ ex tempore quo lectum fuerit ſentitur. Virente ea, ad multa, perinde atq; nos Ruta, utuntur, & primis potibus & edulijs admiſcent. Huius radices, cyperi modo, paruæ ſunt, candicantes, & odoratæ, atq; piper ſapore imitãtur. Eligi debent quæ teredines non nouerunt. A multis tamen ob id condiũtur, quòd celeriter cariem ſentiant. Fictilibus in Italiam aſportatur. Cibo conueniens eſt, & cum condimento adſumit. Impenſè calefacit, ſed non primo ſtatim occurſu, quòd ineuictę cuiuſdam & craſſioris humiditatis particeps ſit, ꝑopter quam etiam facilè

cilè perforatur: firmam autem conſeruat ca-
iditatem.

Gingidium Feruelkraut. uulgò hodie chę-
ephyllon dicitur. Sed diuerſum eſt à chære-
hyllo ſuperiùs dicto. Gingidium herbula eſt
ylueſtri paſtinacæ ſimilis, tenuior tantùm &
marior: floribus candidis, ſemine in ſiliquis
xiguis oblongo, anguſto, & acuminato: ra-
ice parua, candicante, ſubamara. Colitur ho
ie paſſim in hortis. Olus hoc crudum, coctũ,
onditumúe eſtur. Calorem non adeo mani-
eſtum obtinet, ſiccat tamen in tertio gradu,
adſtringit: qua de cauſa & ſtomacho utile
ſt.

Gith, Gręcè μελάνθιον, à nigro ſeminis co-
ore dicitur: ob id etiam Latinè dicitur papa-
er nigrum, uel nigella, Germanicè ſchwartz-
ümme. Frutex eſt puſillus, ramulis tenuibus,
pe binos dodrantes excedens, folijs minu-
s ſenetionis herbæ ſimilibus, multò tamen
xilioribus: capitulo in cacumine exiguo, ceu
apaueris, oblongo, intercurſantibus internè
ſtinctionibus loculoſis quinque aut ſex, in
mmitate extrinſecus corniculatis, quibus
men nigrum, acre, odoratum includitur. Eſt
oq; aliud apud Fuchſium eiuſdem generis,
folia

folia Coriandri ſimilia habens, Germanic
ſchwartz coriander dictum. Addit tertium g
nus ſemen ędens flauum; uulgus nigellam ci
trinam nominat. In hortis ſata proueniũt. P
teſt his addi quartum genus, ſylueſtre ſcilicet
in agris ſua ſponte creſcens. Quod tamē qui-
buſdam uidetur eſſe tertium genus cumini ſy
ueſtris. Cal.ſic.ter. Tenuis ſubſtantię eſt, und
deſtillationibus in nares olfactu prodeſt, in
tus aſſumpta diſcutiendis flatibus ſingulari
eſt: quinetiam amari particeps deprehēditur
quo lumbricos interficit: abſtergit & incîdit
hinc quoq; recta ceruice ſpirantibus commo-
dè exhibetur. Item lepras exterit, myrmecias
eijcit, & menſtrua incitat.

Gladiolus nomen habet, quòd folium gla
dij præbeat ſpeciem: Græcè ξίφιον uocant, alij
phaſganon, alij machæronion. Folium fert
iridi ſimile, ſed minus & anguſtius, & gladij
modo mucronatum: caulem habet ex medijs
folijs exeuntē cubitalem, craſſum, in quo pur-
purei flores in ordinem digeſti inter ſe diſtāt:
rotundum ſemen, radices geminas, unam bul
borum modo ſuper alteram inſidentem, qua-
rum inferior gracilis eſt, ſuperna uberior. Na-
ſcitur in pratis. Radix eius trahit, diſcutit, &
ſiccat.

Glans

Glans, uide Quercus.

Glandes Sardianę,lege Caſtanea.

Glans unguentaria,uel myrobalanus,ſiue balanus myrepſica. Fructus eſt arboris myricæ ſimilis,in magnitudine auellanę nucis,cuius nucleus Gręcarum nucum more tritus, humorem reddit, quo ad precioſa unguēta pro oleo utuntur. Naſcitur in Aethyopia,Aegypto,Arabia, & Petra oppido ſecus Iudæam. Præfertur plena,recens, candida, quæ facilè delibretur. Quæ intra unguentariam glandē, ceu carnoſa ſunt, abſtergendi incidendiq; cū adſtrictione uim habēt,eam'q; ob cauſam denarij unius pondere cum mulſa pota,facilè uomitiones cient,& inferiorem uentrem ſubducunt. Cum poſca autem laxandis extis accommodata ſunt. Item cutis uitia cum aceto peruncta exterunt. Cortex alioquin egregia adſtringendi uirtute pollet.

Glaſtū, Græci ἰσάτις, Barbari Guadū, Germani weidt uocāt. Duplex eius eſt genus: ſatiuum, quo tinctores utuntur, foliū habet plantagini ſimile, uerùm pinguius, nigrius'q;: caulem autem duobus cubitis altiorem. Sylueſtre ſatiuo ſimile exiſtit. Folia continet maiora ad lactucę folia accedentia, caules tenuiores, mul

tifidos, rubentes, in cacumine folliculos linguarum quandam effigiem referentes, multos pendulosq́ꝫ habentes, in quibus ſemen: florem luteum, tenuem. Domeſticum ſiccandi & adſtringendi uires habet: hinc eſt quòd magna uulnera in duris glutinat corporibus, ſanguinem erumpentem compeſcit, laxos tumores diſcutit, ac omnibꝰ malignis ulceribus reſiſtit. Syluestre autem cùm magis rodat, magisq́ꝫ ideo ſiccet, ualentius aduerſus humidas putredines pugnat, ad cętera deterius, ut quod immoderatius mordeat. Cæterùm ob uirium uehementiam lienoſis quoqꝫ utiliter adhibetᷣ.

Glaucium ſuccus eſt herbæ, quæ ad Hierapolim Syriæ naſcitᷣ, folijs ferè corniculati papaueris, pinguioribus tamen, in terram ſparſis, odoris tetri, guſtus amari. Tota croceo ſucco madet. Folia in olla fictili clibanis non adeò calentibus imponunt incolæ, uſquedum calore inareſcãt: dein contuſis ſuccum exprimunt. Adſtringit, guſtãti nonnihil ingratum, manifeſtè refrigerat, eaq́ꝫ in ſacris ignibus nõ ualidis ſuccurrit.

Glaux folia êdit cytiſo & lenticulę ſimilia, quæ ſupernè uirent, auerſaq́ꝫ candidiora ſpectantur. Ramuli dodrantales à terra ſurgunt

quini

quini ſeniúe, tenues ab radice, flores ceu uiolæ albæ, purpurei, minores tamen. Naſcitur iuxta mare. Calidi & humidi temperamenti gratia lacti generando idonea eſt.

Gleſſum farris genus.

Glycyrrhiza, Latinè dulcis radix. Breuis frutex eſt, ramis binûm cubitorum altitudine aſſurgentibus: in quibus folia ſunt lentiſco ſimilia, denſa, pinguia, tactuq́ glutinoſa: florē fert hyacinthi: fructum pilularum platani magnitudinis, aſperiorem: qui ſiliquas lentium modo habet, rufas & paruas: radices longas, buxei coloris, ut gentianæ, ſubacerbas & dulces, ex quibus lycij modo ſuccus exprimitur. Tepidi humidiq́ tēperamenti eſt, alicuius etiā adſtrictionis particeps, eoq́ nō modò fauces exaſperatas læuigat, ſed etiam ueſicæ ſcabiei medetur: eadem ſitim arcet.

Gnaphalium in Centūculo indicatum eſt.

Gordylion, uide Tordylion.

Goſſipium, uel xylum: Barbari Cotum, Bombax, ſeu Bombaſum uocant: Germani baumwol. Linum eius cotonium uulgò uocatur, ſicut lanugo ipſa cotonū. Hinc ueſtes xylinæ, & lyna xylinata nominata ſunt. Frutex ipſe eſt exiguus, laniger, palmę folio, ſimilem

barbatæ nuci gignens fructum, lanugine plenum, quę netur in linum candidiſſimum, molliſſimumq́. Fructus ipſe cum hiaſcens fatiſcit, lanuginis globos reprę ſentat. Naſcitur in ſuperiore parte Aegypti, & in Creta, & in Apulia ac Maltha. Nunc in quibuſdam Germaniæ hortis etiam plantatur. Frutex hic tam fertilis eſt, ut duûm menſium ſpacio adoleſcat, ac deinde nunquam florem & fructũ proferre deſinat, donec aſperitate hyemis impediať. Gignitur & lanugo in quadã arbore, cuius folia ni maiora eſſent, uicium planè poterant uideri, cucurbitis cotonei mâli amplitudine, quæ maturitate oſtendũt lanuginis pilas, ex quibus ueſtes precioſo linteo texunt. Theophraſtus lanigeras Indiæ arbores demonſtrat mori folio, corpore autem cynorrhodi. Foliorũ ſuccus medetur infantium torminibus, ſemẽ tuſſi & pectoris uicijs. Oleo eius emaculanť lentigines.

Gramen graß, Græcè ἄγρωστις. Geniculatis per terram ſerpit ramulis, à quibus crebrò radices ſpargit dulces, articulis præcinctas. Folia eius acuminata, dura, & ut paruę arundinis lata. Ea iumenta bouesq́ paſcunt. Eſt quoque arundinaceũ gramẽ, priore multò maius, q̊d

iumen-

iumenta necare traditur, præſertim in Babylone: idq́ iuxta uias naſcitur. Quod in Parnaſo monte gignitur, denſius frutificat: folijs hederaceis: flore odorato, candido: ſemine paruo, non inutili: radicibus quinis aut ſenis, digitali craſſitudine, candidis, mollibus, & admodum dulcibus. Natum in Cilicia gramen, q̊d incolæ Cinnam appellant, boues inflammat, ſi eo uirenti ſæpe paſcantur. Graminis radix mediocriter refrigerat & ſiccat. Parum aliq̄d mordax habet ac ſubtile. Herba frigefacit primò, inter humidum & ſiccum media. Huius ſemen alibi quidem imbecillum eſt, in Parnaſo autem inuentum ſiccat, ſubtile ſubacerbūq́ eſt.

Groſſus ficus immatura, quæ uerò Erineus nonnullis uocatur, acris & diſcuſſorius eſt, liquoris gratia, qui in ipſo continetur. Coctus igitur duros tumores diſſipat: crudus myrmecias & thymos exterit.

Guaiacum è Spagnola inſula in Occidente iuxta Americam, ſimul cum illa ſuperioribus annis inter nouas terras, & antiquis incognitas reperta, ad nos uenit. Erat nobilis quidam Hiſpanus, cùm quæſtor in prouincia eſſet, ac morbo Gallico grauiter affligeret, mon

ſtrata ab indigenis ex illo ligno medicina, uſum eius in Hiſpanias attulit. Aiunt creſcere, qua apud nos, fraxinus, proceritate, arborem teretem, ac nuces gignere caſtanearũ forma. Materia eius unguinoſa eſt, reſinaceum quid ſpirans: color qui buxo, ſed nigreſcens, atq; id optimum putant, in quo quàm plurimùm nigri eſt in medulla. Ponderoſiſſimũ eſt ipſum lignum, adeò, ut in aqua minutiſſimè etiã inciſum, non ſupernatet, duritie robur omne ſuperat, nec fatiſcit. Vritur atq; inflammat̃, odore non inſuaui. Ab accenſo gummi profluit, quod nondum ſcimus, quem in uſum cedat: ſubnigrum eſt, & ſtatim poſtquam deciderit, perdurum. Cortex haud ita denſus, ſed immodicè durus. Præparatur hunc in modum. Lignum oportet primùm in fruſta, quantum licet puſilla comminui, aut in ſcobem & puluerem redigi, pondere unius libræ, dein id macerandum in libris octo aquę fluuialis, aut puteaneæ diem, & noctem: ac poſtea percoquendum lento uapore in olla uitreata noua, & diligenter elota ac bene obturata, ad prunam horis amplius ſex, dum ad dimidiam partem ſe imminuat, magna cura & attenta cuſtodia, ne nimio calore ebulliat. Nam quod exundaue-

rit,

rit, multum de ui perdere aiunt, & minus eſſe efficax: ob id'q; ad flammam coqui non ſuſtinet, & prunam quoq; modicā petit, ac ollam quæ non repleatur, ſed cuius tertia propè pars uacet. Spuma, quæ inter coquendum innatat, detrahitur leuiter aperta olla, qua exempta recluditur: ulcerum quibus obungitur medicamento futura. Nam uis ei ineſt deſiccatoria efficaciſſima. Sic decoctum percolandum eſt, atq; in ampullam uitream defundendum: deinde ex relicto denuo ſcobe, cum libris octo aquæ, quandā quaſi loram aut tortiuum percoques. Hoc tenue ad cibum potui dato, prius illud medicinæ loco ſorbetur. Sapor primùm guſtantibus ſubacidus, paulatim aſſueſcēti iucundus. Hoc mortalibus ſqualida, horrēda'q; Gallicarum puſtularum lue affectis, & propè conſumptis, facile tutum'q; præſtat refugium. Rationem autem curandi morbum per hoc lignum, elegantiſſimo libello deſcripſit Huttenus.

Quæ ab H ſumunt initium.

CAPVT IX.

HAemodorum Fœnogręco ſubnaſcitur, ſingulari caule à radice, nec longè diſſi-

 mili

mili conſurgens:in culmine quippiam capitis inſtar gerit:radice ſubrotunda innititur:innaſcitur & cumino.

Halicacabus,uide Solanum.

Halimus à Gaza auro uertitur. Frutex eſt ſepimentis idoneus, rhamno ſimilis, ſine ſpinis,folijs oleæ,ſed latioribus.Naſcitur in maritimis ſæpibus.Folia olerum modo in cibos coquuntur.Diſſimilarium partium eſt,ſalſum guſtu, & leuiter adſtringens, maxima ipſius pars calore temperata cum humiditate inſuperabili eſt,& lactis ubertatem conciliat.

Haliphlœos,ſalſi cortex ſecundũ Gazam, glandis ſpecies.

Halmyris braſſicę genus apud Athenęum, quanquam & Halimus ita dicatur Aëtio.

Harundo κάλαμος à Græcis dicitur, radices eius uiuaces,geniculatæ, ac ferè inſolæ, ſimiles eius partibus,quæ ſupra terram eminẽt. Quędam ex eis naſtos, id eſt,toto internodio concreta & plena, uocatur: ex qua ſagittæ factitari ſolent: quædam fœmina,qua tibiarum ligulas efficiunt,quędam ſyringias,quaſi fiſtularis dicta, carnoſa, crebris cincta geniculis, ad librorum conſcriptionem accommodata: quædam craſſa,concaua,apud amnes naſcẽs, à qui-

à quibuſdam Cypria, ab alijs Donax appellata: quædam Phragmites ſeu uallatoria, gracilis, candicans. Hæc extergit, folia ipſius uiridia mediocriter refrigerant. Cortex crematus cal. & ſic. ter. Radix cum bulbis illita, ſpicula & aculeos extrahit.

Haſtula regia, uide Aſphodelus.

Hecateïs, herba apud Ouidium, quibuſdã uidetur Aconitum.

Hedera, Græcè κισσός, Germanicè epheuu. Plurimas habet ſpecies. Nigra quædam eſt, quæ nigrum producit fructum, à Plinio Mas uocatur: parietib⁹ arboribusq; pertinaciſſimè radicoſis adhęret brachijs, in totum fruticoſa. Folia primùm cum pubeſcit anguloſa, ut plurimum in triangulam formam exeuntia, habet. Poſtea rotundanť pinguia, dura, immortali uirore: flore conſtant exili, uitigineo, non inodoro: baccas fert primùm herbaceas, mox atras, & nonnunquam croceas, longiori pediculo in uuæ modum dependentes: ſparſiores racemos non in globum candidæ modo coëuntes, ſed in acinos diſcretos: radicem numeroſam, denſam, flexuoſam, contortam, ac ſurculoſam, nec admodum profundã. Quædam candida dicitur, à candido fructu, quem fert:

Crocea Dionyſia quoq;, uel Bacchica diciť. Hoc coronabãtur poëtę.

fert:quæ à Plinio fœmina dicitur. Edit hęc inter media folia brachia quædam, quibus arbores complectitur, maximè ramoſa & robuſta, corymbis in orbem circumactis, aut folio albicat. Quædam etiam parua tenuiaq́; profert folia, anguloſa, & rubra, uiticulasq́; tenues ſine corymbis: quę helix, clauicula, & hederula nuncupatur. Contrarijs cõſtat uiribus, ut quę adſtringat & refrigeret. Item acris eſt & calida, aqueæ ſubſtãtiæ & tepidæ, cùm uiridis eſt, particeps. Eius folia uino incocta uulneribus glutinãdis, ambuſtis & lienoſis ſalutariter adhibẽtur. Succus ipſorum naribus ad pituitam educendam infunditur, diuturnis aurium defluxionibus ſuccurrit. Lachryma hederæ, ut quæ acrior ſit, pediculos enecat, & pilos abolet. Eſt quoq; hedera Citton appellata, quę ſtat recta ſine adminiculo.

Hedyſaron, ſecuridica, uel pelecinus degeneratione quadam lenti innaſcitur: & eam, ut Plinius ait, necat. Fruticoſa eſt, folijs ciceris. Semen rufum in ſiliquis fert, corniculorũ modo aduncis, quod ancipitem ſecurim æmulat̃: unde nomen accepit: amarum eſt guſtu, leuiterq́; adſtringit, unde potum ſtomacho gratum redditur, uiſcera obſtructa repurgat.

Helé

Helenium, elenium, uel inula, uulgò Enula campana: *Alant.* Caulis eius craſſus eſt, hirſutus, cubitalis, & aliquando maior, anguloſusq́; Cui ſupernè lutei flores inſident, & in his ſemen uerbaſco ſimile, tactu pruritũ excitans. Folia habet anguſtifolio uerbaſco ſimilia, lanuginoſiora tantùm & oblonga; radicem ſubrufam, odoratam, magnam, ſubacrem, ex qua agnatę propagines liliorum aut ari modo ſeruntur. Prouenit in umbroſis montibus, ſiccoq́; ſolo. Foditur ęſtate radix, particulatimq́; diſſecta ſiccatur. Calida eſt & ſicca cum excrementitia humiditate: quare & eclegmatis temperatum infarctos thoraci humores educit: ac particulæ ex eo ruborem contrahunt. Eſt alterum Helenij genus, quod in Aegypto naſcitur, herba cubitalibus ramulis, ſerpilli modo per humum repẽtibus; folijs lenticulæ circa ramos, ſed longioribus crebris'que: radice pallida, digiti minoris craſſitudine, per ima tenui, ſupernè craſſa, cortice nigro. In maritimis collibusq́; creſcit.

Heliathæ, uel heliocallis folia myrti: herba eſt magica.

Helicen ſalicis ſpeciem Arcades uocant, pumilam, naturæ ſpontaneæ; &, ut quidam uolunt

ſunt,fœcundo fructu. Eſt quoq; hederæ ſpecies helix dicta.

Helichryſus,uel Heliochryſus,uide Amaranthus.

Helioſelinum, lege Apium paluſtre.

Heliotropium, quòd folia cum ſole circũagit,dicitur. Hoc duplex eſt: Maius & Minus. Maius etiam Scorpiurus nominatur, quia florem fert effigie ſcorpionis caudæ. Folia êdit ocimi,hirſutiora,candidiora & maiora. Ramuli à radice terni, quaterni, aut ſæpe quini exiliunt,multis alis concaui:flos in cacumine candidus,aut ſubfuluus, incuruat ut ſcorpionis cauda:radix tenuis eſt,& inutilis. Naſcitur in aſperis. Calidam,ſiccam & abſtergẽdi uim præ ſe fert, cuius decoctum potu educit pituitam bilemq́;. Illitu fructus ipſius myrmecias, & huius notæ uicia perſiccat. Minus folia habet antedicto ſimilia,rotundiora:ſemen acrochordonum uerrucarum modo penſile &rotundum. Prouenit in paluſtribus iuxta lacus. Hoc quoq; myrmecias abolet, & lumbricos interimit,ſi cum fructu,nitro,hyſſopo,& cardamomo bibatur.

Helxine perdicium, uel urceolaris, uulgò parietaria uel muralis, Germanicè S. Peters

kraut/

kraut/dach vnd nacht dicitur. Colliculis conſtat tenuibus, ſubrubentibus, folijs Mercuriali ſimilibus, hirſutis, circa caules, ueluti exiguis ſeminibus, aſperis, ueſtibus adhærẽtibus: floribus purpureis minutiſſimis: radice ſubrufa, fibris capillata. Naſcitur in parietinis, ſepibus & macerijs. Abſtergẽdi ui pollet, leuiterq́ adſtringendi cum humiditate ſubfrigida.

Helxine ciſſampelos cognominata, quòd in uineis potiſſimùm naſcat̃, folio hederaceo. Dicitur & conuoluolus, quia reuolutione crebra uicinos frutices & herbas implicat: Germanicè mittel winden/oder weyngartenwynden. Folia ei inſunt hederæ ſimilia, minora tamen: ramuli exigui, circumplectentes quodcunq; contigerint: folia eius ſcanſili ordine alterna ſubeunt: flores primùm candidi lilij effigie, dein in puniceum uergentes: ſemen angulosum in folliculis, acinorum ſpecie. Vim habet diſcutiendi.

Hemerocallis, folium & caulem habet lilio ſimilia, porri modo uiridia. Flores in caule per ſingulos exortus terni aut quaterni erũpunt, lilij diuiſura, quoties dehiſcere cœperũt, colore perquam pallido. Radix magna eſt atque bulboſa, quæ uiribus lilio reſpondet, ſimiliter

liter illi ambuſtis opitulatur.

Hemeris, ſpecies eſt quercus.

Hemionitis à Plinio Teucrion dicitur, uulgò Scolopendria, & Lingua ceruina, Germanicè Hirtzung. Alia tamen eſt à Dioſcoridis Scolopendrio, quæ alio nomine Aſplenon dicitur. Folium emittit draçunculo ſimile, lunatum: radicibus cohæret multis, tenuibus, nunquam flores, neq; ſemen, neq; caulem gignit, in petroſis naſcens, auſtero ſapore. Adſtringit, quare lienoſis cum aceto pota ſuccurrit: hinc & ſplenion à nonnullis dicitur.

Hepatica, uide Lichen.

Hepatorium, lege Eupatorium.

Heptaphyllon à ſeptenario foliorũ numero: uulgò Tormentilla uocatur, à quibuſdam Biſtorta, quanquam & alia ſit eodem nomine: Germanicè Tormentil. Quinquefolio ſimilima eſt, niſi quòd ſeptem, non quinq; conſtat folijs, utrinq; lanuginoſis, exiguis, ſerratis, caulem ferè certis interſtitijs ambientibus: flores habet luteos: radicem puniceam, ac modicè intortã. Amat montoſos locos ac ſyluas. Eaſdem cum quinquefolio facultates continet. Quare uenenis reſiſtit, & oẽs ſanguinis eruptiones compeſcit.

Herba

Herba fortis, quære fortis herba.

Herba fullonum, lege Struthium.

Herba Roberti, dicta in Geranio.

Herba ſtellæ, quære Coronopum.

Herculacea Gazæ ſpinæ genus eſt.

Hermodactylus, quære Colchicum.

Heſpericum, lege Citrum.

Heſperis, uiola lutea, à tempore quo odoratior eſt, dicta: Barbaris Cheiri: nonnullis herba Gallica.

Hiberis, cardamantice, agriocardamon, lepidion, uel naſturcium agreſte, gauch blum/ oder wilder kreß nominatur. Folijs naſturtio ſimilibus conſtat, uerno tempore uirentibus: caule cubitali longitudine aut minore: flore lacteo: radicibus duabus, ſed una apud nos frequentius: odore naſturtij quàm acerrimo. Circa itinera & ſepes naſcitur. Cal. 4. minus tamen deſiccat. Similis naſturtio tum odore, tum guſtu, tum uiribus.

Hieracium nomen habet, quòd accipitres ſcalpendo eam, & oculis ſucco tinctis, obſcuritatem cùm ſenſêre, diſcutiant. Apuleius uocat Lactucam ſyluaticam. Duo genera habet. Maius caule conſtat aſpero, modicè rubente, ſpinoſo, concauo; folijs per interualla rariuſculè

ſculè diuiſis: ſoncho per ambitum ſimilibus: floribus in oblongis capitulis luteis. Minus emittit cauliculos teneros, uirentes, in quibus lutei flores orbem circinnātes emicant: folia ex interuallis per ambitū diuiſuris ſciſſa: utrūque in pratis prouenit. Vim obtinet refrigerandi, & modicè ſubſtringendi. Vnde illitum ſtomacho æſtuanti inflammationibusq; prodeſt. Succus eroſionem ſtomachi ſorbitione mitigat. Herba cum radice illita, uibratis à ſcorpione ictibus auxiliatur.

Hippocriſtes, arbor eſt hederacei generis.

Hippogloſſum frutex exiguus eſt, folia tenuis ruſci ſimilia habet: ſpinoſam comam, & in ſummo ceu lingulas è folijs exeuntes. Radix & ſuccus emolliēdi uirtute pollent. Corona ex comis impoſita capitis dolorē minuit.

Hippolapathon, uide Lapathon.

Hippomanes ſecundum Crateïam planta eſt fructu cucumeris ſylueſtris, folio autē nigriori, tanquam papaueris, ſpinoſo. Sunt qui etiam Apocynon uocent Hippomanes.

Hippomarathrum, id eſt, equifœniculum: eſt ſylueſtre fœniculum, de quo ſuprà.

Hippophaës, uel Hippophyes, nomen uidetur accepiſſe, quoniam fortè accommodata

ſit

ſit equorum naturæ, quemadmodũ & ea, quæ hippophæſtum appellatur, poſt hanc dicẽda. Hippophaës ſurculoſus frutex eſt, denſus, frondoſus. Folia fert longa, oleaginis ſimilia, anguſtiora tamen molliora q; inter quę candicantes ſpinæ emicant, ſiccæ, anguloſæ, interſtitio quodam diſtantes: flores hederæ corymbis ſimiles, racematim cohærentes, minuſculi, molles, cãdidi, & ex parte rubeſcẽtes. Radix lacteo ſucco madet, craſſa, mollis, amara guſtanti, ex qua thapſiæ modo ſuccus exprimit, qui per ſe, & cum erui farina ſubactus, ſiccat: & ad uſum reconditur. Bilem ac pituitam purgat. Naſcitur in ſabuloſis maritimiſq;. Fullones hoc frutice ueſtes uellicando poliunt. Totus frutex ſiccatus ad purgationes accommodatur.

Hippophæſton, genus quoq; eſt fulloniæ ſpinæ. Humilis herba eſt per terram ſerpens ſine cauliculo, & ſine flore: inanibus tantùm capitulis: folijs paruis, ſpinoſis: radicibus, mollibus, & craſſis. Naſcitur eiſdem locis, quibus Hippophaës. Succus radice, folijs & capitulo exprimitur, & exiccatur. Qui trium obolorũ pondere cum aqua mulſa, ad pituitam & aquã uacuandam exhibetur: maximè etiam conue-

nit non niſi ſubrecta ceruice ſpirantibus, comitialibus, & neruorum affectibus.

Hippoſelinum, Latinè Olus atrum, groß eppich. Satiuo apio maius eſt & candidius: caule alto, cauo, molli, ueluti lineas habente: folijs latioribus, in puniceum uergētibus: coma roriſmarini, florum plena, dependentibus in cacumen corymbis, antequam defloreſcat. Ea ſemine turget nigro, oblongo, acri, ſolido, odorato: radix demittitur tenuis, odorata, candida, ori grata. Naſcitur in umbroſis & paluſtribus. Eſtur olerum modo, ut apium: radix etiam cruda coctaúe. Folia cum caulibus decocta manduntur. Ei ſimilis apio uis eſt, ualidior tamen. Menſium autem & urinæ ciendę facultatem habet.

Hippuris, Latinè Equiſetum: herba aut ſalix equinalis, uel Cauda equina, Germanicè Roß ſchwantz/roß wadel/katzen zagel/katzen wedel/kanten kraut/ſchaiff daw dicitur. Duo eius genera ſunt: Vnum longius, quod uulgò Aſprellam uocat. Cauliculos continet inanes, leniter rubentes, ſubaſperos, ſolidos, geniculis, qui inuicem inſeruntur diſſectos, in quibus folia iuncea, crebra, & tenuia. In ſublime attollitur, uicinos arborum caudices ſcandens, obuolutuſq;

uolutuſq;

uolutumq́ dependet, comis multis, nigris, ut equorum cauda: unde nomen accepit: radix lignoſa, dura. Alterum breuius eſt, comas per interualla habet cādidiores, molliores, & breuiores. Vim habent adſtringentē cum amaritudine, eoq́ ualenter ſimul & ſine morſu deſiccant. Vulnera maxima conglutinãt, inteſtinorum ramicibus opitulantur, & uicijs fluore infeſtantibus cum uino pota medentur.

Hirci barba, lege Barba hirci.

Hirculus, uide Tragos.

Hirundinaria, lege Chelidoniam & Centummorbiam.

Hiſpanicum olus, quære Spinacea.

Holcus ariſtas habet in cacumine tenues, culmo quale hordeum reſtibile. In ſiccis ſaxis naſcitur. Hæc circa caput adligata, uel circa lacertum, educit ariſtas è corpore: quare nonnulli Ariſtidam uocauerunt. Multi Zeam eſſe contendunt inter ſaxa prouenientem. Alij ſylueſtrem eſſe uolunt auenam.

Holoſchœnos ſpecies iunci paluſtris.

Holoſteon uel Holoſtion, uel Oloſteum, herbula eſt quadrantalis per terram repens. Folia uiticulasq́ habet Coronopo aut gramini ſimilia, quibus uis eſt adſtringendi: radices

albas,prætenues,uſq; in capillamenti ſpeciem longitudine quatuor digitorum. Naſcitur in tumulis. Carnes conſtipat,decoctionibus addita. Siccat adſtringit'que, hinc eo ad rupta utuntur.

Hordeum gerſte. Duo eius genera conſtituunt ruſtici: Vnum polyſtichum,ſic dictum, quòd in multos uerſus ſpicetur. Proferunt enĩ ſpicam tribus,quatuor,& plurib⁹ uerſibus diſtinctam: hoc hordeum magnũ uocatur. Alterum hordeum minus,Diſtichum nominatum, quia in duos tantùm uerſus ſpicatur ; dicitur & Galaticum,ponderis & candoris eximij: quod oryzam quidam interpretant̃ ætate noſtra. Culmo tritici conſtat, fragiliori tamen minoriq́;,quinq;,ſex,& interdum pluribus geniculato articulis, ſimplici in ſtipula folio, & eo quidem ſcabro ac lato : granis ferè nudis,longiori capillamento, mordaciq́; ariſta. In uerſus ſpicatur: radicem habet frequentem,capillis fibratam. Agrum amat pinguiſſimum. Candidum & purum optimum eſt. Minus quàm triticum nutrit. Pauxillum abſterſionis habet. Fri.& ſic.pri. Fabarum lomento ſiccitate præcellit,minus flatuoſum eſt. Ex eo polenta, & ptiſana, medicamenta ueteribus

uſita-

uſitatiſſima, cõficiunt. Polenta hordeo multò magis ſiccat. Ptiſana, præter quod largius humectat, etiã abſtergit uehemẽtius. In India ſyluestre hordeũ naſcitur, iocũdũ in panis eſu. Hoc equis Alexandri appoſitũ, necabat eos primò, deinde in palea exhibitũ, paulatim noxiũ eſſe deſijt. Funditur & hoc in brachia, quemadmodum & crithanias. Ad Cedropolin in Thracia quod naſcitur, iumenta nõ attingunt: cuius rei cauſa, ut Theophraſto placet, eſt malus odor, etiam ſi non ſentitur, homini. Genera hordei complura: alijs granum rotundius & breuius, alijs maius, oblongius & rarius: aliud cãdicat: aliud uergit in purpurã, copioſius farina, ualidius quàm candidum. Hordeum cantherinũ, uel hexaſticum fragilem habet culmum, & nulla ueſtitum palea, celeriterq́ue decidens, ac tritu facile. Hoc animalibus, quæ ruri ſunt, paſcendis, utilius, et homini quoque melius, quàm malum triticum. Hordeum murinum, uide Phœnix.

Hordeum Cantherinum. Hordeum murinum

Hordeago, lege Crithanias.

Horminum dicetur in Ormino.

Hyacinthus blaw mertzen blumenn. Folia habet bulbi, caulem dodrantalem, leuem, minimo digitulo tenuiorem, uiridẽ, comam adiacen-

iacentem, incuruam, plenam florum purpureorum, qui cùm adoleſcunt palleſcere incipiunt: radicem & ipſam bulboſam. Naſcitur in ſyluis. Radix ſic. pri. fri. ſecu. Semen ſic. ferè 3. in medio caliditatis & frigiditatis. Radix pueros diutiſſimè ſeruare impuberes in uino illita credit. Semen leuiter abſtergit adſtringitq́ꝫ, idcirco regio morbo infectis in uino exhibetur. Alter eſt hyacinthus, cuius poëtę mentionem faciunt, à ſuperiori diuerſus. Huius enim flos ruber eſt, liliȷ forma, in quo diſcurrẽtibus uenis Græcarum literarũ figura *αι*, ut Plinius etiam teſtatur, inſcripta eſt. Theocritus:

Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα καὶ πλέον αἲ αἲ λάμβανε τοῖς πετάλοισι. Ouidius quoq́ꝫ:

Ipſe ſuos gemitus foliȷs inſcribit, & *αι αι*
Flos habet inſcriptũ, funeſtaq́ꝫ littera dicta eſt.

Cùm legis apud Virgilium ferrugineos hyacinthos, interpretare rubẽtes: rubet enim etiã ferrugineus color. De his floribus fortaſſis intelligendum eſt illud Vergiliȷ:

Dic quibus in terris inſcripti nomina regum
Naſcũtur flores.

Hydnophylla, herba quę ſuper tubera creſcit, qua reperta illa ſubeſſe noſcuntur.

Hydrolapathũ rumex eſt in aquis naſcens.

Hydro

Hydropiper waſſerpeffer oder muckekraut Caulem habet geniculatum, prędurum, circa quem alarum concauitates, & folia menthæ ſimilia, maiora, teneriora candidioraq́ʒ, guſtu piperis acri, non tamen odorato. Semen acre in ſurculis paruis, prope folia continua ſerie racematim cohærens: radicem exiguam & inutilem. Apud ſtantes aquas, aut quæ leniter fluunt, naſcitur. Herbula eſt calida, ſed non piperis modo. Folia cum ſemine illita, tumores ueteresq́ʒ duritias diſcutiunt: ſugillata delent. Quæ poſtquam inaruerunt, tuſa pro pipere in obſonijs admiſcentur.

Hydropiper rubrũ hederæ folia obtinet, & ſecundum ea ſemen ari ſemini haud diſſimile. Fructus eius & folia acrimonia ſunt prędita. Sunt qui putant tertiam eſſe Dracontij ſpeciem apud Plinium.

Hyoſcyamus, lege Apollinaris.

Hyoſiris herba Plinio, intubo ſimilis, ſed humilior, & tactu aſperior, uulneribus contuſa præclarè medetur: fortaſſis ea eſt, quæ muris auricula dicitur.

Hypecoon folijs rutæ herba eſt, exilibus ramis. Naſcitur in ſegetibus aruisq́ʒ. Papaueris uiribus proximum.

Hypericum, uulgus perforatam uocat: qa folium eius ſoli obiectum innumeris foraminibus ſcatere uidet. Dicitur & Androſęmon, & Chamæpitys: quæ tamen diuerſas herbarū ſpecies conſtituunt, Germanicè S. Johans kraut. Surculoſum êdit fruticem, dodrantalē, rubeſcentem: folia rutæ ſimilia: florem luteū, qui digitis tritus ſanguineū emittit ſuccū, qua ex cauſa Androſæmon cognominatur: hirſutas ſiliquas, in rotunditate oblongas, hordei magnitudine, in quibus ſemen nigrum, reſinā abolens. Gignitur in cultis & aſperis. Calefacit & ſiccat, tenui ſubſtantia præditum, eo'que urinas elicit, & menſtrua citat. Totum ipſius ſemen ſi cum folijs illinatur uiride, cicatricem uulneribus obducit. Arida uerò folia oblita ulceribus medētur. Dantur etiam potioni aduerſus coxarum dolores.

Hypociſtis, uide Ciſtus.

Hyſſopus uel um, Iſpen. Duorum generū eſt: hortenſis & montanus. Hortenſis herba eſt pedali altitudine, fruticoſa: folio Satureiæ ſatiuæ: floribus in cœruleo purpuraſcentibus, thyrſos ſpicæ modo ueſtientibus, radice longa, lignoſa. Montanus priori ſimilis eſt. Cal. ſic. 3. tenuiſq; ſubſtantiæ eſt.

Quę

Quæ ab I ſumunt exordium.

CAPVT X.

IAcobi flos, S. Jacobs blum. Hanc herbam ueteribus incognitam fuiſſe putāt. Fruticoſa eſt, cauliculum rubentem ferens, multifariā ſtriatum: folia exigua, erucæ inſtar conſecta: flores luteos, chamęmeli ſimiles: radicē adnaſcentias multas habentem. Naſcitur in agrorum marginibus, & aquarum ripis, locisque arenoſis. Amara eſt, & adſtringit: quare etiam calida & ſicca. Vulneribus mirificè medetur, & ad interanea prodeſt: fiſtulas curat.

Iaſione olus eſt ſylueſtre, humi repens, copioſo lacte, flore candido, & in hoc nobili, q̊d ſingulari folio conſtet, ſed ita implicato, ut plura uideant̃, floris margine in angulos exeunte. Plinius florem Concilium ait appellari. Quę Theohpraſtus de folio floris, ea Plinius de folio herbæ ſcribit. Stimulat hæc herba ad coitum. Cruda & ex aceto pota, lactis ubertatem præſtat. Salutaris eſt tabem ſentientibus. Infantiū capiti illita, nutrit capillum, tenacioremq́ꝫ eius cutem efficit.

Ibiſcus, uide althæa.

Ibiga, uide Abiga.

Idæa, peregrina Italiæ planta eſt, folia habet ruſco ſimilia, quibus adhærent ueluti exigui pampini, ex quib⁹ flos exit. Guſtu acerba. Sanguinis eruptionibus, & reumaticis adfectibus tum pota, tum extrinſecus impoſita, accommodatur.

Ieſeminum uiolæ ſpecies eſt, diſtinctiones & hirundineos parietes in hortis opere topiario conueſtiens, flore candido, præcipuę ſuauitatis, folium in uiridi nigrans, oblongum, faſtigiatum: mucrone languidum, magnitudine roſacei, ſed anguſtũ. Ex hac uiola fit unguentum, quod Iaſine, Iaſimium, & Iaſimeleon dicitur.

Igne apud Hippocratem Iſatis eſt, ut ſuſpicatur Ruëllius: nam Dioſcorides Egnen cognominat.

Ilex arbor glandifera eſt, folia fert roboris, uerùm minora aculeataq́ꝫ, quæ non decidunt: nullo flore exhilaratur. Arbor ipſa magna adſurgit, roboris modo, ſi locũ ſolumq́ꝫ adipiſcatur idoneum: corticem habet leuiorẽ quàm robur: materiem ſpiſſam robuſtamq́ꝫ: radicem altam admodum atq; multiplicẽ: fructum glandoſum, ſed glans ipſa puſilla eſt: ueterem nouus occupat, nam ſero matureſcit,

quam

quamobrem biſera hęc à nonnullis exiſtimata eſt. Fert præter glandem, granum quoddã puniceũ & uiſcum, atq; hyphear habet: quapropter ut fructus quaternos habeat nõnunq̃ contingit, binos proprios, binosq́; alienos, uiſci ſcilicet atq; hyphearis: à ſeptentrione fert uiſcum, à meridie hyphear. Fructũ Ilicis nõnulli Acylum uocant. Naſcitur in montibus. Ciuica corona primò fuit ilignea, poſtea magis placuit ex æſculo. Columellæ gemina eſt, minor apibus quæritur, & prolixior, omnib⁹ improbata mellificio. Ilex ſimiles quercui uires habet, ſed multò ea eſt ualidior. Ilex aquifolia duplex exiſtimat̃, altera coccum tinctorium ferens paruo frutice; altera magna, fructu inutili.

Illecebra, uide Telephium & Aïzoon.

Impia Plinio uocatur Incana, Roriſmarini aſpectu, thyrſi modo ueſtita: inde alĳ ramuli adſurgunt, ſua capitella gerẽtes. Dicta Impia, quoniam liberi ſupra parentem excellãt. Alĳ potius ita appellatã, quòd nullum animal eam attingat, exiſtimauêre. Hæc inter duos lapides trita feruet, præcipuo aduerſus anginas ſucco, lacte, & uino admixto. Mirumq́; tradit̃, nunq̃ ab eo morbo tentari, qui guſtauerit: itaque &

ſui-

bus dari, quæq; medicamentum id uoluerint haurire,eo morbo interire. Sũt qui & in auiũ nidis inſeri aliquid ex ea putent, atq; ita non ſtrangulari pullos auidius deuorantes.Floret Vere,tuncq́ decoquitur ad ſerpentium morſus. Succo eius,uel etiã cinere,fiſtulas impleri tradunt.

Inguinalis,lege Aſter Aſticus.

Intubus, Græcè σέρις dicitur, duûm generum eſt:ſatiua & ſylueſtris. Satiua caule conſtat magno,rotundo,ſtriato,frequentibus ſurculis brachiato. Germinat foliatu ſtatim à radice uenoſo.Flos illi in ramuſculis cœruleus, & nonnunquam etiam candidus emicat.Hæc duas continet ſpecies:Vna latiore folio creſcit lactucæ ſimilior. Hanc uulgus corrupta uoce Endiuiam uocat,debetq́ pro ea uſurpari:nam qua hodie utuntur,non eſt uera Endiuia , ſed Lactuca ſylueſtris. Altera anguſtiora folia habet, & ſubamara eſt: quæ Seriola dicitur, uulgò Scariola, Germanicè Scariol. Sylueſtris Seris quoq; in duas ſpecies diuiditur:una Græcis πικρίς, ab inſigni amaritudine nominatur: Latinis Ambubeïa, uulgò Cichorea, Germanis wegwarten/oder wegweiß. Germinat à radice poſt Vergilias, folio betæ laciniato,ferè in

rè in terra ſemper procumbēte: caule magno, fiſtuloſo, frangi contumace, multis ramulis brachiato, ad uinctum quoq; lentis: flore cœruleo, interdum albo, particulatim uſq; in Autumnum erumpente, qui nubilo etiam die ſolis exortu panditur, & cum eo circumagitur in occaſum, noctu ſemper compreſſus, & interdiu hiſcens. Altera à Plinio Hedynoïs nominatur, ab alijs Aphaca, uulgò Dens leonis, & Roſtrum porcinum, Germanicè Forlkraut/ pfaffenblat. Folijs conſtat multis, utrinq; denticulatis, in terra ſeſſilibus, cauliculis dodrantalibus, concauis, leuibus, & enodibus: flore luteo, ſtipantibus in circulum foliolis coronato, qui ſeneſcens euaneſcit in lanuginē, quæ cum aura raptim fertur. Subamarum olus eſt, admodum refrigerans humectanſq; cum adſtrictione nonnulla. Stomacho conuenit, ſi quis cum aceto eo utatur. Poſtquam decoctū eſt, aluum ſiſtit. Obſtructiones aufert. Sanguinis feruorem ſedat, & inflammationes iecoris diſcutit, quod proprietate quadam corroborat, & ictericos iuuat. Mediocriter ſomnū inducit.

Inturis, lege Capparis.

Inula, uide Helenium.

Iouis

Iouis barba, quære Aïzoon.

Iouis flos, Dioſantos, ſiue Iouis flamma, æſtiuus flos eſt, inodorus, colore purpureo, nec niſi coloris gratia coronamentis additus.

Iouis glans, lege Caſtanea.

Irion, uide Eryſimon.

Iris à cœleſtis arcus ſimilitudine nomē accepit, quam flores repræſentant, *blaw lilien/ blaw ſchuuertel/ vioilwrtz*. Folia gladiolo ſimilia êdit, ſed maiora, latiora, & pinguiora. Flores in caule ſeſquipedali ęqualibus inter ſe ſpacijs diſtant, uarij: ſiquidem candidi, pallentes, lutei, purpurei, & cœrulei conſpiciuntur: qua diuerſi coloris ſpecie, quādam cœleſtis arcus imaginem repręſentare uidētur. Radices ſubſunt geniculatæ, duræ, odoratæ: quæ fruſtatim diſſectæ in umbra ſiccantur, & traiectę lino reconduntur. In hortis paſſim & uinearū macerijs prouenit. Melior eſt Illyrica & Macedonica: & inter has laudatiſſima, quæ pumila ferè & denſa conſtat radice, frangēti contumax, ſubrufo colore, guſtu amaro, odore perquàm ſyncero, ita ut nullum prorſus ſitū redoleat: quæ dum tundit̄ ſternutamenta mouet. Secundum locum habet Africana, candicans, guſtuq; amara. Teredines in uetuſtate

ſen-

ſentiunt, tūc tamen odoratiores reddi ſolent. Affatim calfacit, extergit & maturat, ſubſtātia tenuis, tuſſi utilis. Humores in pectore contumaces extenuat, torminibus medetur, ſordida ulcera purgat, cum mulſa pota aluū inanit.

Iris ſylueſtris, quære Ephemeron.

Iſatis, uide Glaſtum.

Iſchæmon ſerpit in terra Milio ſimilis, folijs aſperis & lanuginoſis. In Thracia primū inuenta. Sanguinem ubiq; manantem ſiſtit, etiam ſi uena præciſa fuerit.

Iſchas, uide Apios.

Iſopyron, aliqui Phaſiolon ob ſimilitudinem uocant, quoniam folium in ſummo cacumine in Phaſiolorum clauiculas torquetur. Capitula ſunt in ſummo caule tenuia, plena exigui ſeminis, Melanthij guſtum imitantis. Semen amarum ac modicè acerbum eſt, ob q̊d craſſos glutinoſosq; humores abſtergit & incîdit, ſic ut corpora contrahat, ſtringatq;. Hinc etiam quæ altè deſident expurgat, excreationibus ſanguinis non inefficax. Alia eſt herba, quam Theophraſtus Iſon uocat, duplici faſtigio, nigrum & candidum. Flos fructusq; illis pro ratione diſcriminis, niger aut candidus: quanquam & medio, inquit, colore fructus

quan-

quandoq; cernuntur, & flores in purpurã in-
clinantes, uirgis & folio tenuioribus atq; le-
uioribus. In Aëtio Iſion dici herbam quand
uideo, cuius cibo pituita detrahitur: nec ſat
conſtat, an eadem ſit cum Iſo.

Iſyrinchium apud Theophraſtũ inter ole-
ra recenſetur.

Iua muſchata, uide Abiga.

Iuglans, regia nux, & Perſica, Græcè κάρυ-
ον βασιλικόν, Germanicè welß nuß nuncupa-
tur. Arbor eſt prægrandis, multis prelongiſq;
nixa radicibus, procero caudice, multis ſum-
matim ramis ingentibus brachiato, ad binûm
ternûmúe cubitorum craſſeſcente, cortice hi-
ulco, & in rimas altas dehiſcente, folijs latis
oblongis, è iucundo grauiter ſubolẽtibus, pal-
lamq; iaculantibus umbram & inſalubrem, ca-
piti humano noxiam, & omnibus ſatis per Au-
tumnum deciduis. Verni temporis initio ue-
luti quodam geſtiente foliorum conceptu, pa-
nicula prelonga, collo ſquamatim compacti-
li protracta, ordine nucis pineæ protuberat,
dehiſcitq;. Flaueſcens ſtatim quàm frondem
facere cœpit, nutans caducaq; prolabiť. Tum
ſuper ramenti huius pediculum flos erumpit,
totidemq; calyculacea tegumenta, quot flo-
res

res petiolo contrahũtur, ſingulisq́; eis ſingulę includuntur nuces, multis munitę inuolucris: primùm herbaceo cortice, mox ligneo putamine, dein tenui tunica. Criſpi intus nuclei quadripartitò digeruntur, lignoſa intercedēte membrana. Virides nuces pri. ſic. ſec. cal. Ventrem mouent. Arbor tum in germinibus, tum in folijs adſtrictionem quandam poſſidet. Si quis nuces cum caricis & ruta ante reliquos cibos eſitauerit, nō magnopere à uenenatis medicamentis lædi poteſt.

Iuncus duo genera complectitur: unum à leuore leuis iuncus, alterum oxyſchœnus, id eſt, acuminatus iuncus, appellatur: qui in mucronem faſtigiatur. Cuius una ſpecies ſterilis, altera ſemen fert nigrum, rotundum: & craſſiore conſtat calamo carnoſioreq́;. Tertius eſt iuncus holoſchœnos priorib⁹ carnoſior aſperiorq́;. Is ſimilem ſupradicto fructum in cacumine parit. Omnium radices ſingulis annis intermori tradũtur. Oxyſchœni, ſemen eſt ſomnificum, holoſchœni aũt dicti minus: idem & capiti dolorem facit. Vtriuſq; ſemen frixũ ſi cum uino bibatur, alui fluores deſiccat, & mulierum fluxiones cohibet. Odoratus iuncus in Africa & Arabia naſcit̃. Laudatiſſimus

ex Nabathæa, proximus Arabicus, quē aliqui Babylonium cognominant, aliј Teuchitin: peſſimus ex Africa. Eligēdus eſt rufus, recens, floribus refertus, tenuis, rubentibus fragmentis: qui manibus confricatus roſæ odorē emittat: igneæ mordacitatis ad linguam. Flos modicè calefacit, minus adſtringit, tenuem naturam ſortitus, quæ urinā mouet, & menſes trahit, obſtructaq́ꝫ reſerat in fomentis, potu & cataplaſmatis adhibitus: radix adhuc magis flore adſtringit, ſed ille calidior.

Iuncus anguloſus, uel quadratus: lege Cyperus.

Iuniperus wechholter baum: frequēs eſt in locis arenoſis. Duûm generꝫ eſt: maior & minor ſola arboris & ſeminis magnitudīe differētes. Maior in iuſtā arboris magnitudinē exurgit, caudice procero, cortice fragili, ligno fuluo, odorato, latioribus ramulis, aculeorū aceruo ſtipatis, baccis alteri ſimilibus, maiorib⁹ tamē. Vtriuſq; facies horrida, coma uirent ꝑpetua, ſpinaq́ꝫ potius, q̃ folio, ſed herbacea ueſtiuntur. Corticem habent menbraneum, fragilem, facilè fatiſcentem: materiam fuluam, quę igni iniecta iucundum fumum ſpirat, qui peſtilentiæ contagia depellit. Ex ea æſtiuo tempore

lachry-

lachryma thuris odorem atq; colorem æmulans ſudat, quæ calore durata, coit in gummi. Barbari Sandaracham ſiue Vernicem uocant. Non floret. Baccas ferunt primũ uirentes, deinde per maturitatem nigras, quæ biennio antequam matureſcant in ramis pendent: rotundas, odoratas, in mandendo dulces, ſubamaras: quæ nonnunquam nucis auellanæ, in Græcia etiam nucis Ponticæ, aut fabę quantitatem æquant. Arbor cal. & ſic. ter. Fructus uerò cal. ter. ſic. pri. Lachryma cali. ſic. ſec. Baccæ iecur renesq́; expurgant, nimirum craſſos & glutinoſos humores extenuando. Vernix ſuccini pollet uiribus, ſed paulò efficacioribus. Lignũ Iuniperi cariem non ſentit aut uetuſtatem. Eadem eſt ei uirtus, quæ & Cædro: medulla tamen eius ubiq; eſt ſolidior, quàm Cędro. Lignum apprimè durum. Mantuanus:

Addã & Iuniperos, carie impenetrabile robur

Iunonis roſa, uide Lilium.

Iuſquiamus, lege Apollinaris.

Ixia, Chamæleon albus eſt Hippocrati & Galeno.

Ixine radicem habet folioſam, ex qua ſimilis mâlo carduus ſeminis plenus extuberat, ſeminalis acanus à Theophraſto dictus: cuius

inciſo ſummo uertice, lachryma erumpit iocundi ſaporis, Acanthica maſtiche uocata. Germinat atq; floret æſtate folio & caule, lanugines ſpinoſas habens.

Quæ ab L ſumunt initium.

CAPVT XI.

LAbeo urtica, lege Galeopſis.

Labrum Veneris, in Dipſaco dictũ eſt.

Labruſca, uitis ſylueſtris: alia hęc eſt ab ea, quã ſuperius Ampelon agriam diximus: hæc enim ſatiuę congener, ſylueſtri habitu tantùm diuerſa: illa ſola racemoſi fructus ſimilitudine ſic appellata. Hæc duorum generum eſt: alterius uua non matureſcit, ſed uſq; ad pubertatem perducit eam, quæ œnanthe, id eſt, flos uitis appellatur; altera ad frugem peruenit, paruis acinis, nigra & adſtringens. Folia, caules, & clauiculæ uim habent cultæ uiti ſimilem.

Laburnum, arbor Alpina Plinio, nec uulgò nota, dura & candida materia, cuius florem cubitalem longitudine apes non attingunt. Odit aquas, nec niſi in ſiccis prouenit. Geſnerus teſtatur ſe uidiſſe arborem dependẽte flore luteo pedem longiore, forma qua piſorum flores: nam & ſiliquæ ſubnaſcuntur, folia terna,

na,ſicut in loto pratenſi,ſed maiora. Materia eius ne ſub terra quidem in ædificijs putredinem ſentit.

Lacaphthum, uide Narcaphthum.

Lactaria, lege Tithymalus.

Lactoris herba Plinio plena lactis: oleę folio,ſed minore;flore luteo. Deguſtata uomitiones concitat. Eandem aut ſimilem aliqui uocant illi,quam militarem uocant: quoniã uulnus ferro factum, nullum nõ intra dies quinque ſanat,ex oleo impoſita.

Lactuca lattich oder lactuck. Alia eſt ſatiua, alia ſylueſtris. Satiua tria genera continet: criſpam,rotundam,& capitatam. Criſpa folia Inybo ſatiuo ſimilia edit,in rectumq; ſurgit,cauibus in ſummo brachiatum, in quorum cacumine flores ſunt lutei. Rotunda & capitata ſolis folijs, à dicta differunt. Illa enim rotunda ea habet: hæc mâli cuiuſdam ſpecie rotunda quoq;,& inſtar braſſicæ capitatæ,in capitis ferè formam extuberantia. In hortis prouenit. Sylueſtris lactuca ſatiuæ ſimilis eſt, ſed longiore caulæ,bicubitali proceritate, candidioribus folijs, gracilioribus, aſperioribusq;, & guſtu amaris, quæ ubi conſummata ſunt acuuntur: quibus ſuccus ineſt lacteus amarusq;:

flore,ut ſatiua,luteo. Hæc eſt ea,quã nunc me
dicorum uulgus non ſine magno errore En
diuiam uocat. Naſcitur in aruis & uinearum
hortorũq; maceriis. Satiua olus eſt non ſum
mè frigidum humidumq;, ſed pro fontanæ
aquę temperamẽto:quapropter calidis inflam
mationibus conuenit: præterea ſitim potu re
ſtinguit,& genituræ fluorem cohibet: quam
obrem eis, qui libidinoſis ſomniis uexantur
datur. Apud ueteres in primis epulis uenie
bat. Syluestris ſuperiori minus refrigerat & hu
mectat,uerùm ſucculentior exiſtit.

Lactuca caprina aut marina, uide Tithy-
malus.

Lactuca ſyluatica,quære Hieracium.

Ladum uel Ledum, require in Ciſto.

Lagopus dicitur quaſi pes leporis, quia la-
nuginoſa floris panicula leporis imitatur pe-
dem. Hippocrates nominat & Lagopyron,ac
ſi leporis triticum intelligas, furfuribus cùm
inarurit ſimilimum: folio cõſtat paruo quaſi
oleagineo,longiore tantùm, caules habet ro-
tundos hirſutos, Germanicè katzen kle/haſenn
patt. Naſcitur in ſegetibus. Siccæ facultatis eſt.
In uino pota ſiſtit aluum: aut in febri ex aqua.
Eadem inguini alligatur in inflammatione.

Cruen

Cruentis quoq; uulneribus imponitur.

Lamium, uulgò urtica iners & mortua, uel alba, necnon archangelica dicitur, Germanicè todtneſſel/ oder taubneſſel. Folijs conſtat urticæ pungẽtis, minoribus, fimbriatis, candidioribus, lanugine nequaquam mordaci, caule quadrangulo, flore albo, luteo, aut purpureo, radice ex interuallis cincinnis capillata. Graui odore tota fragrat. Innoxia eſt, & morſu caret. Semẽ in caulibus per interualla copioſum & nigrum profert. Paſſim circa ſemitas & ſepes naſcitur. Vlceribus, putredinibus & fiſtulis confert.

Lanaria uel Radicula, Græcè ϛρούθιον: uulgò Condiſi, Herba fullonum, uel Saponaria, Germanicè ſeiffen kraut nominatur. Ad candorem & mollitiem lanarum ueteres ea utebantur. Caulem profert lanuginoſum: folia oleæ, ex interuallo quaſi geniculatim prodeuntia, plerunque quinis in unum coëuntia: in ſummo coliculorum flores candidos: radicẽ, quam ſummo ceſpite non in altum ultro citroq; per longitudinem fundit, magnam, teretem, & oblongam, quę purgãdis lanis conditur. In Syria Aſiaq;, præcipuè ſaxoſis & aſperis locis prouenit. Nunc etiam in hortis

plantatur. Cal. & ſic. 4. Acris eſt, abſtergit, irritat: hinc eſt, quòd ſternutationes cit ſimiliter alijs, quorumcũq; cum acrimonia calidũ temperamentum eſt.

Lapathum, uel Lapathos, ἀπὸ τοῦ λαπάζειν, id eſt, euacuando uentrem. Latinis Rumex, quòd ſuccus tanquam è ruma, id eſt, mamma exugatur. Huius quatuor genera ſunt: oxylapathon, id eſt, acutum lapathon: mengeluurtz/ grindtuurtz/ ſtreyffuurtz / zitteruurtz/ wildampffer. Habet folia dura, & in acumine acuta, unde illi nomen eſt; ſemen herbaceum acuminatum ex minutiſſimis pediculis dependẽs: radicem longam & luteam, uel croceam. Naſcitur in paluſtribus, & circa foſſas potiſſimum. Secundum genus priori per omnia ferè ſimile, niſi quòd folia latiora obtinet, & ob cultum paulò tenerius eſt. Cùm primũ erumpunt folia purpurea ferè ſunt, dein quotidie uiridiora fiunt. Hoc genus (autore Fuchſio) monachorum Rhabarbarum eſt, quòd paſſim hodie in hortis plantatur. Tertium genus ſylueſtre, uulgus bonum Henrichum uocat: folia oxalidi, latiora tamen, aut aro, uel plantagini ſimilia obtinet: caulem prioribus duobus humiliorem, in quo flores & ſemina racematim multa dependent:

dent:radicem longam & ſubflauam. Naſcitur paſſim in areis,ſepibus & circa itinera.Quartum genus Græci ὀξαλίδα, uulgus acetoſam, Germani ſawr ampffer uocant,quòd in guſtu acorem planè reſipiat.Folia ſylueſtri,&paruo humili Rumici ſimilia habet. Caulis eius non adeò grandis eſt, ſeſquicubitum altus : ſemen acuminatum,rubrum, quod foliaceo ueſtitur inuolucro,ſapore acri,quod in caule & adnaſcentibus coliculis naſcitur. In omnibus pratis copioſiſſimè creſcit. Galenus tria genera Lapathi tantùm enumerat: oxaliden, oxylapathon,& hippolapathon,id eſt,grande lapathum.Omnes rumices mediocriter diſcutiūt. Oxylapathum præter id etiam pauxillum repellit. Semen autem, præſertim oxylapathi, adſtringens,alui profluuia, diarrhœas dicta, & inteſtinorum tormina perſanat.Folia uerò ſemini contraria faciunt:hæc etenim comeſta aluum mouẽt,illud potum ipſam comprimit. Tertiũ genus mirificè ad uulnera ſordida purganda,ac glutinanda ulcera confert,ſic ut appenſa etiam, ac trita uulneribus impoſita uermes,qui in eis nati ſunt, excidere faciat.

Lappa minor,& inuerſa,lege Xanthion & Arction.

Lappa maior, uide Arcion.

Lappago, hippophaës alio nomine dicit. de qua ſuprà dictum eſt.

Lapſana, quære in ſylueſtri braſſica.

Larix, uel larex, *eyn lorchbaum*. Arbor eſt magna, piceæ ſimilis, craſſior, leuiorique cortice, folio uilloſo pectinũ modo, pingui & denſo, mollique fluxu, materia præſtanti, rubente, odore acri. Hinc nonnihil liquoris, melleo colore atq; lento, nunquam dureſcentis erũpit. Vocatur uerò liquor reſina larigna, uel laricina, uel laricea: qua hodie ferè pro Terebinthina nõ ſine magno errore utuntur. Nec ardet, nec carbonẽ facit, nec alio modo ignis ui conſumitur, quàm lapides in fornace. Neſcit quoq; cariem, & ualidè pondus ſuſtinet. E ramis eius panicularum modo nucamenta dependent. Florem non profert, ſed turgens tantùm êdit germina. Cortex eius uincentem habet adſtrictoriam facultatem, uſqueadeò, ut & intertrigines belliſſimè ſanet, & uentrem potus ſiſtat. Sed & ambuſtis cicatricem inducit. In folijs arboris, ut quæ multo ſunt cortice humidiora uis ineſt uulnerum glutinatoria. Reſina eius deſiccat & calefacit.

Laſer, uel laſerpitium, Græcè σίλφιον, uulgò

Oſteritiũ

Oſteritium, Germanicè meyſteruurtz nominatur. Caulis illi eſt ferulæ ſimilis; folia Apij in aureum colorem langueſcentia: flores admodum exigui, ac candidi, Aniſi inſtar: ſemen foliaceum & latum: radix craſſa & multa, foris nigricans, intus candida, miraq́ flagrās iucunditate: quæ ſi uulneratur, liquor profluit lentus, ac modicè rufus, ſuauiſſimumq́ ſpirans odorem, & linguam ſua acrimonia uellicans. Naſcitur in Syria, Armenia, Media & Aphrica. Quod ex Armenia & Africa adfertur ſuauiſſimum odorem habet, præſertim Cyrenaïcū. Cuius ſuccum uulgus Belzuinū, uel Ben Iuinum nominant. Quod uerò ex Media & Syria adfertur, uiroſum obtinet odorem, ac putrilaginem reſipit. Videtur id eſſe quod Aſam fœtidam uocant. Noſtrum uerò in omnibus ferè hortis nunc plantatur. Laſer omne anteq̃ ſicceſcat, adulteratur Sagapeno, aut fabæ lomento, quod maleficium deprehenditur guſtu, odore, uiſu, & dilutione. Efficaciſſimus eſt ſuccus, mox folia, poſtremò caulis. Fertur & altera radix in Lybia naſci, Laſerpitio ſimilis, ſed minus craſſa, acris, & fungoſa, ex qua non profluit ſuccus. Eiuſdem eſt cum Laſare facultatis. Laſerpitium probè calefacit, flatulentum

eſt,

eſt,concoctu peruicax. Foris uerò corpori applicatum, efficacius deprehenditur, magisq́; liquor ipſius: extrahendi potens, & ſuperexcreſcentia amoliendi. Laſerpitium Germanicum calidius atq; acrius eſt pipere, adeoq́; calefacit & ſiccat in tertio gradu. Venenis unicè aduerſatur. Peſtilentiæ arcet contagia. Tuſſi, quam frigus attulit, medetur. Omnia deniq; poteſt, quæ Angelica, & maiori efficacia.

Lathyris, uulgò Cataputia minor, Spring korner / treibkorner. Caulem emittit inanem, cubiti altitudine, & digitali craſſitudine, in cuius cacumine ſunt alæ, & folia in caule oblonga, amygdalinis proxima, latiora & leuiora: quæ uerò in ſummis ramulis exierunt, minora conſpiciuntur, Ariſtolochiæ, aut oblongæ hederæ figura. In cacumine fructum ſummis ſurculis gerit, triplici loculamento inſignem, rotundum, ceu Capparin, in quo terna grana intercurſantibus membranis inter ſe diſtincta continentur, eruis maiora, rotunda: quæ dum corticibus exuũtur, candida ſunt, & guſtu dulcia. Nullus radicis uſus: totus frutex lacteo ſucco turget, uti Tithymalus. Naſcitur in locis cultis & ſabuloſis. Cal. tert. hum. pri. Sunt qui putant eſſe Tithymali ſpeciem: tum quòd ſimi-

ſimiliter illi ſpeciem habeat, tum quòd eodem modo purget, uniuerſaq́ illi facultate ſimilis ſit, niſi quòd ſemen guſtantibus uideatur dulce: & hoc ſanè etiam maximè purgatoriã uim obtinet.

Lauendula, lege Pſeudonardum.

Lauer, Græcè σῖον. Frutex eſt puſillus, pinguisq́, latis folijs, hippoſelino ſimilibus, ſed minoribus & odoratis: quæ cruda coctaq́ uirium ſuarum gratia eduntur. In aquis naſcitur. Calidum eſt: urinam ciet, digerit, renum calculos terit, menſes euocat.

Laureola, uide Daphnoïdes.

Laurus, Græcè δαφνὴ dicit. Arbor eſt Apollini ſacra, propter Daphnen, quam amauit, in eam transformatam. Sola arborum fulmine non tangitur, & aduerſus fulmen eius uis tuetur. Quare Tiberius coronam lauream capite gerere ſolebat, ut à fulmine liber eſſet: hinc laureum baculum geſtare dicebantur, qui periculum feliciter effugiſſent. Noſtro tamẽ tempore, anno ſalutis humanę M. D. XXXVII. Idibus Decembris, Romæ laurus fulmine penitus diſiecta eſt. Laurus in ignem coniecta maximos crepitus êdit. Vnde & in maleficijs amatorijs incendi conſueuit, tanquam amantium

tium querimonias repræſentans. Virg. in Bucolicis: Daphnis me malus urit, ego hanc in Daphnide laurum. Olim dum incendebatur, ſi crepuiſſet abundè, felicitatem portendi opinabantur. Tibullus:

Laurus ubi bona ſigna dedit, gaudete coloni.

Contrà uerò ſi tacita conflagraſſet, inauſpicatiſſimum arbitrabantur omen. Propertius:

Et iacet extincto laurus aduſta foco.

Ea olim coronabãtur ſacerdotes & diuinaculi. Dicabantur etiam triumphis. Ouidius:

Ite triumphales circum mea tempora lauri.

Portata inter armatos hoſtes erat indicium pacis & quietis, ut oliua. Statius:

Pacifera lauro crimen, uittiſq; decorus.

Quidam ſeniles baculos è lauro faciunt. Cæſarum Pontificumq; domos, militum arma, faſces imperatorum ornare quondam ſolita. Duo eius genera tradit Cato, Delphicam & Cypriam. Delphica dicta eſt, quòd uictores Delphis ea coronarentur, & eſt uiridior. Cypria ſubcriſpa èſt: folio breui & nigro conſtãs. Laurus duplex eſt: mas ſcilicet & fœmina. Amat loca montoſa. Semper uiret. Succus eius pinguis eſt. Folia ſiccant & calefaciũt inſigniter magis quoq; fructus. Radicis cortex amarus,

rus, & leuiter adſtringens calculos cõminuit, & iocinoroſis opitulat cum uino odorato triobulari pondere potus.

Laurus Alexandrina, nomen habet, quòd Alexander uictor ea uſus fuerit. Dicitur alio nomine Idęa ab Ida monte, in quo ſpecioſior & copioſior naſcitur: uulgus Vuulariam, Bonifaciam, ſiue Paganam linguam, Germani zapflinkraut/oder offenblat uocãt. Folia fert ruſco, ſeu myrto ſylueſtri ſimilia, maiora tamen, molliora, & candidiora: fructum in medijs folijs fert rubẽtem (unde à Theophraſto ἐπιφυλλόκαρπον appellatur) Ciceris magnitudine. Ramos ſpargit à terra dodrantales, & aliquãdo ampliores; radicem ruſco ſimilem, maiorem tamen, odoratã & molliorem. Calida, acris, & ſubamara eſt: idcirco menſes & urinas commouet.

Laureola, uide Daphnoïdes.

Lecithon quidam Aracum, alij genus ad Piſum & Aracum faciunt. Atheneus edulium ex Araco & Phaſe ſic uocat. Galenus apud Hippocratem pro lente, cui detracta ſunt putamina, uidetur interpretari.

Lectirotaria, interpretante Gaza è Theophraſto, ſpecies aceris eſt.

Ledum

Ledum, uide Ciſtum.

Lens, Græcè φακὸς, ἢ φακῆ, Germanicè Lynſen uocatur. Racemoſum legumen eſt, folijs uiciæ, ſed minoribus, floribus exiguis in candido purpuraſcentibus, ſiliquis paruis, molliter in latitudinem fuſis, in quibus tria aut quatuor grana, inter legumina minima, ſunt. Siccant in ſec. medio caloris & frigiditatis temperamento donatæ: ſed adſtrictionis quoq; non nihil habent. Totum quidē lentis corpus ſiccat, aluumq́; ſiſtit: decoctum uerò ipſius prorritat, ideoq́; prior aqua defunditur, cùm adſtringendi gratia lentes adſumūtur. Lens paluſtris herba eſt in aqua fluitans lentis figura, herbaceo colore, forma tereti & parua, capillamēta habens infra aquam. Sine radice naſcitur, folijs ſemperuiui, & perpetuò uirentibus. Humida & frig. ſec. Quare cunctis inflammationibus, ſacris ignibus, podagriſq́ue emplaſtri modo utiliter per ſe, & cum polenta imponit̃.

Lens ſyluatica, genus eſt lentis paluſtris, maius ea, carens ſimiliter folio, non in aqua, ſed uliginoſis dilutiſq́; naſcens.

Lentiſcus à Græcis σχῖνος uocata: fructum fert initio rubentem, poſt nigreſcentem, qui et ſambuci ſpecie in racemis dependet, folio pi-

ſtacij

ſtacij,ſed minore, per extremitatem rubente,
n ſummo ſiliquæ piſorum,ſed corniculi mo-
do intortæ,in qbus reſina odoris iucundi con
inetur. Romæ demonſtratur in ruderibus
monumẽtiſq; lentiſcus folliculis inanibus &
deformibus: ijs cõfractis culices euolant fre-
quentes. Lentiſcus olim triplici fœtura, tria
randi tempora agricolis monſtrauit:id Cice
onis etiam uerſiculi indicant:

am uerò ſemper uiridis, ſemperq́; grauata
Lentiſcus,triplici ſolita eſt grandeſcere fœtu:
er fruges fundẽs,tria tẽpora monſtrat arãdi.

Ex lentiſco dentifricium fieri conſueuit. Is eſt
uluiſculus quidã candidandis dentibus com
aratus.Fiebãt & dentiſcalpia ex lentiſco,hoc
ſt,cuſpides quædam purgandis dentibus ac-
ommodæ. Martialis:

Lentiſcum melius, ſed ſi tibi frondea cuſpis
Defuerit,dentes penna leuare poteſt.

Hinc prouerbium natum,Lentiſcum mande-
e, uel arrodere: in eos, qui nimio comendi
orporis ſtudio ſuperfluũt.Nam dentium cu-
,olim ut delicatis probro dabatur. Et Apu-
io inter reliqua crimina obiectum eſt, quòd
entifricium paraſſet. Flos eius modicè calefa
t,minus adſtringit, tenuem naturã ſortitus,

S qua

qua urinam mouet, & menſes trahit, obſtructa'que reſerat in fomentis: potu & cataplaſmatis adhibitus: radix adhuc magis flore adſtringit, ſed ille calidior. Lentiſcus in omnibus ſuis partibus ſiccat ſecundo abſolutè, calefaciendo autem & refrigerando medius eſt, adeò adſtringens, ut ad hypociſtidis ſuccum adſtrictione accedat. Lentiſcus reſinam gignit, quæ lentiſcina cognominatur, & ab aliquibus maſtiche. Optima & copioſiſſima in inſula Chio prouenit. Præfertur quæ pellucet, & candore Tyrrhenicæ ceræ ſimilis, aduſta, retorrida, friabilis, odorata, ſtridorem êdens. Viridis inferior eſt. Chia maſtiche cal. & ſic. pri. Cæterùm compoſitæ eſt facultatis, adſtrictoriæ ſimul & emollientis: hãc ob rationem ſtomachi, uentris, inteſtinorum, & iocinoris inflammationibus rectè accommodatnr. Aegyptia, nigriore colore quodãmodo, ſiccat magis & diſcutit, minus adſtringit, hinc furunculos quoq; diſſipat.

Leontobotanos, uide Orobanche.

Leontice, uide Cacalia.

Leontopetalon caulem êdit dodrantalem aut altiorem, plurimis alis concauum, & in cacumine ſemina parua duo aut tria, in ſiliquis

ciceris modo:flores anemonæ ſimiles, punicei coloris. folia braſſicæ, ſed papaueris diuiſura:radices nigras,rapæ ſimiles, ſtrumoſas. Naſcitur in aruis & ſegetibus. Radix cal.ſic.3. ac diſcutit.

Leontopodion uel Cemos, duûm digitorum herbula eſt,folia ferens anguſta, longitudine ternûm quaternumúe cubitorum, hirſuta, quæ iuxta radicem lanoſiore flocco caneſcunt. In ſummis caulibus capitula ſunt,quaſi inciſuris diuiſa. Flores fert nigros:ſemē habet, ſed ob ſupercurrentem illi lanuginem, ægrè deprehendi poteſt. Radix illi parua eſt,quam tradūt appenſam ad amatoria prodeſſe, & tubercula diſcutere.

Leontopontium apud Plinium à ſuperiore differre uidetur,alij Liceron, Dorypetron, & Toriuentoron uocāt. Radix eius aluum ſiſtit. Purgat bilem in aqua mulſa, addita pondere denariorum duorum. Naſcitur in campeſtri & gracili ſolo. Semē eius lymphatica ſomnia facere dicitur,&tela omnia infixa corpori extrahere tritum cum polenta,& cum eadē ſpicula ſagittariorum elicere.

Lepidium, lege Hiberis. Eſt quoq; Lepidium aliud,quod ſatiuū aliqui cognominant:

uulgus Piperitim uocãt: diuerſa tamen ab ea, quæ à Plinio Piperitis dicitur, de qua infrà. Aliqui etiam Raphanum nominant, quòd folia Raphano ſylueſtri ſimilia contineat, Germanicè *pfefferkraut* dicitur. Herba fruticoſa eſt, cubitalis, & interdum bicubitalis, caule ſolido & rotundo, folijs oblongis & laurinis, maioribus tamen & mollioribus, acribus, guſtu piper referentibus, magnopereq́ue linguam uellicãtibus, floribus candidis, exiguis admodum, ſemine paruo, radice oblonga. In hortis potiſſimùm prouenit. Foliorum uis acris & exulceratrix eſt. Squamas & maculas in facie delet & repurgat: unde & nomen habet. Craſſos quoq; & glutinoſos cibos humoresq́ue extenuat & incidit: ideoq́ue culinaria eſt herba, & ſalſamentis idonea.

Leporinus pes, uel Leporaria herba, uide Lagopus.

Leucacantha, id eſt, alba ſpina. Differt ab ea, quæ diuiſim ἄκανθα λευκὴ, id eſt, ſpina alba, nominatur. Alij Polygonatum, alij Iſchiada uocant. Eius radix cypero ſimilis, amara ſolidaq́ue eſt. Hæc herba manducata dolorem dentium ſedat: ueteri laterũ dolori, atq́ue iſchiadicis prodeſt, decocto cyathis tribus ex uino po

ta. Eadem ruptis & conuulſis medetur. Radicis epotus ſuccus eoſdem præbet effectus. Incìdit quoq; radix. Cal. pri. ſic. ter.

Leucanthemis, uide Anthemis.

Leucas herba eſt, cuius deſcriptionem autores non tradunt. Duplex autem eſt: montana, & hortēſis. Montana latioribus quàm urbana folijs conſtat, ſemine acriore, amariore, ori ingrato: efficatior tamen quàm ſatiua habetur. Vtraq; ex uino contra animalium uenena, præcipuè marinorum opitulatur. Cal. ſic. 3.

Leucoïon, Latinè alba uiola dici poteſt. Herba eſt cubitalis, ramoſa. Caulem profert braſſicæ exiliorem: folia longa, mollia, caneſcentia: flores folijs quatuor conſtātes, & odorem ſylueſtris uiolæ referentes, non unius coloris, nam alij candidi, alij lutei, alij purpurei ſunt. Semen foliaceum tenuibus quidem, ſed quincuncialibus ſiliquis continetur. In cultis prouenit. Totus frutex abſtergendi extenuandiq; uires poſſidet: magis autem flores, & ex eis ſicciores: idcirco & menſes ſtimulant, fœtus corrūpunt, expelluntq;. Quòd ſi quis aquę miſtura uim ipſorum obtundat, etiam inflammationibus conducent, præſertim uteri. Radices eadem præſtant, craſſiore magisq; terre-

ſtri natura præditæ : ex aceto inflammationibus in cirrhum coaleſcentibus imponuntur. Eſt aliud Leucoion apud Theophraſtum, diuerſum planè à ſupradicto, quod Germanicè hornungſblumen/ oder mertzenblumen uocatur. Folia êdit porro ſimilia, tenuiora & molliora, ex radice bulboſa prodeuntia. Pediculũ etiam profert dodrantalẽ, tenuem ac ferè iunceum, in quo candidus flos eſt, in medio croceus, uiolarum purpurearũ odorem referens, quo decidente, capitula nucis auellanæ quantitate erumpunt, in quibus ſemen ſinapi haud diſſimile continet̃. Folia qualitatis ferè omnis expertia ſunt. Radix autem dulcis & glutinoſa eſt, ut hoc nomine adſtringat & exiccet, ut reliqui bulbi.

Leucographis herba apud Plinium, quam tamen Dioſcorides, Galenus & Paulus genus lapidis eſſe teſtantur.

Leuiſticum, quære Smyrnion.

Libadium eſt minus Centaurium.

Libanus, lege Thus.

Libanotis, uide Roſmarinus.

Libyſticum dicetur in Liguſtico.

Lichen in petris naſcitur, & eſt ueluti Muſcus quidam, ſed rectè ex plantarum genere

cenſeri

cenſeri poteſt. Sic nominatus uidetur, quòd lichenas ſeu impetigenes curet: uulgò Hepatica dicitur, Germanicè Steyn / odder waſſerleber kraut. Folio conſtat ſucci pleno, craſſo & oblongo, rorulentis petris adhærente, ſub quo cauliculi pediculorum forma, capitula ſtellata habentes exeunt. Vis eſt ei exterendo purgare, mediocriter ſiccare & refrigerare: impetigines ſanat, inflammationes arcet, ſanguinis eruptiones ſiſtit.

Licinia uel Liciniana, genus oliuæ.

Liguſticum non eſt herba ea, quę uulgò Leuiſticum dicit̃. Cauliculum fert tenuem, Anetho ſimilem, geniculatum, & in circuitu folia ſertulæ campanæ, molliora, odorata, prope uerticem graciliora, pluribusq́ incifuris diuiſa. Habet in ſummo caule umbellam, in qua ſemen nigrum, ſolidum, oblongum, ſemine fœniculi proximum, guſtanti acre, & aroma olens: radix eius candida eſt, Herculeo panaci ſimilis, odorata. Gignit̃ in altiſſimis aſperisq́ montibus ac umbroſis, maximè iuxta fluēta. Plurimùm in Liguria naſcitur in monte Apennino, Alpibus contermino, unde & nomen traxit. Incolæ Panaciam, ſiue Panaces uocant: quoniam radix, caulis, uires Herculeo Pana-

ci ſimiles ſunt. Galenus inuerſione unius literæ Libyſticum appellat. Eius & radix & ſemen adeò calefaciũt, ut menſes citent, flatusq́; probè diſcutiant.

Liguſtrum bein holtzlin/mundt holtz/ oder hartrigell. Arbor eſt parua, folijs oleæ ſimilibus: floribus paruulis, candidis & odoratis, racematim cohærentibus: fructibus initio uirentibus, proceſſu temporis nigris, uuarum more congeſtis. Vbiq; in ſepibus creſcit: quapropter à paſtoribus eius flores negligi, ac inutiliter perire cecinit Virgilius:

Alba liguſtra cadunt, uacinia nigra leguntur.

Forma nonnihil à Cypro diſtat, temperamẽto tamen eodem eſt præditum. Ex ligno ipſius aptiſſimè fiunt teſſeræ. Succus eius neruis, articulis, algoribus: folia ueteri ulceri cum ſalis mica, & oris exulcerationi proſunt.

Lilium Gręcè dicitur κρίνον, καὶ λείριον, Germanicè lilien. Fingunt ueteres poëtæ è Iunonis lacte natum lilium: quare & Iunonis roſa à quibuſdã dicitur. Cùm enim Hercules puer quem ex Alcmene ſuſtulerat Iuppiter, dormiente dea admotus uberibus eius eſſet, & lacte ſe repleſſet, poſt ſuctum digreſſus lacte mamma copioſè profluxit: quod humi ſparſum eſt

lilium

lium lacteo flore nitens creauit. Quod uerò n cœlo à puero uago & incerto ſuctu perfu- um eſt, lacteam effecit uiam. Lilium ſimplicē dit caulem, rarò duplicem, tricubitalem, co- noſum: folia longa, Satyrij effigie, ex herba- eo nitentia: flores eximij candoris, folijs fo- is ſtriatis, & ab anguſtijs in latitudinē ſe pau atim laxantibus, forma calathi, reſupinis per mbitum labris, luteis emicantibus ex fundo alycis apicibus, alterius quàm flos odoris: ra icem bulboſam. Eſt & lilium croceum, à flo- e eius, qui croceus eſt. Folia eius anguſtiora unt quàm prioris, aliâs ſimile. Flos lilij tem- eramento mixtus eſt ex tenui ſubſtantia, ter- eſtri & nonnulla aquoſa temperata: quapro- ter oleum quoq; ex eo confectum diſcutien- i uires molliēdiq́; repræſentat, uuluæ inflam nationibus accommodatum. Radix & folia ccant, abſtergunt, diſcutiuntq́; mediocriter: uô fit, ut ambuſtis conferant: ſuccus ipſorum & neruorum uulneribus cum oxymelite pro eſt. Lilij quadruplex genus in Theophraſto eperitur: primi flos Vere cum uiola ſæpe al- a, pauloúe poſt ea erumpit, hoc ab eo propriè lium uocatur. Alterum genus lirium appel- at, Vere quidem omnino florens, uerùm ſe-

rius cum Narciſſo, forte'q; hoc ſit, quod à Plinio trans maria nuncupatum eſt. Lilij genus tertium æſtate floret, Cerinthum'q; priuatim uocari putant. Superius tamen diuerſam Cerinthum memorauimus. Quartum genus, q̊d item λείριον Græci nominant, Autumno floret, emicat'q; primis imbribus. Lilium purpureũ hominum induſtria fit, maceratis in uini fece ſcapis, antequam ſerantur menſe Martio, & in ſcrobe circũfuſis eadē fece: in quem uſum ſcapos areſcentes colligũt Iulio menſe, lilia in fumo ſuſpendentes.

Lilium conuallium, uide Ephemeron.

Lilium inter ſpinas, quære Periclymenon.

Limonium, beta ſylueſtris, uel tintinabulum terræ, uulgò Pyrola dicitur, Germanicè wynter grun/ holtzmangolt/ waldt mangolt/ oder waldt koil. Folia profert betæ ſimilia, tenuiora tamen & minora, decem, ſæpe plura: caulem tenuem, rectum, lilio æqualem, ſeminibus rubris ſcatentem, quæ guſtata adſtringunt. In pratis & paluſtribus naſcitur. Folia & ſemē ſic. 3. Semen eius cum uino, cœliacis, dyſentericis, & ſanguinem ſpuẽtibus datur: item ad profluuia fœminarum acetabuli menſura.

Linaria, lege Oſyris.

Lingua

Lingua herba Plinio naſcitur circa fontes.
adix eius combuſta & trita cum adipe ſuis,
opecias emendat unguentium in ſole. Ean-
em alibi Lingulacam uocat.

Lingua canina, uide Cynogloſſum.

Lingua ceruina, quære Hemionitis.

Lingua ſerpentaria, Græcè ὀφιόγλωσσον, à
rma & figura, quã refert, uocari poteſt. Ger-
anicè Naterwurtz. Folium habet unicum, di
ti longitudine, plantagini aquaticæ uocatæ
ud diſſimile, è cui⁹ ſinu inferiore pediculus
it, cui quippiam herbacei coloris inſidet, q̊d
rpentinæ linguæ uocati lapilli ſimilitudinẽ
fert. In montanis pratis ꝓuenit. Maio men-
reperitur, ſubinde autem euaneſcit, ac nun-
am apparet. Exiccat citra inſignem calidita
n. Herba eſt uulneraria, maligna ſiquidem
curatu difficilia uulnera ſanat. Tumores etiã
cutit, & ferè ſymphyti facultates obtinet.
certũ eſt, an ueterib⁹ ea herba cognita fuerit

Linogeniſta, uel linigeniſta, uide Spartion

Linozoſtis, lege Mercurialis.

Linum flaß. Tenuem fert caulem: folia an-
ſta, oblonga, ac in ſummo acuminata: flo-
cœruleos, ſpecioſos, quibus decidentibus
liculus enaſcitur, in quo ſemina continẽtur
fulua.

fulua. Gaudet pingui ſolo, ſed agros deterio
res facit. Id quod Virgilius quoq; indicat:

Vrit enim lini campum ſeges, urit auenæ,
Vrunt letheo perfuſa papauera ſomno.

Lini ſemen ex primo gradu calidum eſt
inter humectantia ſiccantiaq́; medium. Man
ducatum flatus creat, etiam ſi frictum fuerit
Viſceribus, quæ circa hypochondria ſunt, ut l
quid aliud, gratum exiſtit. Stomacho & con
coctioni repugnat. Tenuiter corpus alit.

Linum uiuum, Græcis asbeſtinum cogno
minatur. Naſcitur in diſertis aduſtisq́; ſole In
diæ. Hoc ignibus non exuritur, ſed magis ſor
dibus exuſtis ſplendeſcit.

Liſtacia, quære in Piſtatia.

Lithoſpermũ à lapidea ſeminis duritia di
citur: uulgò Miliũ ſolis. Germanicè meerhirtz
oder ſteynſamen. Folia oleæ ſimilia continet
longiora tamen & latiora, & quæ in ima par
te ſunt, humi iacent: ramulos rectos, tenues
craſſitudine iunci acuti, ſolidos lignoſosq́;, in
quorum cacumine bifidi, diuaricatiq́; exortus
cauliculorum ſpeciem exhibent, longa habẽ
tes folia: inter quæ ſemen lapideum, rotundũ,
paruum, candore & rotunditate margaritas
referẽte; radix exteriore ſui parte rubore per

fun-

unditur. Naſcitur in aſperis & æditis locis. ſatum etiam in hortis prouenit. Semen cum uino albo potum calculos frangit, & urinam pellit.

Lolium Græcis dicitur αἶρα, ἢ θύαρος, ἢ ζιζάνιον: Germanis Ratten/oder Kornnegele autore Fuchſio. Vulgus medicorum magno errore pro Melanthio, ſeu Nigella eo utitur. Folium habet anguſtum, pingue & piloſum: florem ſubpurpureum: ſemen exile in ſiliqua hiſpida, uel ut Plinius dicit, in cortice aculeato: hordeo tota effigie non diſſimile. Inter ſegetes naſcitur, earumq́ peſtis & uitium eſt: ideoq́ à Virgilio infelix nominatur. Cal. ſic. 3. ferè ordine. Iridi facultatibus ſimile eſt.

Lonchitis folia habet porro, quod Platycarpon, id eſt, latioris ſeminis aut fructus uocant, ſimilia: latiora tamen, numeroſiora, & rubentia, plurima ad radicem circumfracta, ueluti in terram procumbentia, pauca in caule, in quo flores ceu galericuli, hiantibus comicis perſonis ſimiles, nigri, & è rictu albā exerentes uelut linguam, quæ ad labrum inferius ſpectat: ſemen cuſpidi lanceæ ſimile, triangulum, inuolucris clauſum, unde & nomen habet. Radicem Dauco ſimilem êdit. Naſcitur in ſitienti-

ſitientibus & aſperis. Radix ex uino pota uri
nam ciet. Altera eſt Lonchitis, quã aliqui aſp
ram Lonchitin dicũt. Folia ſcolopendrię ſim
lia emittit, ſed aſperiora maiora'que, ac mult
magis diuiſa. Vulnerarias uires habet. Inflam
mationes arcet, lienem'q; cum aceto pota mi
nuit, & indurato medetur.

Lotus, uel Celtis, uel Faba Græca, arbo
eſt magnitudine pyri, aut paulò infrà: inciſur
folio crebriores, alioqui ilicis uiderentur: ſpiſ-
ſo, nigro, enodi ligno. Differentiæ generũ plu
res, eæ'q; maximè fructibus conſtãt. Pomum
fert magnitudine fabæ, matureſcit uuarũ mo-
do, uariè colores immutans. Naſcitur in ramis
denſum, myrti modò inter ſeſe aduerſum.
Tam dulcis eſt cibus, ut nomẽ etiam genti ter
ræ'q; dederit. Narrat Homerus Odyſſeę lib. 9.
Vliſſis ſocios, guſtato apud Lotophagos loti
fructu, redire ad nauim noluiſſe:

Ἀλλὰ σφι δόσαν λωτοῖο πάσασθαι,
Τῶν δ᾽ ὅστις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπὸν,
Οὐκ ἔτ᾽ ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν, οὐδὲ νέεσθαι:
Ἀλλ᾽ αὐτοῦ βούλοντο μετ᾽ ἀνδράσι λωτοφάγοισι
Λωτὸν ἐρεπτόμενοι, μενέμεν, νόστου τε λαθέσθαι.

Ferunt præterea uentris morbum eos nõ ſen-
tire, qui hoc fructu ueſcantur. Iucundus me-

liuſ'q;

usq́ꝫ ſine interiore nucleo, q in alterutro ge-
ere oſſeus uidetur. Vinum huic exprimitur
mile mulſo, quod ultra denos dies negat du
are Polybius: ſunt q biduo triduoúe aceſcere
i ſcribant. Baccas eius contuſas cum nucleo
: callo ſuo dolijs ad cibos condunt. Nume-
oſa in Pharide inſula Lotophagorum: pluri-
na & in Aphrica. Familiaris & Italiæ, ſed natu
a cœli terræq́ꝫ mutata, & ſuccos oblita prio-
s. Expetitur ad tibiarum cantus, unde & pro
oia plerunqꝫ ſolet accipi. Politianus:
Dant & multiforam modulanda ad carmina
tum. Ex eius radice fiebant olim cultellis
puli. Cariem non ſentit. Fructus extenuat,
ccat & mediocriter adſtringit: qua de cauſa
l fluxum muliebrem, alui fluores ſi cum ui-
o aut aqua bibatur, aut etiam infundatur cly-
ere, ſalutaris eſt. Pilos defluos confirmat. Eſt
in Aegypto lotus, quæ in campis flumine
undatis prouenit. Caulem habet fabæ Aegy
iacæ ſimilem, & item folia, minora tamē &
nuiora: florem candidum, paruum, lilio ſi-
ilem, numeroſum, denſum, & ſibi inuicem
onferctum, qui occidente ſole occluditur, ad
rtum autem aperitur. Caput fert magnitudi-
: maximi papaueris, & ſimili modo inciſu-
ris

ris intus diuiſum, quod ſemen continet Mili
ſimile. Hoc Aegyptij exiccant, & in panẽ pi
ſunt, eoq́ȝ utuntur cibo. Caput quoque ipſum
ſub ſolis occaſum ſeſe in aquas condit, & poſt
exortum iterum emergit. Radicem fert mâl
cotonei ſimilitudine, quę cruda coctaq́ȝ man
ditur, decoctaq́ȝ ouorum uitellis ſaporem ex
hibet. Lotus ſatiua nõ niſi poſt annum in hor
tis ex ſemine ſuo naſcitur. Plinius foliato cau
le eam tradit: & antiquiores poëtæ inter her
bas deorum uoluptati naſcentes numeraue
runt. Folia êdit terna, ſed à Trifolio diſcrepat,
ꝙ in Trifolio longiora, minora & acumina
tiora folia ſunt: in loto tria quidẽ numero, ſed
longè maiora: nec in acutum, ut in illo, deſi
nentia: uerùm paulò minus, quàm in orbem
circumacta. Abſtergit, modicè ſiccat, calore
temperata eſt. Extractus ſuccus melle addito
oculorum argema, nubeculas, ceterasq́ȝ cali
gines diſcutit. Apud Heſperios Aethyopas
tradit Columella naſci herbam Lotum uoca
tam artemidorus, qua ueſcentes quamlibet ſi
ticuloſi & ſqualenti tractu ſitim arceant: ob id
& Lotophagi Aethyopes, ut inquit Strabo, no
minati ſunt. Lotus ſylueſtris caulem fert bicu
bitalem, aut etiam maiorem, numeroſis alarũ

cauis:

cauis:folia trifolio,quod in pratis naſcitur,ſimilia: ſemen Fœnogræco, multò tamen minus ſapore medicato. Semen eius cal.ſec. habet nonnihil etiam abſterſorium.

Lucernula, uide Lychnin.

Lunaria minor, kleyn monkraut. Veteres huius herbæ,quòd equidem ſciam,non meminerunt. Rotundũ fert caulem,cui folia utrinq; ſeptem annexa, cordis ferè humani figurã habentia:in ſummitate caulis ſemen betæ ſimile profert. Naſcitur in montibus. Folia uulnera glutinant,ſupprimũt menſes,& ad album muliebre profluuium mirificè conferunt.

Lupinus ſatiuus feigbon. Vnicum profert caulem: folium quinquefariam aut ſeptifariã diſſectum,florem candidum: ſiliquas, in quibus quina ſenaúe intus grana,dura,lata rufaq; continentur:radicem luteam capillamentis fibratam. Exilem terram amat &arenoſam. Ter flores ſiliquasq; producit, Maio,Iunio,& Iulio. Obſtruendi uiribus pollet,abſtergit,diſſipat,& ſine morſu deſiccat,lumbricos occidũt illiti & poti. Viſcera purgãt cum ruta & pipere poti. Cutis uicia extergunt: tumores diſſipant cum oxymelite illiti,Gignuntur &ſylueſtres lupini, ſatiuis ſimiles,ſed omnino mino

T res,

res,qui eadem,quæ ſatiui poſſunt: ſed amariores ſunt,& omni ex parte ualentiores.

Lupi pes in Lycopode exponetur.

Lupus ſalictarius,uel reptitius,nomen habet,quòd ſubeat ſcandat'que ſalices,& arbuſta omnia circumuoluendo ſe, circumplectatur: uulgò lupus uocatur, Græcè βρύον, Germanicè Hopffen. Caulibus conſtat aculeatis, longiſſimisq́ꝫ: folijs uitis albæ, hiſpidis & nigriorib⁹, flore cinereo ſeu candicãte,ac multis exilibus colliculis ſquamatim compactili: radice ſubnigra longaq́ꝫ. Hoc frugibus admiſto Germani ſuam condiunt cereuiſiam. Teneris eius turionibus in acetarijs utimur. Sedat ſtomachi inflãmationes ex ſero potus. Bilem regio morbo laborãtibus detrahit. Pituitam in aqua intercutem exigit per aluum. In capitis dolore, qui medium capitis occupat,eius ſuccus illinitur quoties immodicos æſtus mitigare neceſſum ſit.

Luteæ herbæ mentionem fecit Vitruuius. Qui non poſſunt, inquit, Chryſocolla propter caritatem uti,herba quæ Luteum appellatur,cœruleum inficiunt,& utũtur uiridiſſimo colore. Sunt qui Luteam Lyſimachium interpretentur.

Lychnis lucernam Gaza conuertit. Plinius quodã loco flammeam cognominat, alibi roſam Græcam. Non niſi in humidis prouenit, nunquam excedẽs quinq; folia, uiolę magnitudine, odore nullo: flos illi purpureus eſt qui corollis intexitur. Semen cal. ſic. ſec. abſolutè, q̊d in uino potum auxiliatur contra ſcorpionum ictus. Lychnis ſylueſtris per omnia urbanæ ſimilis.

Lychnitis ſpecies Verbaſci, de qua infrà.

Lycium, aliqui pyxacanthan uocant, arbor eſt ſpinoſa, ramis trium cubitorũ, aut longioribus, circa quos folia denſa, buxo ſimilia. Fructum fert piperis figura, nigrum, leuem, amarum, denſum'q;: corticem pallidum, non diſſimilem lycio madefacto: radices multas, obliquas, lignoſas. Naſcitur plurimùm in Cappadocia, Lycia, & pleriſq; alijs locis. In aſperis prouenit. Colligitur ex ea ſuccus hoc modo: Tundunt unà cum frutice radices, & cùm diebus aliquot in aqua macerata fuerint, decoquuntur: tum exempto ligno, iterum eo qui ſupereſt liquore ad craſſitudinem mellis decocto. Adulteratur ſuccus adiecta decoctioni murca, aut abſynthij ſucco, aut felle bubulo. Innatans ſpuma inter coquendum eximitur,

 quæ ad

quæ ad oculorum medicinam ſeruatur. Exprimitur & ex ſemine eodē modo ſuccus, & inſolatur. Optimum cenſetur lycium, q̊d igne accenditur, reſtinctumq́ꝫ rubentem ſpumam oſtendit, glebis extrinſecus nigris, intus cùm fregeris rufis, odore minimè uiroſo, cū amaritudine adſtringēs, crocino colore: cuiuſmodi Indicum eſt, cæteris præſtantius. Lycium ex diuerſis genere ſubſtantijs conſtat, calida, tenui, & diſcutiente, terreſtri uerò frigida & leuiter adſtringente, ut in ſecundo gradu deſiccet. Calefaciendo refrigerandoq́ꝫ mediū eſt: hac de cauſa ceu abſterſorio in oculis obſcuratis eo utuntur: tanquam adſtringenti in cœliacis, torminibꝰ inteſtinorū, & maleficis ulceribus: at contra inflammationes, ut diſcutiēti.

Lycopſis quartum genus Anchuſæ, ſuperiùs explicatum.

Lycoctonum, dictum eſt in Acanito.

Lycopus, uel lupi pes, marrubio ſylueſtri ſimilis eſt, folio lupini pedis effigie diſſecto, grauis odoris: caule anguloſo, geniculatoq́ꝫ, fungoſa intus medulla: radice frequenti capillamento fibrata. Folia trita præſentaneo remedio imponuntur diſſoluto ſtomacho. Multi credunt eſſe herbam cardiacā hodie dictam.

Lygea apud Athenæum Spartus eſt.

Lyſimachia â Lyſimacho rege inuentore nomen habet, uulgò Salicaria, wederich nominatur. Caules emittit cubitales, aut etiam longiores, tenues, fruticoſos, quorum à geniculis folia exeunt gracilia, ſalicis figura, guſtum adſtringentia, flores rufos, aut ad auri colorē declinantes. Gignitur in aquoſis & paluſtribus. Acerrimum nidorem ſuffita reddit: qua de cauſa ſerpentes fugat & muſcas interficit. Vim habet excellenter adſtrictoriam, qua & uulnera glutinat, & ſanguinem compeſcit, cùm ipſa, tum ipſius ſuccus. Pota diſenterias, ſanguinis reiectiones, ac muliebrem fluxum ſanat. Plinius deſcribit aliam Lyſimachiæ ſpeciem purpureo flore, quæ minus adſtringit.

Quæ ab M ſumunt exordium.

CAPVT XII.

MAcer, uulgò Macis, Germanicè muſcaten blumen: cortex eſt rubens, radicis magnæ, nomine arboris ſuæ. Conuehitur ex India, guſtu acerbo, & cum quadam acrimonia, iocundè odorato: qualis ea ſit, incomper-

tum habet Plinius. Recentiores non radicis, ſed nucis odoratæ corticem ac folliculum eſſe adfirmant: id'q; uerò propius eſt, & ita modo cernitur. Hanc nucem Græci moſchocaryon, uel moſchocaridion appellant, nos nucē moſchatam. Hic fructus dum recens eſt, totus ſucco pingui & oleoſo madet, ſic ut in unguentū exteri poſſit, unde multis myrepſica, ſeu myriſtica, id eſt, unguentaria nux dici cœpit. Probatur recens, quę nullam ſenſerit cariem, ponderoſa, prępinguis, colore in rubrum inclinato. Hæc nux corticem habet, ueluti tenellum iuglandis putamen, quo tegitur. Supra hunc corticem cortex alter ſubrufus uiſitur, qui totam nucem nō tegit, ſed ueluti cancellus per nucem diſcurrit, quamuis in aliquibus, ſed raris tegat. Hinc nunc Macer, ſiue macis uocat. Antefertur is, qui colore ruffo uel flauo rutilet, odore ſuaui, cum leui acumine. Improbatur nigricans. Nux ipſa aluum adſtringit, diſtendentes ſtomachum ſpiritus diſcutit, oris ſuauitatem commendat, ſtomachum & iecur roborat. Lentigines in facie & impetigines emendat, lienem incremento laborantem reprimit. Cal. & ſic. 2. Macer uero ſic. 3. partiū'q; tenuitate pręſtat, cæteras habens ſuę nucis do-

tes.

tes. Arbos autem ipſa uulgari Perſico ſimilis traditur, roſeo flore & nuce, eiuſdẽ propè effe- ctus, cuius & caryophyllon.

Madonaïs Theophraſto Nymphæa, de qua poſtea.

Magydaris apud Theophraſtum alterum genus Laſerpicij eſt, radice ſimile, minus craſ- ſum, minusq́; uehemẽs, fungoſum ſine ſucco. Natura ei, quæ Laſerpicio. Quidam tamẽ La- ſerpicij radicem, quidã caulem, alij ſemen Ma guderim appellant.

Maiorana, uide Amaracus.

Malabathrum, uel Malobathrum, credunt aliqui eſſe Indici nardi foliũ, falſi quadã odo- ris cognatione. Eſt enim folium ſui generis, quod Indicę gignunt paludes, lentis paluſtris modo innatans aquis, ſine radice. Id collectũ ſtatim lino tranſſuitur, & ſiccatum recondit. Tradunt ſiccatis ęſtiuo feruore aquis, humum aridis fruticibus uri: quod ubi non euenerit, ne amplius quidem renaſci. Laudatur recens, in nigredine albicans, integrum, nec fragile, odore caput feriens, quod diu inſuaui odore permaneat, & nardum ſapore ĩmitetur, nullo ſalis guſtu. Infirmum uerò, & minutim contu- ſum, præſertim ſi carioſum uirus olet, uitio-

ſum eſt. Aequales ſpicæ nardi uires repręſentat. Plinius quoq; alterum genus addit ex arbore Syriaca lectum, quam fronde conuoluta aridi coloris deſcribit. Medici nunc nec primum, nec ſecundum, cùm fortè non amplius deferatur, ſed tertium Malobathri genus nouêre: Mauritanis tembulum appellatũ. Cuius ſurculi cum folio quale arbuti uel lauri eſt, pollicares plerunq; ad nos ferantur, fructuſq; laurinis baccis ſimilimus. Omnia tria genera folij appellatione conſueuerunt uenire, adeò ut Malobathrinum quoq; unguentũ, Latinè Foliatum appelletur.

Malachra idem eſt quod Bdellium.

Malacociſſum Democritus aquilex mollibus hederæ folijs depingit, caule tenero, ſeſe cuicunq; quod fuerit nactus inuoluente. Subeſſe aquam ubi reperitur adfirmat.

Malinathalla apud Theophraſtũ in Aegypto planta naſcẽs: Locis, inquit, arenoſis, haud procul à fluuio naſcitur terrenum, quod Malinathallam appellant, figura rotundum, magnitudine meſpili, ſiue nucleo, ſiue cortice, folia ut gladiolus mittit. Hęc incolę legentes in brito ordeaceo decoquunt, dulcia admodum efficiuntur, hiſq; pro bellarijs utuntur.

Malua

Malua ab emollienda aluo Grecè μαλάχη dicitur. Martialis:

Exoneraturas uentrem mihi uillica maluas
Attulit, & uarias quas habet hortus opes.

Duo maluarum genera ſunt: malua hortenſis Römſche pappel, & ſylueſtris. Hortenſis uaria ſunt genera: alia ſiquidem roſas purpureas, & has uel ſimplici, uel multiplici foliorum textura conſtãtes: alia candidas, & iterum folior textura differentes producit. In arborẽ grandeſcit, eiusq; ſcapus tanta magnitudine proficit, ut baculi uſum præbeat. Folia fert ampla, circinatę rotũditatis, multis in ambitu ſegmẽtis: caudicem ſimplicem, à medio ferè ad uerticem pulcherrimis floribus decoratum, breui admodum pediculo dependẽtibus, qui uenuſtate roſis nõ cedunt, & ſi ſuppeteret odor, de principatu certarent. Colorem habent purpureum uermiculatumúe, & candidum. Capitula quædam breuibus innixa petiolis, & leuiter in mucronem faſtigiata, primùm è caule proſiliunt, eisq; paulatim intumeſcẽtibus pręgnantia florum inuolucra fatiſcunt, in quibus dehiſcentes flores ſeſe pandunt, & explicãtur in folia quinq;, interdum ſtructili quadã ſerie, ut diximus, numeroſa, calycibus apices pau-

cos complexis,qui lutei mediјs emicant,qui-
bus decidentibus erumpunt purpurea ſtami-
na. His fœtus ſuccreſcit multipliciter tunica-
tus,atq; in umbelici formam numeroſo ſemi-
ne coagmẽtatus,in qbus cùm decuſſa ſunt fo-
lia, reliquarum maluarum modo ſemina re-
cluduntur. Hæc roſa apud ueteres Græcos μο-
λόχη appellata fuit, cuius folia cum ſole cir-
cumagi Columella tradit. Sylueſtris duplex
eſt,quædam pumila eſt,& humi repens, quã
Germani genßpappel / oder haſenpappel no-
minant,folium êdit rotundum, pingue, & in
ambitu ſerratum: caulem magnum, flores ex
candido purpuraſcentes:radicem candidam.
Quædam etiam altius ſeſe attollit,& ferè arbo-
reſcit. Hanc Germani Roßpappel uocant. Fo-
lia habet magis laciniata, flores ex cœruleo
purpureos: radicem candidam. Hortenſis in
hortis ſata prouenit, ſylueſtris in locis incul-
tis,pinguibus potiſſimùm & humidis. Sylue-
ſtris mediocriter diſcutit & emollit. Hortẽſis
autem ceu humidior, etiam imbecillior eſt.
Semen tantò uiribus præſtat,quantò & ſiccius
eſt.

Mâlus *eyn appelbaum*, Græcè μηλέα. Fru-
ctus eius mâlum, Græcè μῆλον. Infinita ferè in

mâlis

mâlis eſt uarietas:tam multa enim eorum ge-
nera ſunt,tot colorum differentiæ, tot figura-
rum diſcrimina, tam uarij ſaporum odorũq;
ſenſus & maturitatis tempora, ut nemo enu-
merare queat. Mâlis omnibus frigida & excre
mentitia ineſt humiditas, quæ in eorum cenſu
tenera & aquoſa ſunt, frigiditate cæteris & hu
miditate præſtant. Dulcia aquoſa quidem, nõ
tamen manifeſtè frigida ſunt. Auſtera dulci-
bus frigidiora, ſed minus humida. Acida fri-
gida & ipſa, uerùm incidendi uim humores
uentriculo inhærentes teſtantur. Acerba, frigi
do & terreſtri donata temperamento uentrẽ
ſupprimunt, uulnera glutinant. Pari modo fo
lia, ſucci, & cortices arborum inter ſe differũt.

Mâlus aurea, Medica, Aſſyria, Perſica aut
Heſperida: uide Citrus.

Mâlus cotonea, quære Cotonea.

Mâlus aurea, lege Chryſomela.

Mâlus Struthia, Neopolitana, Muſtea, Me-
mela, Miſcella, Phaulia: require in Cotoneo.

Mâlus Punica, uide Punica mâlus.

Mâlus Perſica, lege Perſica mâlus.

Mâlus Armeniaca, quære Armeniaca mâ(la.

Màlus Epirotica, uide Epirotica mâlus.

Mâla inſana, uel poma amoris, Germani
uocant

uocant Melantzen. Dicuntur inſana, quia di
ficulter coquuntur: amoris uerò poma, quò
propter elegantiam &pulchritudinem dign
ſunt quæ amentur. Naſcuntur in frutice, q
Perſonatiam caule & folijs refert: niſi quò
huius folia longiora, magiſq; laciniata ſin
Flores fert purpureos, ſpecioſos, ſex folijs
calatho ſtellatim radiatis: fructus oblongo
mâli forma & magnitudine, in quibus ſeme
ſiliquaſtro non diſſimile: radicem multis ca
pillatam fibris, luteamq;. Non aũt eſt ea Man
dragoræ ſpecies, quam Morion uocant, lice
id Hermolaus adſeruit. Quia Morion fructũ
fert nigrum, acinoſum & letalem. Mâla uer
hæc tota ſunt ferè purpurea, nonnulla etiã lu-
tea, aut candorem aliquem præ ſe ferentia, ne
letalia ſunt. Eodem cultu, quo melones & cu-
cumeres gaudent. Edunt à nonnullis ex oleo,
ſale & pipere fungorum modo cocta. Sed qui
ſanitati ſtudent, eorum uſum euitabunt.

Mâlum terrę, Ariſtolochia rotunda eſt. Ga
za tamen Cyclaminum ita reddidit.

Mamiras ueluti radicula herbæ cuiuſdam
eſt (ut Aegineta inquit) ceu geniculis frequen-
tibus nodoſis, quæ cicatrices & albugines ex-
tenuare creditur, exterendi nimirum facultate
prædita. Man-

Mandragoras, à nonnullis Circæa appel-
atur, à Circe, quòd radix eius amatorijs uene-
cijs utilis eſſe credatur, à Romanis mâlus ter
eſtris, quia mâla profert: nec in altum, ut reli-
uæ arbores, ſurgit. Pythagoras Anthropo-
norphon eam uocauit, quę uox humanę for-
næ plantam ſignificat. Hinc circumforanei
li impoſtores occaſionem arripuerunt, qui
adicem humana effigie inſignitam circumfe
unt, & mandragoram eſſe teſtantur. Fingunt
utem eam ſub patibulo naſci ex urina pendē
s furis, &c. multa enim alia de hac re menti-
ntur, quæ nihil attinet hìc referre. Sunt enim
læ radices fictitiæ, & manu factæ ex cannabę
adicibus, humana effigie ſculptis, poſtea plā-
tis: naſcuntur autem ſubinde radiculæ par-
æ, quæ repræſentant capillos, herbam, pecti
is pilos, & ex terra eum colorem acquirunt,
t radix eſſe uideatur. Duo eius ſunt genera:
œmina nigra eſt, à Græcis θριδακίας à ſimili-
dine foliorum appellatur. Hæc folia habet
nguſtiora & minora, quàm Lactuca, graui-
r odorata, & uiroſa, per terrā ſparſa, iuxtaq;
olia poma uitellis oui ſimilia, pallida, odora-
, in qbus ſemen quale pyri: radices magnas,
inas ternasúe, ſibi inuicem implicitas, in ſu-

per-

perficie nigras,intus candidas , craſſo cortic
ueſtitas . Nullum fert caulem . Mas candidu
eſt,quem Græci μώριον uocant: folijs conſta
magnis,candidis,latis,leuibus ut betæ. Mal
fert duplo maiora quàm fœmina,croci colo
re,cum aliqua grauitate odorata , quæ come
dentes paſtores quadantenus ſoporantur. Ra
dix ſupradictæ ſimilis, maior tamen candidi-
orq́ꝫ. Orbata & hæc eſt caule. Prouenit in ſyl-
uis & umbroſis locis: nunc in hortis etiã plan
tatur. Succus colligitur è cortice recentis radi
cis tuſo & prælis ſubiecto , quem inſolatum
cùm iam concreuerit, in fictili uaſe reponere
oportet. Colligitur itidem è pomis ſuccus,ig-
nauior tamen. Delibratur radicis cortex, &
traiectus lino ad uſum ſuſpenditur. Quidam
Mandragoræ radices in uino ad tertias deco-
quunt, & traiectum per colum ius ſeruãt,uten
tes cyathi unius menſura in peruigilijs, & do-
loribus, & in his, quos ſine doloris ſenſu ſeca-
re aut urere uoluerint. Potus duorum obulo-
rum pondere cum mulſa aqua Mandragoræ
liquor, pituitam nigramq́ꝫ bilem Veratri mo-
do purgat. Verùm maiori copia potus uitam
adimit. Colligitur ex radice liquor, ea ſcarifi-
cata multifariam, & eo quod erumpit, in cauũ

as recepto. Eſt autẽ liquor ſucco efficacior. ed non ferunt omnibus locis liquorem radi es. Mandragoras frig. ter. Mâla ipſius etiã ca-ditatem quampiam & humiditatem referũt, nde ſoporem grauem homini poſſunt accer re: at radicis cortex uehemẽtiſſimus, nõ refri erat modò, ſed etiam ſiccat interior eius pars nbecillior eſt. Alium tradunt eſſe Mandra-oram, nomine Morion, in opacis iuxta ſpe-s enatum, folijs albi Mandragore, minori-us, albis, dodrantalibus, radicem ambienti-us, quæ mollis eſt & candida, paulò maior lmo, pollicemq́; craſſitudine æquat. Tra-unt eam in pane, offa, obſonio, drachmæ ondere deuoratam, uſum rationis intercipe-. Obdormiſcit enim homo eò ferè, quo come-rit habitu, ſenſus impos, ternis quaterniſue quo data eſt, horis. Hac medici utunt, cùm ndendi urendiq́; neceſſitas adeſt. Ferũt prę-ea antidotum eſſe radicem cum furioſo ſo-io potam.

Manna, thuris mica ſiue puluis eſt, con-ſſu eliſus, quam ueteres etiam pollinem thu aliquando dixerũt. Similes thuri uires ha-, ſed remiſſas, & ſenſim adſtringentes. Ara-s aliud manna deſcribunt, natura ac uiribus

à ſu-

à ſuperiori diuerſum, quod à Galeno mel aër
um nominatur. Prouenit autem cùm halitu
interdiu è terra atq; aquis prodeunt, qui ſol
calore exactè attenuati ac cocti, à frigore i
ſequentis noctis in unum coguntur ac denſa
tur. Quod quotannis in monte Libano perſ
pe accidit, adeò ut expanſis ſuper terram uel
leribus, cõcretus ille humor à concuſſis arb
ribus decidens excipientes, ollas ac fictilia pl
na referant, uocãtq; id Roſcidum mel, aut aë
rium, Arabes manna. Eſt itaq; rori congene
hic humor ſuper plantarum folia cadens, e
quibus boni maliúe quidpiam acquirere po-
teſt. Is enim qui ex thymo aliisq; herbis ac fru
ticibus ſicci temperamenti colligitur laudatiſ-
ſimus eſt. Vtuntur eo medici hodie ad prin-
cipum aluum moliendam.

Margaritides in palmulis deſcribentur.

Mariſcus genus iunci, ex q̊ tegetes & ma-
rinę naſſæ fiunt.

Marrubium, Græcè πράσιον, Germanicè
Andorn das weiblin/ weißandorn dicitur. Fru
ticem êdit à radice ſingulari ramoſum, ſubhir
ſutum, albicantem, ramis quadrantalibus: fo-
lium pollicis inſtar, ſubrotundum, hirſutum,
rugoſum, guſtu amarum; ſemen aſperũ, teres,

per

er interualla in caulibus: flores lacteos aſpe-
os, uerticillorũ figura, caulem ex interuallo
mplectẽtes. Naſcit̃ circa domicilia collapſa,
 inter rudera. Cal. 2. amplius autem ſiccat.
ecur lienemq́ obſtructionibus liberat: exe-
rationes è thorace & pulmone, menſes'que
romouet. Illitum extergit diſcutitq́, præci-
ua exterſoria inciſoriaq́ ui præditum.

Marrubium nigrum ab officinis nomina-
um, quære in Ballote.

Marum herba eſt ſurculoſa, flore origani,
d odoratiore, ac folijs multò candidioribus:
im habet Siſymbrio conſimilem, ſubſtrin-
it enim & modicè calfacit, qua de cauſa illitu
rpẽtia ulcera ſiſtit, & in calidas illitiones ad-
itur. Iuxta Magneſiam & Tralleis copioſſi-
a gignitur.

Maſtiche, lege Lentiſcus.

Materſylua, uide Periclymenon.

Matricaria, in Artemiſia dicta eſt.

Mecaphroditos apud Aëtium, herba con-
a uiperas commendata: fortaſſis ea eſt, quã
ioſcorides uocat Spumeum papauer.

Meconis, ſpecies eſt lactucæ ſylueſtris, a-
ara. (de Papauer.

Meconium ſuccus eſt papaueris nigri: ui-

V Medi-

Medica ſeritur iactato ſemine, ita ut pabu-
lum & frumẽtum, tanta dote, ut uno ſatu plu
denis annis durare credatur. Cùm recente
prodijt, folijs & caule trifolio pratenſi ſimili
eſt. Quidquid in caule aſſurgit, in folia contra-
hitur. Siliquas êdit corniculorum modo intor-
tas, in quibus ſemẽ lentis magnitudine depen-
det. Quod ſiccatũ iucundi ſaporis gratia con-
dimentario ſali miſcetur. Id uiride emplaſtri
modo impoſitum, prodeſt his, quæ refrige-
randa ſunt. Herba tota pro gramine utuntur,
qui pecora alunt. Sexties refloreſcit: cùm mi-
nimùm quater, modo non ſecetur. Areſcit ſur
culoſa, poſtremò in puluerem inutilem exte-
nuatur. Virgilius eius meminit: Tũc te quoq;
Medica putres Accipiunt ſulci. Eſt etiam Me-
dica arbor, quære Citrus.

Medion folia habet ſeridis: caulem tricu-
bitalem, & in eo florem grandem, purpureũ,
rotundum, ſemine cnici, minutum: radicem
dodrantalem, craſſitudine baculi, guſtu acer-
bam. Radix uires ſemini contrarias obtinet.
Eſt eñ auſtera, & fluxiones cõprimit, ideoq;
muliebrem fluxum ſiſtit. Semen cùm tenuis
incidentisq; ſit facultatis, menſes quoq; pro-
ritat.

Melam-

Melamphyllon deſcriptũ eſt in Acantho.

Melampodium, uide Elleborum nigrum.

Melampyron, quære in Myagro.

Melancranis ſpecies iunci paluſtris, Atri-
er Theodoro Gazæ.

Melandryum medulla roboris eſt. Plinio
erba eſt in ſegete ac pratis naſcẽs, flore albo,
dorato. Aliqui tamen apud Plinium Melam
yrum legunt. Sunt qui pro quodam roboris
enere ſumunt.

Melanthium, uide Gith.

Melappium, genus eſt pomorum, dulce et
doratum.

Melfrugum herba, ut ex Theophraſto Ga
a reddidit, quæ inter loti ſpecies numeratur.

Melinos, lege Panicum.

Melilotus, Sertula Campana, uel Corona
egia. Tria eius genera faciunt. Primum licet
olijs & floribus tertio generi ſimile ſit, cùm
amen guſtu nullam præ ſe ferat adſtrictionẽ,
uàm Melilotus requirit, Fuchſius non Meli-
otum, ſed Saxifragam luteam appellandam
enſet, de qua ſuo loco dicetur. Alterum, her-
a eſt humilis, palmi altitudine, folio pratẽſis
ifolij, pingui & cano, flore piſi, minore ta-
nen, luteo: ſemine in ſiliquis, radice rufa. Hęc

in Germaniæ pratis, montoſis potiſſimũ pro-
uenit, & appellatur wilder Kle. Hac, ob adſtri-
ctionem illam manifeſtam, quam guſtu præ-
fert, pro uero Meliloto uti licebit. Tertium ge-
nus optimum ac legitimum eſt, quod in Ger-
mania, non niſi ſatum prouenit. Caulem fert
ſubrufum, rotundum: folium Fœnigræci, in
ambitu ſerratum: florem luteum, odoratum:
ſemen in ſiliqua lunata. Tota herba odorata
eſt. Diuerſis facultatibus pollet: adſtringendi,
diſcutiendi & concoquendi.

Melimela, uide Cotoneum.

Meliſſophyllon, lege Apiaſtrum.

Melothrus uitis alba eſt. Apud Theophra-
ſtum herbæ uel ſuffruticis nomen eſt.

Melopepones, uide Cucumis.

Menſiflora, interprete Gaza apud Theo-
phraſtum, ad lacum Orchomenium naſcitur.

Mentha Mynze. Græcè ἡδύοσμος, quòd
ſuauem ſpiret odorem, uel μίνθη dicitur. Eius
duo ſunt genera, ſatiuum, & ſylueſtre. Satiui
quatuor ſunt ſpecies. Prima caulẽ habet qua-
drangulum, à radice lentè punicantem, & la-
nugine pubeſcentem: folium ferè rotundum,
ſerratum, molle & odoratum: floſculos pur-
pureos, internodia geniculatim coronantes,
uer-

erticillato ſemper ambitu. Hæc à Germanis eiment/oder krauſʒdeiment dicitur. Altera ab iſdem krauſʒbalſam, priori per oīa ſimilis, iſi q̊d illi purpureus flos circa cauliculoꝝ faſtigia conſpicitur. Tertia Balſam myntʒ/ oder nſer frauwenn myntʒ/ oder ſpitʒmintʒ: uulgò Romana, uel Saracenica. Folio longiore & cutiore cōſtat, floſculis purpureis coliculoꝝ acuminibus ſpicatim inſidentibus. Quartam Germani quidā hertʒkraut, nonnullli balſam kraut nominant: folia itidem longiora habet: lores purpureos, internodia geniculatim, haud ſecus quàm in prima, caules coronātes. Hæ paſſim in hortis proueniunt. Sylueſtris uliginoſis gaudet locis, quę alio nomine menthaſtrū dicitur, uulgò mentha equina, Germanicè wildemintʒ. Hęc folia êdit lanugine caneſcentia, atq; hirſutiora, Siſymbrio proceriora, odore magis uiroſo, floſculos ſpicatim colicu lorum faſtigia coronantes. Vtraq; cal. 3. ſic. 2. tenuis, acris, cum humiditate ſemicocta exiſtit, cuius cauſa in Venerem etiā incitat. Amari quoq; nonnihil obtinet, quo lumbricos enecat. Et quia etiam acerba eſt, recentes ſanguinis eruptiones coërcet.

Menyanthes, lege Trifolium.

Mercurialis *byngelkraut*. Nomen habet Mercurio inuentore, Græcè dicitur λινόζωστις ἢ ἑρμοῦ βοτάνιον. Duo eius ſunt genera: mas & fœmina. Folia fert ocimo ſimilia, ad helxine foliorum figuram accedentia, minora tamen ramulos geniculatos, alarũ caua multa & den ſa habentes. Fœmina ſemen profert racemoſum & multum. Mas uerò iuxta folia exiguũ rotundum, geminorum teſticulorum modo connexum. Frutex ipſe eſt dodrantalis, & nõnunquam maior. Vtraq; in oleribus mandit ad aluum ciendam. Illita diſcutit.

Meſpilus *eyn meſpelbaum*. Spinoſa arbor eſt, folio acutæ ſpinæ. Pomum fert ſuaue, exiguum, guſtu amabile, in quo tria oſſicula ſunt à quibus tricoccus quaſi trigania dicta eſt: noſtrate tamen meſpilum quinque intus nucleis farctũ eſt. Serò matureſcit. Eſu adſtringit, ſtomacho gratum eſt, aluumq; ſupprimit. Germina foliaq; impenſè acerba ſunt. Folia eius priuſquam decidunt, rubeſcunt. Multas habet radices, altas, & inextirpabiles. Infeſtatur uermiculis ruffis, & piloſis. Lignum habet denſum, incorruptum, ſolidum. Semine & auulſione ſeritur. Eſt & alterum meſpili genus in Italia naſcens, quod pleriq; Epimelida uocãt.

Arbor

Arbor mâlo ſimilis,folĳs tantùm minoribus. Pomum fert rotundum, eſui aptum, umbelico latiore:quod adſtringit, ſeroq́ maureſcit.

Metopium, arbor ammoniacam guttam ſtillans.

Meum, aliqui Men, aliqui Athamanticum uocant. Aniſo folĳs & caule ſimile eſt, ſed eo craſſius: bimûm fermè cubitorum altitudine attollitur,ſparſis in obliquum rectumq́; radicibus,longis,tenuibus,odoratis,linguam excalfacientibus. Radices eius cal.3.ſic.2. ideoq; urinā & menſes cient. Meum liberalius ſumptum capitis facit dolores.

Milium à miliaria ſumma appellatur propter multitudinem acinorum, Græcè κέγχρος Germanicè Hirß dicitur. Frumenti genus eſt, ſtipulam profert cubito altiorem,geniculatā: folium arundinaceū:lanugineum florem,quē circa ſpicam gerit; ſemē in iuba folliculo conclusum:radicem numeroſam, capillatam, ac multiplici fruticantem culmo. Aeſtate ſeritur, & intra quadrageſimū diem metitur. Milium in panes coactū, minus cæteris frugibus alit. Fri.1.ſic.2. Habet etiam modicam extenuandi facultatem. Extrinſecus igitur in ſacculis ad fouendū adhibitum, & elitum, deſiccare con-

ſueuit. Milium ad omnia panico præſtantiu
eſt, ſuauius editur, facilius concoquitur, uen
trem minus coërcet, magis nutrit.

Milium Indicum in Italiam Neronis prin
cipatu conuectum, nigrum colore, amplum
grano, arundineum culmo. Adoleſcit altitu-
dine ad pedes ſeptem, prægrandibus culmis,
quos lobas uocant, omnium frugum fertiliſſi-
mum. Ex uno grano terni ſextarij gignuntur.
Seri debet in humidis.

Milium ſolis, uide Lithoſpermon.

Miliaria, herba milio gentilis eſt: nomē ha
bet quòd milium implicando enecet. Hęc tri-
ta, & cornu cum uino infuſa, podagras iumen
torum ſanat.

Militaris, uide Lactoris.

Millefolium, Græcè μυριόφυλλον, nomē ha
bet à multitudine foliorum. Caulem êdit tenē
rum, ſingularem, unica nixum radice: plurima
folia, læuia, fœniculo ſimilia. Caulis flaueſcit
uarius, ac ueluti ex induſtria deliniatus. Na-
ſcitur in paluſtribus. Adeò ſiccat, ut uulnera
glutinet. De alio Millefolio uide Achillea.

De Miſcellis mâlis lege Cotoneum.

Mithridation, herba à Mithridate inuen-
ta. Folia habet, inquit Plinius, duo à radice

Acantho

Acantho ſimilia: caulis inter utraq; ſuſtinens
lorem roſeum. Hanc ipſam puto eſſe, quam
dem Chamęropa uocauit. Eoſdem, inquit,
ffectus habet lateris doloribus Chamærops,
nyrteis circa caulem geminis folijs, capitib⁹
Græculæ roſæ.

Mnaſium apud Theophraſtum iñ Aegy-
pto naſcitur, herbaceis annumerãdum. Vſum
nullum exhibet, pręterquam in re cibaria, dul
cedine copiaq́ꝫ alimoniæ præſtat.

Mollugo, idem eſt quod Hippophæſtum.

Molluſcum, uide Acer.

Molluſca nux, lege Nux molluſca.

Moloche, quære Malua.

Molon caule eſt ſtriato, folijs mollibus,
paruis, radice quadrantali, in qua per extre-
mum allij caput extuberat. Anhelantibus &
ſtomacho prodeſſe creditur.

Moly inuenit Mercurius, monſtrauitque
Vlyſſi contra Circes ueneficia. Folia habet
graminis, latiora, humi ſparſa: florem albæ
uiolæ ſimilem, ſed minorem, lactei coloris.
Homerus illi candidum florem tribuit: cau-
lem candidum, quaternûm (ſi locus non eſt
mendoſus apud Dioſcoridem) cubitorum, in
cuius cacumine ineſt aliqd, quod allij ſpeciẽ

 refert:

refert:radicem paruam,bulboſam, quæ mirū in modum ualet ad aperiendas uuluas, ſi trita cum irino unguento in peſſo ſubijciatur. Negat Theophraſtus uerum eſſe, quod Homerus cecinit difficulter effodi : adfirmat Plinius. Idem in Campania effoſſam ęgrè inter difficultates ſaxeas, & allatam ſibi meminit, radicis triginta pedes longæ, ac ne ſic quidem ſolidæ, ſed abruptæ. Vſus eius contra ueneficia & excantationes. Aliud moly in ruta ſylueſtri deſcribetur.

Molybdęna, id eſt, blumbago, herba apud Plinium in aruis naſcens, folio Lapathi, radice craſſa, hiſpida, qua commãducata, oculisq́ſubinde religata, blumbum (quod eſt genus uicij) ex oculis tollitur.

Morion, uide Mandragoras.

Morus *eyn molberbaum*, Græcè μορέα, ἢ συκαμινέα appellatur. Folia fert rotunda ferè, niſi quòd in ſummo ſint acuminata, in extremitatibus ſerrata, & ad menthæ hortenſis primi & ſecundi generis folia accedentia: flores lanugineos, fructum ſtatim ab ortu candidũ, cùm pubeſcit rubrum, ubi maturuerit atrum. Nouiſſima urbanarum germinat, nec niſi exacto frigore, ob id dicta ſapiẽtiſſima arborũ. Fru-

ctus

ctus eius maturus aluum ſubducit, & medica-
nentis ſtomaticis alijs, quæ moderatã requi-
unt adſtrictionem, utiliter miſcetur: immatu
us ubi exaruerit, perquam adſtringẽs fit me-
licamẽtum: cortex autem radicis arboris etiã
maritudinis cuiuſdam particeps, purgare po
eſt, eoq́ latos lumbricos occidit. Foliorum
utem ſurculorumq́ uis ſubducentiũ & com-
primentium media quodammodo exiſtit.

Morus Aegyptia, uide Sycomorus.

Mora uacinia, quære Rubus.

Moſchocaryon, lege Macer.

Mula herba apud Theophraſtum, Græcè
emionitis dicit̃, de qua ſuo loco diximus.

Muralis herba, uide helxine. Gaza etiã aco
itum myophonum reddit muralem.

Muricida Gazæ genus aconiti.

Muris auricula, require Auricula muris.

Murex herba eſt, quæ naſcitur ubi nunq̃
adiat ſol, ut in puteis.

Muſcus moß, à Græcis βρύον dicitur. Nihil
utem aliud eſt, quam cani arborũ uilli, qua-
s in ſeneſcẽte quercu maximè uidemus, ſed
dore præſtantes. In Cedro arbore, populo
ba & quercu inuenitur. Optimus eſt cedri-
us, proximus populneus, in quo candidus et
odora-

odoratior præſtat, nigricans improbatur: u
& in inſulis petriſq; natus. Inuenitur etiam in
piceis. Diſcutiendi ſimul & molliẽdi uim mo
deratam obtinet.

Muſcus marinus naſcitur in ſcopulis & piſcium teſtis prope mare, capillata herba eſt gracilis, ſine caule, egregia adſtringendi & refrigerandi ui, quare illitus feruẽtes inflammationes adiuuat.

Muſtax ſpecies eſt lauri, folio maximo flaccidoq; albicat.

Myagron, aliqui Melampyron uocãt. Herba eſt fruticoſa & bicubitalis, folijs rubeę ſimilibus, pallido colore. Semen habet pingue, oleoſum, fœnogræco ſimile. Cuius pinguedine ſcabricias corporis leuigari atq; expoliri conſtat. Semen etiam contuſum igni torrẽt, perunctiſq; eo uirgis ad lucernarum lumina utuntur. Quod in ſemine oleoſum habetur, uiribus eſt opplendi.

Myle herba, cuius radix paruo bulbo ſimilis eſt, conſtringit, itaq; cum lolij farina appoſita uterum apertum & dehiſcentẽ ſanat. Hæc Galeni ſunt uerba, Dioſcoridem teſtem citantis, apud quem tamen nihil de myle, ſed eadẽ omnia de moly herba reperiuntur.

Myoſotis, lege Auricula muris.

Myoctonon in Aconito dictum eſt.

Myrapidia pyra odorata ſunt. Nimirum quæ hodie Moſchatula, uel Muſcata dicuntur, ulgò quibuſdam Chia. Minima omniũ quina enaúe, ſæpe plura ab una origine longis dependent pediculis, odorata moſchi iucundiate. Pręcocia ſunt, & ferè omnium prima, unde quidam ſuperba dixêre. Condiuntur ſaccharo à ſalgamarijs, ut in ſequentem annum prorogentur.

Myrice non eſt frutex ille, quem Germani heyd, Dioſcorides Ericen uocat. Sed eſt arbuſcula, quæ alio nomine Tamarix dicitur, Germanicè Tamariſck. Duo eius genera: ſatiua & ſyluestris. Hæc frutex humilis eſt, ramis ex herbaceo fuluoq́ꝫ colore uariegatis, folijs ſabinæ aut erices, flore muſcoſo, qui demum in pappos euolat, nullum fert fructum. Satiua in cæteris priori ſimilis eſt, niſi quòd fructũ Gallæ non diſſimilem profert, qui guſtu inæqualiter adſtringit. Enaſcitur apud pigras ſtagnantesq́ꝫ aquas. Syluestris copioſa in Germania ad Rhenum & Iſarum. Satiua in Syria & Aegypto, ubi proceriſſimas æquat arbores. Perpetua coma frondet. Myrice incîdit, extergitq́ꝫ.

ita

ita ut manifeſtè non ſiccet, ſed adſtrictionem quoq; nonnullam obtineat, qua de cauſa decoctum ipſius potum lienes adiuuat, dentiũq doloribus medetur. Fructus & cortex ipſius gallæ uirtute proximus eſt. Cinis arboris uehementius exiccat.

Myriophyllon, quære ſuprà Millefolium.

Myrobalanus, uide Glans unguentaria.

Myrrha minor altitudine, ſed fruticoſior eſt thure: ad quinq; tamen cubita creſcere arborem meminit, caudice duro intorto'que, & craſſiore, q̃ hominis ſura, cortice leui, proximo'q; Vnedoni Andrachnæ'ue. Foliũ fert Oluſatri, ſiue ut quidam uolunt Oliuæ, uerùm criſpius, aculeatum extremitate, ut iligneum. Ex hac arbore lachryma defluit, quæ eodem nomine myrrha dicitur, in ſubſtratas palmeas tegetes, aliquando etiam in trunco arboris concreſcit. Dicitur quædam πεδιάσιμον, quaſi in planitie & campeſtri loco nata myrrha, præpinguis: qua expreſſa Stacte emittitur: quædã etiam Gabirea, omnium pinguiſſima, pingui & feraci ſolo proueniens, quæ copioſam Stacten etiam reddit. Omnium prima eſt, quæ Troglodytica appellatur, accepto cognomine à loco in quo prouenit, ſplendens, ſubuiri-

dis,

lis,ac mordens. Legitur & tenuis quędã, quę Troglodítica ſecunda eſt, Bdellij modo mol s,uerùm odore grauiuſcula, apricis naſcens. Alia caucalis cognominatur, præter modum xoleta, nigra & retorrida. Omnium deterri na, quæ Ergaſime dicitur: pingui carens, ca o ſitu obducta, acris, gummi uiribus & aſpe tu referens. Improbatur etiam quæ appellaт minnea. Ex omnibus paſtilli fiunt, ſed è pin uibus, pingues & odorati: è ſiccioribus haud uaquam pingues & odorati. Minus odore ollet, quæ oleum non admiſit, cùm in paſtil os digerebatur. Adulteratur macerato gum ni aqua, in qua myrrha maduerit. Eligēda eſt ecens, fragilis, leuis, undiq; concolor, & quæ onfracta internas quaſi ungues candidas, & ues diuiſiones oſtēdat, minutis glebis, ama , odorata & acris. Hæc in noſtra myrrha, uæ in officinis extat, non ſunt: quare adulte na eſt. Gal. ſic. 2. Capitis uulnera, ſi illinatur, lutinat. Item amaram uim obtinet, qua uen is lumbricos & fœtus occidat. Abſtergit q̊q; uare & ocularijs medicinis temperatur. Hu ores pectori infixos expurgat, ita ut fauces on aſperet. Corpora ſi ea perungantur, impu ibilia reddit.

Myrrha

Myrrha Bęotica uires habet calefaciend
emolliendi,& diſſoluendi. Eſt autem arbor
cuiuſdam diſſecta radix in Bœotia naſcenti
Melior eſt,quę myrrham odore repræſenta

Myrrhis ſimilima eſt cicutæ caule folijſq
unde quidam decepti ueram eſſe cicutam pu
tauerunt,cùm tamen uiribus ab ea ſit diuerſi
ſima. Radicem obtinet longam, teneram,ro
tundam,odoratam,in cibo non inſuauē. Pa
ſim in hortis ac pratis quibuſdã prouenit. Ca
ſec. ac nonnihil etiam extenuat. Radix men
bus mouēdis & humoribus è thorace ac pul
mone repurgandis idonea.

Myrtus eſt arbor in Italia, oleæ ſimilis, ſe
ramis folijſq; minorib⁹, anguſta fronde, per-
petua, ſeriatim diſpoſita, flore ſupra fructum
inſidēte, baccis nigris, piperis guſtu, ſucco ui-
noſo, ſtirpe inæquali & ramoſa. Ex baccis eius
fit uinum, quod Myrtidanũ uel Myrtiten ap-
pellant. Nobilitata eſt ouali corona. Amat lit-
tora. Martialis:

Nec plus lotus aquas, littora myrtus amat.
Virgilius libro 4. Georg.
Pallētesq; hederas, & amãtes littora myrtus.
Hinc Veneri ſacra eſt. Venus enim è mari di-
citur orta. Creſcit quandoque in locis planis.

Odora-

)doratiſſima eſt in Aegypto. Adſtringendi
is & Myrto & ſemini eſt. Pollet in eis terre-
ris frigiditas, qua ualenter ſiccant. Nigra uti-
or medicinæ, quàm candida eſt: & in hoc ge
ere multò magis montana, ſemen tamen im
ecillius parit. De myrto ſylueſtri lege Ru-
us.

Myrtidanum Dioſcoridi appellatū uirgul-
m myrto adnaſcēs, nodoſum, inæquale, uer
ıcoſum, concolor, quòd perinde quaſi ma-
ıs myrti, caudicem amplectitū. Magis quàm
yrtus adſtringit & ſiccat. Tuſum addito au-
ero uino reponitur, coactumq́ in paſtillos
catur in umbra: multò efficacius & folio &
mine. Folia etiam aridiora uiridibus magis
cant. Fructus ſuccusq́, tum foris applicati,
m intus adſumpti, perſimiles uires præ ſe
runt.

Myſos, uide Oxyan.

Myxa, arbor Damaſcenę pruno popularis,
Syria & Aegypto olim gignebatur, nūc eſt
miliaris Italię. Fructus etiam myxa, uel my-
ıria dicuntur, olim Sebaſti, in Auguſti hono
m, ut uériſimile eſt. Qui minor quidem pru
s eſt, facultate uerò conſimilis.

Quæ à litera N ſumunt initium.

CAPVT XIII.

NAErum apud Theophraſtum inter aro
mata numeratur: quam quidam putan
eſſe Nerin, id eſt, nardum montanam.

Napus ſteckrüb, Græcè βουνιάς à tumente f
gura, quam præ ſe fert, dicitur. Folia habet ra
pi, leuiora, erucæ modo laciniata: caulem cu
bitalem, interdum altiorem, rotundum: flore
luteos, braſſicæ proximos: ſemen in ſiliquis
radicem oblongam. Duo eius ſunt genera: ſ
tiuum, quod forma proximè ad braſſicã terti
ſpeciei accedit, radicemq́ꝫ oblongiorem obti-
net, & ſylueſtre, quod folijs ſuis erucę nõ diſ-
ſimile eſt, radice ampliore & rotundiore. Gau
det locis frigidis. Eaſdem cum rapo uires ob-
tinet.

Narcaphthũ, naſcaphthum, naocaphthon,
ſiue lucaphthum lignum eſt corticoſum, ſi-
mile ſycomori libro, quod iucũdi odoris gra
tia ſuffitur, & ad adſtrictos fœminarum locos
ſuffitu uaporatur. Defertur ex India.

Narciſſus folia habet porro ſimilia, tenuia,
multò minora & anguſtiora: caulem uacuum,
ſine folijs, ſupra dodrantem altum: florem al-

bum,

bum, intus croceum, in quibuſdam purpureũ: radicem intus albam, rotundam, bulboſam, ſemen uelut in tunica, nigrum, longum. Probatiſſimus naſcitur in montibus, ſuaui odore. Cæteri porrum imitantur, atque herbaceum uirus olent. Plinius duo genera conſtituit: unũ flore candido, calyce purpureo: alteri cætera eadem tribuit, ſed calycem herbaceũ. Radix eius adeò deſiccat, ut maximis uulneribus ſit glutinandis, imò etiam tendinum præciſionibus confert. Cæterùm abſtergendi & attrahẽdi uim quandam habet.

Nardus frutex eſt graui & craſſa radice, ſed minuta, nigráq; ac fragili, quamuis pingui, ſitum redolente, qualẽ cupreſſi, aſpero ſapore, folio paruo denſóq;. Cacumina in ariſtas ſe ſpargunt, ideo gemina dote nardi ſpicas & folia celebrant. Duo eius ſunt genera, unum Indicum, alterum Syriacum appellatur: non q; in India & Syria proueniant, ſed quòd montis, in quo nardus naſcitur, altera pars Syriam, altera Indiam ſpectet. Ex hoc Syriaci genere præcipuum eſt leue & recens, largam gerens comam, flauum colore, perquam odoratum, ac Cyperum redolens, breui ſpica, amaro ſapore linguam ſiccante, quod diu in ſua odoris

gratia permaneat. Ex Indicis autem nardum quoddam Gangitis uocatur, à fluuio Gange apud quem enaſcitur, montem prǽterfluente quod genus ob multam loci, in quo prodit uliginem, uiribus infirmius eſt, atq; procerius adoleſcit, plures ferens ſpicas ab unica radice comoſas, unáq; conuolutas, ac grauiter olentes. Montanum autem odoratius, ſpica breui ac mutila, odore cypero uicino, cǽteras habēs Syriaci dotes. Eſt & genus quoddam, cui Sampharitico nomen locus indidit, frutice breui, in magnas ſe ſpargens ſpicas, candidiore interim medio caule, hircorum uirus ſupra modum redolente, quod improbatur. Madefactũ aliquando diuendi ſolet. Quod uicium ex eo deprehenditur, ſi candida ſit ſpica & ſqualida, nulloq; puluere obſita. Adulteratur Stilbio cum aqua, aut palmeo uino, inſpiſſationis ponderiſq; cauſa inſpirato. Intueri autem oportet ſi lutum radicibus inſideat, & incerniculo puluerem excutere, eluendis manibus utilem. Indica nardus uocatur nunc ſpica nardi. Noſtræ uerò officinæ uera nardo carent, nam quam ipſæ habent inodora eſt, cùm uera perquam odorata ſit, & cyperum redoleat. Radix ſpicæ nardi cal.1.ſic.2. particeps eſt etiam adſtrigen

tis

tis cuiuſdam qualitatis, acris & ſubamaræ. Io- cinori prodeſt & ſtomacho extrinſecus ad- mota, & ebibita. Vrinam mouet, & interaneo- rum fluxiones deſiccat. Indica ualentior eſt, q̃ Syriaca & nigrior.

Nardus Celtica uel Gallica naſcit̃ in Iſtria. Breuis & exiguus frutex eſt, qui unà cum radi cibus carpitur, & in manuales faſciculos liga- tur. Folia habet oblonga, colore ſubflauo; flo- rem luteum. Cauliculorum & radicum dun- taxat uſus eſt, & odoris ſuauitas: unde pridie faſciculos aqua abluere expedit, & amoto, ſi quid terreni inhæſerit, in humido pauimento ſubiecta charta ſternere, tum ſequenti die pur- gare, ſiquidē utile, cùm aceroſo alienoq́; tum propter humoris uim non excutitur. Adulte- ratur impoſita herba ſimili, quæ hirculus uo- catur, ab odoris grauitate: ſed facilis cognitio: namq; herba candidior ſine cauliculo, mino- ribus folijs, radice neq; amara, neq; odorata, uti uera nardus eſt. Sepoſitis uerò ad uſum cau libus radicibusq́; folia abijcito. Et ſi ſeruare uolueris, uino trita excipito, atque in paſtillos digerito, & ita in nouo fictili uaſe diligenter operto aſſeruari debent. Laudatur hęc nardus ſi maximè recens fuerit, iucundi odoris, radi-

ce numeroſa cohærens, plena, nec fragilis. Habet autem ſuperiori uires æquales, ſed imbecilliores, præterquam ad urinam ciendam calidior enim eſt q̃ illa, minusq́; adſtringit.

Nardus montana in Cilicia & Syria naſcitur: ramulos foliaq́; Eryngio ſimilia habet, minora tamen, ac Eryngij modo aſpera & aculeata. Radicibus binis nititur, aut pluribus, nigris, odoratis, haſtulæ regiæ ſimilib⁹, ſed longè gracilioribus tenuioribusq́;. Neq; caulem, neq; fructum, neq; florem fert. Ad eadem, ad quæ Celtica efficax.

Nardus ſylueſtris, uide Aſaron, & Phu.

Nardus piſtica, de qua literæ ſacrę mentionem faciunt, proba, fidelis, germana, & quæ adulterata non ſit, dicitur.

Narta apud Theophraſtum inter aromata numeratur.

Narthex idem eſt quod ferula.

Naſcaphthum, uide Narcaphthum.

Naſtos, lege Harundo.

Naſturtium nomen habet à naribus torquẽdis, quòd odore & ſeminis acrimonia ſternutamenta prouocet. Græcè dicitur κάρδαμον quòd cor foueat, & in ſyncope illa, quam Cardiacam nominant, plurimùm ualeat. Eraſmus

quaſi

quaſi cor domans interpretatur. Vim enim & uigorem animi ſuſcitat, Venerem coërcet. Hinc prouerbium: Ede naſturtium, in ſocordem, ignauum, hebetem, ſtupidum olim dicebatur. Quòd uerò Dioſcorides Naſturtio uim, ſimilem erucæ & ſinapi tribuit, referēdum eſt ad acrimoniam in nares erumpentem. Eruca enim uim mentis hebetat, & Venerem acuit. Cæterùm quòd ait naſturtio ſtimulari Venerem, diſſentit à Plinio: Germanicè dicitur gartenkreß. Caulem habet ſeſquipedalem, ſtatim à radice minutorum foliorum pediculos: flores candidos: ſemen per ramorum latera copioſum, firmum, calyculis orbicularibus contentū, acri ſapore. Paſſim in hortis ſatum prouenit. Naſturtium olus eſt, quo Germani plerunq; utuntur in acetario, ſed uidendum eſt, ne edatur abſq; herbis refrigerantibus, ut lactuca, acetoſa, portulaca, quę igneam uim temperent. Semen eius eſt cal. & ſic. 4. Craſſos humores cum alijs potum incîdit. Herba ſicca eandem quoq; facultatem habet. Humida aūt adhuc & uiridis multò inferior eſt.

Naſturtium ſylueſtre, uide Hiberis.

Nautea herba grauis eſt, qua coriarij utuntur, à naui quaſi nauſea dicta. Quidam anagy

rim interpretantur, ſed autorem non haben

Nepa dicetur in Scorpio.

Nepeta explicata eſt in Calamintha.

Nerion, Græcè ῥοδοδάφνη, & ῥοδόδενδρο
à roſæ floribus, & lauri, uel arboris folijs, dic
tur: uulgò Oleander, Germanicè Olande
Frutex eſt folijs conſtans amygdalæ longio
ribus & craſſioribus: flore roſarum figura: fr
ctu amygdalæ ſimili, ueluti cornu, qui deh
ſcens lanea natura plenus eſt, pappis acanth
nis ſimili: radice longa, acuta, lignoſa, guſtan
ſalſa. Naſcitur in amœnis, maritimis, & ſecu
amnes. Diſcutit illitum extrinſecus: in cor
pus aſſumptum occidit.

Neris eſt nardus montana.

Neuras, lege Poterium.

Nicolaos, uide Palmula.

Nigella, quære Gith.

Nuciperſica frequentia ſunt in Gallia, nu
ces ſunt perſicis inſitæ: ſicut nucipruna, prun
ſunt nucibus inſita, quæ faciem parẽtis & ſuc
cum adoptionis exhibent.

Nuptiale pomum, idem Citrio, uel Medi
co. Tellurem enim nunciato Iouis & Iunoni
connubio id êdidiſſe fabulantur.

Nummularia, lege Centummorbia.

Nux & pro omni fructu, qui corticem habet lignoſum, & pro arbore talem fructũ ferente accipitur.

Nux auellana, quære Auellana.

Nux iuglans, uide iuglans.

Nux Indica, à recentioribus Græcis recenſetur. Fructus (ut Mauri putant) palmæ cuiuſdam Indicæ, præmagnus atq; pinguis, cuius oleum butyro quoq; præferunt bonitate ſucci. Nux ad nos hac effigie adfertur, globus eſt prægrandis, duorum aut trium pugnorũ magnitudine, circinatæ rotunditatis, inuolucris intectus, calloſo primùm herbaceoq; cortice intus uilloſo, tenui tunica exterius ueſtiente, qua extrita ſolutus in capillamenta fatiſcit, capace ſubtus orbe, duro, lignoſo, triplici foramine; concauo anfractu, grandi, nullis loculamentis interſtincto, dulci intus cùm recens eſt liquore, nucleo molli, candido, carnoſo: cùm inueterauerit cartilaginoſo. Quod intrinſecus in ea eſt, id in medicina uſurpatur. Cal. ſec. hum. pri. Confortat cor atq; ſanguinem. Ad obſtructionem urinæ utere puluere huius nucis.

Nux Tarentina, è iuglandium genere eſt, cuius duo ſunt genera, fragili putamine & du-

ro, quæ ſunt ampliſſimæ, & minimè rotund[æ] quas à frangendi mora, Moracias & Moraci[l]las ſunt qui uocent. Præterea molluſcæ putamen rumpentes. Macrobius, qui Perſicum uulgò dictum Moluſcã nucem eſſe putat, ape[r]tè hallucinatus eſt.

Nux pinea, lege Pinea.

Nyctegreton herba coloris ignei, folijs ſpi[n]næ, nec à terra ſe extollens. Eruitur poſt ęquinoctium uernum radicitus, ſiccaturq́ꝫ ad lunã triginta diebus, ita lucens noctibus. Sunt qui hanc eſſe cenſeant, quam Chymiſtæ lunariã nominant, noctibus cum luna lucentem, inde nomen habens. Talem Ioſephus quoq; deſcribit lib. 7. de bello Iud. ca. 25. nomine Baaras.

Nycteris, autore Aëtio, oculorum caliginesaufert, quam, ut credo, pro Anagallide accipiendam reliquit, quoniam hæc eius appellatio, inter cæteras apud Dioſcoridem legit.

Nymphæa à Nympha, quæ claua ab Hercule interfecta eſt, uel quæ Zelotypia eius intabuit, & mortua eſt, inq́ꝫ hanc herbam mutata eſt, nomen accepiſſe fabulantur. Alij potius quòd aquoſa loca amet, Nymphæam dictam putant. Barbari Nenuphar appellant, Germani Seeblumen. Folia profert ciborio ſimilia,

minora

minora tamen & longiora, plura ab una ra-
dice prodeuntia, alia in ſumma aqua, alia de-
merſa: florem candidum, lilio ſimilem, & in
medio quod croceum ſit obtinentem, q cùm
defloruerit, ut circumferentia mâli, aut papa-
ueris caput, extuberat: in quo ſemen nigrum,
latum, denſum, guſtu glutinoſum continetur.
Caulem habet nigrum, gracilem, & læuem,
Aegyptiæ fabæ ſimilem: radicē nigram, aſpe-
ram, clauæ perſimilē. Eſt & altera Nymphæa,
folia antedictæ ſimilia habens, ſed radicē al-
bam & aſperam: florem luteum, ſplendētem,
roſæ ſimilem. Naſcitur in paluſtribus & aquis
ſtagnantibus. Flores in fine Maij & Iunio col
liguntur: radices in Autumno effodiūtur. Se-
men eius & radix refrigerandi, & citra mor-
sum deſiccandi uim habet: qua & uentrem re-
primit, & genituram arefacit. Quæ radicem
albam habet, ualentior eſt, eoq; fluxum mu-
liebrem cum uino nigro & auſtero pota per-
imat. Quæ uero nigram, deterſoria quoq; ui
nonnulla pollet, qua Vitiligines, Alphos di-
ctas, cum aqua exterit: pilorum defluuia cum
pice liquida illita replet.

Quæ

Quæ ab O ſumunt exordium.

CAPVT XIIII.

OChi arbores ſimiles ficis, ex quibus de-
fluit mel horis matutinis duabus.

Ocimum, uel ut alij ſcribunt Ozimum, ab
ὄζω, quod redolere ſignificat, quoniam herba
tota ſuauiſſimum ſpiret odorem. Hoc etiam,
quòd baſilica & regia domo dignum ſit, baſi-
licum hodie nuncupatur: Germanicè Baſilien.
Vni ocimo datur aqua meridie: cùm cætera
matutinis rigentur. Feruenti quoq; aqua ſpar-
ſum, maturius prouenire dicitur. Pedali altitu-
dine proſilit, ſurculoſum, ramulis rotundis, fo-
lio Mercurialis, diluti uiroris. Floret particu-
latim, primò parte inferiore, demum ſuperio-
re: floſculo candido, ſemine pullo, nigroúe,
cui cortex obducitur. Radix una deſcendit in
altitudinem, craſſior & lignoſa, cæteræ à late-
ribus funduntur exiles ac prolixæ. Duo eius
genera faciunt, unum latiora folia habens, quod
priuatim baſilicū, alterum anguſtiora, quod
ocimum grariophyllatum uocant. Quidam
tria genera exhibent: exiguum, mediocre, &
magnum, quæ non niſi folijs diſtant. Cal. ſec.
Habet & humiditatem quandā excrementitiā,

propter

ropter quam neq; utile eſt intus aſſumptum: ſt enim praui ſucci, ſtomacho inimicum, & oncoctu pertinax. Extrinſecus autem illitum iſcutit & concoquit.

Ocimaſtrum, uel ocimum ſylueſtre, wilde aſilien, Græcè ὀκιμοειδὲς dicitur. Folia fert cimo ſimilia: ramulos dodrantales, eoſdēq; irſutos: flores purpureos: ſiliquas hyoſcya- o perſimiles, ſemine nigro plenas, Melan- io ſeu Nigellæ ſimiles: radicem gracilem et utilem. Naſcitur in arenoſis locis. Semē te- iium partium, & deſiccantis citra mordaci- tem facultatis eſt.

Ocularia dicta in Euphroſyne.

Oculus bouis aut uaccæ, uide Buphthal- um.

Ocymum dictum eſt à celeritate proueni- di, papuli genus apud antiquos erat, ſegete idi diſſecta, antequam gereret ſiliquas, eo abant aluum bubus.

Odontides fœni genus fruticoſum, trian- lis flagellis, geniculatis, nigro articulorum do, folijs polygono longioribus, hordei ſe ne in alis, cauliculis denſis ab eadem radi- geniculatis, flore purpureo, puſillo. Naſci- in pratis. Dentium dolori medetur cauli-

culorum

culorum eius decoctum in uino auſtero,ind
ductum nomen.

Oenanthe dicta eſt,quòd cum uino flore
at. Vulgò Saxifragra rubra, & Filipendula
numeroſis illis & rotundis in radice capitib
tuberibusúe, quæ quaſi ex filo quodam pen
dere uidentur,appellata eſt: Germanicè Rot
ſteynbrech. Folijs eſt paſtinacæ ſylueſtris, flo
ribus albis, caule craſſo, dodrantali, ſemin
Atriplicis,radice magna, multa habente capi
ta rotũda. Naſcitur in petris & montibus aſp
ris. Cal. & ſic. tert. Caulis eius & folia cũ mul
ſo uino pota ſecundas eijciunt. Radix è uino
urinæ ſtillicidio cõuenit,& regio morbo me
detur. Eſt quoq; altera œnanthe, ab hac diue
ſa, de qua lege Labruſcam.

Oenothera,Onothera,Onuris,uel Onagra
frutex eſt arboris inſtar,folio conſtat Amyg
dalæ, uerùm maiori lilio non diſſimili: flore
roſaceo,magno:radice candida, longa,uino
ſa:loca amat montoſa. Radix è uino ſumpt
mitiores hilarioresq; mores reddit. Aqua,in
qua radix maduerit, in potu data feras miti
gat & cicures facit. Illìtu quoq; tetra ulcera mi
tigat.

Olea uel Oliua,arborem & fructum ſigni
ficant,

icant, Græcè ἐλάια dicitur. Arboris medulla am incerta eſt, ut nõ in medio haberi, ſed per otum lignum ſparſa uideatur: radice parua, elut lacinia ex medio tendente: cæteris gran ibus, & cancrorum ſimilitudine contortis. upina foliorum eius, contra quam cęterarũ, andicant magis quàm prona, minusq́ ſunt euia: quod & hederæ commune eſt oleæ. In yria & alibi congeſtum quaſi uuæ modo fru tum ferunt, ubertate ſoli. Vtiliter eam & pro- è defloruiſſe dicimus, cùm flores eius caduci elut perforati reperiuntur. Naſcitur modis mnibus, pręter quàm ſurculo. In mari rubro uit olea, quæ uocatur Arabica, baccis ferè no ratibus, fungos, cùm largi ceciderũt imbres, lucans, qui tacti ſole in pumicem durantur, qua mânet lachryma inhibendo uulnerum nguini expetita medicis. Ignem olea, quam- s optimè ſubditum excipiat, quod ſpiſſa & ngui natura ſit: ignarijs tamen ineptiſſima . Vna maximè omniũ regerminat in ope- . Vitam eius Theophraſtus ducẽtos annos ngiſſimam eſſe tradidit. Sed hæc arbor ſi in nfinio quercetum conſitum habuerit, non lùm nõ feret, ſed etiam fugiet, introrſumq́ in fundum abijciet. Vermiculationem quoq;

pa-

patitur & fungum. Immunis eſt aliâs à car
& uetuſtate. Sacra eſt Mineruæ. Nefas er
olim eam in prophanis uſibus polluere, ut ne
propiciandis quidem numinibus ex ea alt
ria accenderentur. Hac quoq; coronabantu
equitum turmæ idibus Iulijs, & minoribu
triumphis ouantes. Rami eius portati oli
præſtabant indiciũ pacis. Fructus conſtat nu
cleo, oleo, carne & amurca. Oleæ ramuſcu
quantum adſtringunt, tantùm etiam refrige
rant. Fructus, qui exactè ematuruit, moderat
calidus eſt. Immaturus maiorem tum adſtri
gendi, tum refrigerandi uim repræſentat.

Oleaſter olea ſylueſtris eſt, Græcè dicitu
κότινος. Hæc fœcundior eſt ſatiua, fuitq; eti
quondam in maiore honore, plusq; ex agre
ſti, quàm ex ſatiua olea commodi & honori
ſibi ſperauerunt. Sola hæc arbor & olea tered
nem non ſentiunt ob amaritudinem. Et eſt i
Apennino frutex uocatus Cotinos, ad linea
mẽta conchilij modo colore inſignis: ſed ho
ego non oleaſtrum eſſe puto, ſed oleaſtellum
& oleam cilibracam à Columella uocatam
& quam nos ſuperius Chamelæam diximus
Lachryma, quã Aethyopica olea ſtillat, Scam
moniæ ſimilis quadantenus eſt, rubens, exi
gui

uis ſtillicidijs concreta, erodēdi & extergen-
i uim habens: quare ad cicatrices, albugines,
ebetudinesq́; oculorū ea utuntur, & ad den-
um dolorem, ſi cauis eorum inijciatur, effi-
ax eſt. Quæ uerò ammoniaci, aut gummi ſi-
iilitudinem refert, colore nigricans, nec gu-
u mordēs, inutilis eſt. Vocatur hæc Aethio-
ica olea etiam Oleaſter. Aliæ quoq; oleæ, &
leaſtri ſimilem lacrhymam ſudant.

Oleagnus apud Theophraſtum natura fru
coſa, nec cæteris amerinis abſimilis folio: fi-
ura quidem proximo cæteris, ſed molli, ut
iâlus, lanuginoſoq́; flore populi albæ, uerū
iinore, fructu nullo. Naſcitur plurima ſuper
ıſulas fluitantes.

Oleander, uide Nerium.

Oloconitis apud Hippocratem inuenitur
ylueſtris oleris genus, dulcis, bulbo ſimili ra
ice, uerùm parua & oliuæ magnitudine, ad
cundas trahendas utili. Eadem uidetur qui-
uſdam ei, quam Galenus Mylen, cæteri Mo
y appellant.

Olus dicitur omnis herba, quę in cibos ue-
it, ab alendo, quòd oleribus alerentur homi-
es, antequam fruges uel carnes eſſent. Varro
ɔ olla deducit.

Y Oloſte-

Oloſteon dictum eſt in Holoſteon,& Olu
atrum in Hippoſelino.

Omelis,lege Amamelis.

Omphalocarpos,uide Aparine.

Onagra,quære Oenothera.

Onitis dicetur in Origano.

Onobletum apud Hippocratem herba li
guæ ſimilis, contra fœminarum profluuia i
in uellere apponitur.

Onobrychis folia habet lenti ſimilia, lon
giora tamen:caulem dodrantalem:florē pur
purcum:radicem paruam.Naſcitur in uligin
ſis & incultis.Herba ſuapte ui,ſi trita illinatur
tubercula diſſipat. Cum uino pota ſtranguria
ſanat.Illita ex oleo ſudores mouet.Rarefacit,
& diſcutit.

Onocardion inter Dipſaci cognomina re-
cenſetur,quaſi aſininus carduus.

Onoclea prima ſpecies Anchuſæ eſt,altera
dicitur Onochiles.

Ononis,lege Anonis.

Onopetalion Nicandro genus Origani eſt.

Onoſma,uel Onoma,uel Onomis,uel Phlo
mitis,uel Ononis:Anchuſæ folia habet,longi-
tudine quatuor digitorum,uel (ut Plinius ha-
bet)trium,& unius latitudine,mollia, in terra

iacentia,

ıcentia,ſine caule,ſine ſemine,ſine flore. Ra-
ice nititur oblonga,tenui,infirma,rubeſcēte.
Gignitur in aſperis. Acrem amarāq; uim obti
et,eamq́; ob cauſam folia eius cum uino po-
a fœtus occidunt expelluntq́;.

Onothera,uel Oniris,lege Oenothera.

Ophioſcorodon,uide Allium.

Ophiogloſſum,quęre linguam ſerpertinā.

Ophthalmica dicta eſt in Euphroſyne.

Ophis herba apud Hippocratem,cuius ſe-
nen muliebribus medicinis utile probatur,
ıec an eadem ſit cum Dracuntio ſatis conſtat,
tiamſi à ſerpente nomen habeat.

Ophris,uel Ophrys, caule à radice ſurgit
ngulari,ac rotundo, per bina quæ tantū ha-
et folia penetrante,à cuius medio ad ſummū
ſq; calyculi multi ſunt,& in his ueluti linguę
iſſectæ nutantes floſculi. Radix illi ſubeſt te-
uis,adnaſcentes ſibi radiculas multas, obli-
uas,& odoratas obtinens. In montibus na-
citur. Recentiores utuntur ea ad rupta,& con
lutinanda uulnera.

Opium,uide Papauer.

Opobalſamum,uide Balſamum.

Opopanax dicetur in Panace.

Opulus corno ſimilis arbor,ulmi proceri-

tate adoleſcit,caudice recto,enodi, rariorib
ramis brachiato,frondibus ferè uitigineis,b
cis racematim dependentibus, prima pube
tate uiridibus,à maturitate punicis. Ieiunu
ſolum horret. Vitem alit:uerùm quia fron
non habet idoneam,à pleriſq; repudiatur:n
lus eius in medicina traditur uſus.

Orchis,uide Cynoſorchis. Orchis alter
Serapias dicitur,uel Triorchis, quòd nõ du
bus, ſed tribus teſticulatis radicibus in ter
nitatur.Folia êdit porro ſimilia, oblonga, la
tiora,& pinguia,in alarum cauis inflexa: cau
liculos dodrantales:ſubpurpureos flores: ra
dicem minimis teſticulis ſimilem. Eſt Trior
chis quædam flores ferens diuerſis coloribu
diſtinctos,purpureo uidelicet, candido, uiri
di,ac nigricãte,inferioríq; parte fuci planè eff
giem exhibent:hanc fœminam,illam maren
dicere potes.Prouenit in pratis. Hæc ualẽtiu
quàm Cynoſorchis deſiccat, quare ad Vene-
rem non ſimiliter accommoda eſt. Laxos
humores diſſipat: ulcera ſordida & putredin
obnoxia repurgat:herpetas abigit: inarefacta
magis deſiccat. Quoniam uerò ſubſtringere
idonea eſt, aluum q̊q; cum uino pota retinet.

Orchas uel Orchis oliua grandis,eſcę com
modior,

modior quàm oleo, à ſimilitudine teſticulorũ dicta.

Oreoſelinum, uide Apium montanum.

Origanus uel Origanum, quòd montibus gaudeat nomen habet: prouenit enim montibus & cliuoſis, ἀπὸ τοῦ ὄρους καὶ χαρᾶς. Herodianus quòd uiſum exacuat nomen duxiſſe teſtatur ab ὁρᾶν καὶ γανοῦν: Germanicè Doſt/odder wolgemut. Fruticulus eſt, tam folijs, quàm ramis Serpilllo ſylueſtri ſimilis, comante ſupra cacumen umbella, in qua flores haud ſecus, q̃ in Serpillo in albo purpurei, odore iucundo præditi, emicãt. Quatuor Origani genera ſunt, una tamen omnium facultas: Heracleoticum, quod & Cunilam uocant, folium habet Hiſſopo non diſſimile, umbellamq́ non in rotæ ſpeciem orbiculatam, ſed ueluti multifidam, ſemine in ſummis uirgis haud quaquam denſo. Onitis, quòd ab aſinis impeteretur, dictum eſt: candidiore eſt folio, & hyſſopo ſimilior: ſemen uelut coniũctos corymbos habet. Tragoriganum quaſi hirſinum origanum, quòd huic animali in pabulo gratum ſit nomen retinens. Hoc planè eſt, quod ſub nomine Origani in genere deſcripſimus. Sylueſtre, aliqui Panaces heraclion uocãt; ramos habet tenues,

dodrantem altos, in quibus umbellæ Anet
inſunt:flores candidos: radicem tenuem, ſi
peruacuam.Omnia Origani genera cal.& ſi
in ter.Incidendi & extenuandi facultatē obt
nent.Heracleoticū efficacius eſt Onitide.Sy
ueſtre uerò utroq; ualentior. Tragoriganun
quippiam etiam adſtrictionis adſumpſit.

Orminum, uel geminalis ſtharlach. Du
eius ſunt genera:Satiuum,quod uulgus Galli
tricum uocat: & ſylueſtre, quod Saluiam ſyl-
ueſtrem dicit. Satiuum folia habet Marrubi
ſimilia,ſed maiora & mirificè odorata : caul
quadrangulum,ſemicubitalem, ab imo rufe-
ſcentem, circa quem eminentiæ ſiliquis ſimi-
les prodeunt,radicem uerſus nutantes,in qui
bus ſemē eſt nigrum & oblongum: floſculos
in candido purpureos, aut in dilutum ruborē
inclinatos.Sylueſtre priori non admodū diſ-
ſimile eſt,folijs ſatis ad ſaluiam accedentibus,
rugoſáq; aſperitate prędìtis:caule ſeſquipeda-
li,leniter hirſuto,in quadrangulum ſtriato:flo
ribus è cœruleo in purpureum uergētibus, ad
aquilini roſtri effigiem falcatis, in quibus ad
ſummum quatuor ſemina parua, rotunda,&
fulueſcentia reperiuntur.Hoc paſſim in pratis
prouenit,illud in hortis. Vtrunq; calidum &

ſiccum

ſiccum eſt mediocriter: abſtergit quoq;. Venerem ſtimulat, oculorum craſſities cum melle repurgat, tumores laxos diſcutit, & extrahit aculeos. Sylueſtre domeſtico eſt ualentius.

Orneogloſſum arbor eſt ulmi ſpecie, folijs amygdalę. prælongis ſiliquis in ſurculorũ cacumine prodeuntibus, oleagina magnitudine, in quibus medulla ineſt, linguæ auis ſimilis (unde nomen habet) exterius rubra, intus ex candore in luteum uergens: ſapore acri cum nonnulla amaritudine. Ea calida ſec. Laterum dolores ſedat, urinam ciet, Venerem ſtimulat, genituram auget.

Ornithogalũ cauliculũ fert tenerũ, tenuẽ, candidum, ſemipedalẽ ferè, tribus quatuorúe mollibus agnatis, ex quibus flores prodeunt, qui foris quidem herbaceo, & cùm hiantes ſe pandunt, lacteo colore uiſuntur, in quorũ medio capitulum pilulæ, quam in arboribus aliquot Cachryn uocant, emicat. Coquitur cum pane, ut Melanthium. Radix bulboſa, cruda, & cocta manditur.

Ornus, arbor ſatis procera, caudice tereti, læui cortice, ſpiſſo, ramulis utrinq; pinnatis, folio fraxini, paulò profundiorib⁹ crenis per ambitũ ſerrato, bacculis racematim coactis,

ab adoleſcentia rubeſcentibus, ſecundum m
turitatem ex purpura nigricantibus,ſapore e
acido in amarũ degenerãte, meſpilaceo qua
concretu,multò graciliore. Habitu reliquo &
effigie tota fraxinum æmulatur. Quare Luci
Columellæ orni fraxini ſylueſtres ſunt,foli
quàm cæteræ fraxini latioribus:nec deterior
frondem,quàm ulmi præſtant.Capræ auten
& oues libentius etiam hanc frondem appe
tunt. Aſperis & ſitientibus locis gaudet,mon
tes amat. In plana etiam deſcendit, ita ut ui
quoq; copuletur. Folia ex uino bibunť ad io
cinoris & laterũ dolores, aquæ ſubter cutem
tumores reprimunt. Corpus obeſum ſenſim
ad maciem reducunt, ſi cum uino terantur ac
uirium portionem, ita ut puero quinq; folia
tribus cyathis dentur, robuſtioribus ſeptem
quinq; uini cyathis.Scobs eius & ramẽta per-
nicioſa traduntur,proinde uitanda.

Orobanche cauliculus eſt ſemipedalis, &
interdum maior,ſubruber, pinguis, hirſutus,
tener,ſine folijs:flore ſubalbido, & in luteum
uergente: radice digiti craſſitudine, & cum
ariditate flacceſcit caulis,fiſtuloſa. Hanc inter
quædam legumina naſci conſtat, & ea circũ-
ligando ſe enecare; unde & nomen habet.

Eſtur

ſtur ut olus cruda,& Aſparagi modo deco-
cta. Legumentis addita, coctionem accelerare
creditur. Fri. & ſic. 1.

Orobus, uide Eruum.

Orobiæum dictum in Cicere.

Oromalis, lege Amamelis.

Oryza frugum generis eſt, in paluſtribus
riguisq́ꝫ naſcens, mediocriter alit. Quidã hor
deum Gallaticum, quia graue ſit atq; candidũ
appellant. Peregrinũ initio ſemen, ex Indiaq́ꝫ
primò allatum, ſimile Zeæ, aſpectu loliꝫ, ma-
gna parte in aquis, cubitorum quaternûm al-
titudine: cęterùm effundit non ſpicam, ſed Mi
lij modo ac Panici iubam. Hodie in multis lo
cis prouenit, cœpitq́ꝫ ſeri etiam in Germania.

Oſpreolon idem eſt quod Orobanche.

Oſteocollon Macedones uocant herbam
ſaxis & mœnibus familiarem, medici Poly-
gonion, aliqui Talantion, uulgus Symphyton
appellant. Perpetuò uiret, uiuitq́ꝫ folijs uidua:
ramulos inſtar iunci penſiles, cirroſos, tenuio
ris procerioriſq́ꝫ ſparti ſimiles ſpargit. Hac
tradunt diſſectas carnes coaleſcere, ſi coqua-
tur, una itidem oſſa fracta ferruminari.

Oſtrys nonnulli Oſtryam uocant, tam cor
pore, quàm cortice ſciſſimæ uicina, folio py-

ri,præterquam quod id multò oblongius,in
que acutum depreſſius atq; maius,neruo mu
tiplici de medio conſtans.Reliquis autem re
ctis in modum coſtarum tum prolixius, tum
craſſius porrectis : item per neruos rugatum
& ambitu leuiter ſerratum: materies eius du
ra eſt,decolor,exalbida:fructus puſillus, ob
longus,ordeo ſimilis, colore flauus : radice
ſublimes:aquas conuallesq; arbor hæc amat
Domum inferri minimè idoneam tradunt
quippe mortiferam eſſe, & partus quacunqu
fuerit,difficiles reddere.

Oſyris,uulgò Linaria,uel Vrinalis,Germa
nicè dicit̃ Flachßkraut/ lynkraut/ harnkraut/
vnſer frouwen flachß / wildflachß. Frutex eſt
niger,ramulos ferens tenues, lentos,fractuq;
contumaces, & in his folia quaterna, quina,
ſenaúe,ceu lini,nigra in initio,dein colore mu
tato rubeſcentia.Semen etiam poſtquam ema
tuerit,&ramuli ſeneſcentes nigritiam in rubo
rem uertunt. Paſſim in campeſtribus naſcit̃.
Amara eſt guſtu,quare calida eſt,&regio mor
bo confert, & iecoris reſerandi habet uires.

Othomia quid fuerit, ne inter ueteres qui-
dem ſatis conſtat. Aliqui maioris Chelido-
niæ ſuccum eſſe aiunt,quidam Glaucij,alij ſuc

cum

cum florib⁹ corniculati papaueris expreſſum, alij permiſtos cœruleę Anagallidis, Hyoſciami, & papaueris ſuccos eſſe contendũt: alij troglodyticę cuiuſdã herbæ ſuccũ, q̃ Othõna uocatur, naſciq́; eã in eo Arabię tractu, q ad Aegyptum ſpectat, erucę folijs, perforatis cribri modo, & ueluti à tinea deroſis, ſqualore obſitis, paucis, flore croci, latifolio: quare quidã Anemones ſpeciẽ eſſe putauerũt. Aliqui tamẽ adfirmant lapidẽ eſſe Aegyptiũ, in Thebaïde naſcentẽ, exigua magnitudine, æreo colore, guſtu cũ feruore & aſtrictiõe mordaci. Detergit othonna, eroditq́; omnia quę claritati oculorum officiunt exterens.

Oxya alterũ genus fagi eſt, Lydi Myſon, noſtri Sciſſimam, quoniã in tenuiſſimas ſecatur laminas, uocant. Glandifera nõ eſt, abietis adſpectu florens, erecta, enodis, illi craſſitudine proceritateq́; ferè æqualis: materia colorata, robuſta, neruoſa, cortice læui, folio craſſo, bifido, longiore q̃ pyri, per extremũ aculeato.

Oxyalis & Oxylapathũ, quęre in Lapatho

Oxyacantha, quære Acantha acuta. (ſcus.

Oxycedrus, Cedrus. Oxymyrſiñe, lege Ru

Oxyphœnix genus palmæ, ab acido fructus ſapore. Folia habet ſalici ſimilia, pomum

pru-

pruni,oſſe duro,nucleo intus exili,carne for
copioſa,colore è nigro in luteum langueſce
te . Plurimum in India naſcitur, unde ad no
frequens mittit:hinc Tamar Inda in ſua lingu
quaſi Palmulam Indicam negociatores non
nant. Refri. & exic. 2.

Oxys ab acido ſapore dicitur, Latinis T
folium acetoſum,uulgò Alleluia,uel panis cu
culi, Germanis ſaur klee/bauchampffer/fuch
fuckßkle/haſen kle. Humilis herba eſt, long
tantùm pediculis, tria ſummatim folia perin
de atq; trifolium proferens,exigua, & in cacu
mine laciniata, ſapore acido . Florem habe
candidum, in ſimplici ſtylo inter folia proſi
lientem:rufum in lunatis ſiliquis ſemen:radi
cem in tranſuerſum longam, geniculatam a
rufam. In ſyluis prouenit. Si copioſè floruer
herba,crebras anni pluuias:ſi parum,ſiccitat
portendunt. Eaſdem uires habet cum Oxali.

Oxyſchœnus,uide Iuncus.

Oxytriphyllon dicetur in Trifolio .

Quæ a P ſumunt exordium.

CAPVT XV.

PAdus arbor apud Theophraſtum , um-
broſis locis gaudens . Pæonia appellat
eſt à

ſt à Pæone medicinæ peritiſſimo inuentore, ocat̃ & Caſta herba, & Glycyſula, Germanicè)e ɔnißblum/ künigßblum/ gichtwrtz/ benig- en roß/ venedißroß/ benedictẽ roß/ pyntzß roß Caulis altitudine ſeſquipedis adoleſcit, mul- is propagines habens. Huius duo ſunt gene- a. Mas folia iuglandis habet, fœmina uerò nyrnij modo diuiſa. Summo caule ſiliquas uaſdam Amygdalis ſimiles profert, in qui- us cùm aperiuntur, grana rubra, multa, exi- ua, punici máli acinis ſimilia inueniuntur, in iedio nigra, purpurea, quinq; aut ſex. Radix naris craſſitudine digiti, longitudine dodran lli, alba, guſtu adſtringens: fœminę propagi es ſobolesúe ceu glandes ſeptem aut octo, ut ſphodelus habet. Prouenit in altiſſimis mon bus, & paſſim hodie, fœmina potiſſimùm in ortis naſcitur. Radicem habet acrem, & leuĩ r ſubamaram, & ſiccantem cum nonnulla dſtrictione. Menſes cit, renes & iecur purgat iſtar amygdalę pota cum uino: quod ſi auſte im ſit, alui quoque fluores coërcet: adligata uoq; puero, morbum comitialem abigit.

Pala arbor Indię, oſtentoſę magnitudinis. olium eius alas auium imitatur, longitudine ium cubitorum, latitudine duûm: fructum è

cortice

cortice mittit,ſuauitate præcellentem,quo ſa
pientiores Indorum uiuunt.

Paliurus frutex eſt, alicubi tamen etiam a
boreſcens, folio per ambitũ laciniatim ſinua
to,rotundo,molli: ramis ſpini, quem albur
cognominant,modo aculeatis: baccis rotun
dis,rubris, myrteis, longè maioribus, guſt
iucundo, qui & uinum ſua ſuauitate comme
det.Condiuntur & grato ori cibo.Folia & r
dix adſtringunt,eoq́ꝫ aluum fluentem ſiſtun
tubercula,quæ dicuntur Phymata,non nimi
calida diſcutiunt. Semen eius tam uehemen
inciſoria uirtute ualet, ut & calculos conterat
& excreationibus è pectore auxilietur.

Palma Græcè φοῖνιξ, eyn dattelbaum, pau
cos ramos habet: folia in latitudine ut Miliũ
Indicum: ſcabro cortice, præcipuè cùm ſene
ſcit:medulla omnino caret.Mari(nam ſexum
habet)tantùm flores: fœminis ſtatim fructus
E ſemine ſuo naſcitur,ut coniferæ omnes,pr
terquam Babylone,ubi & uirga ſeritur. Atq
hic fructum mirum in modũ largitur:in Grę-
cia uerò ne fructum quidem maturat, apudq́
nonnullos nec fructum ullum oſtendit. Pari
arborum ſola fructũ ceu in ſpica: quod ei ſic-
citatis cauſa,& proprietate quadã naturę con-
tin-

ngit, & fructus alius ſine ligno intus, alius cũ
gno, & alius duro ligno, alius molli. Colore
uoq; differunt: alij enim candidi, alij nigri,
ij flaui. Magnitudine etiã eos differre aiunt,
uoſdam enim eſſe mâlorum magnitudine,
uorum quatuor tantùm in ſpica contineantur,
r, quoſdam minutos cicerum magnitudine.
abuloſis ſalſisq́; gaudet. Cùm autẽ annicula
t, transferunt eam: mutatione enim ſedis ue
ementiſſimè delectatur. Eſt quoddã palmæ
enus breue, fœcundius, trimum protinus fru
icans. Tales etiam in Cypro, in Syria quoq;
egyptoq́; palmæ proueniũt, quæ quadrimæ
ut cùm plurimum quinquennes frutificant,
ominis altitudine aſſurgentes. Genus eſt in
ypro, cuius fructus nunquam matureſcit,
udus tamen ſuauis apprimè dulcisq́; eſt, dul
dinemq́; ipſam peculiarem ſortitur. Eſt q̊q;
ud ibi genus, quod folium amplius habet,
fructum multò ampliorem, diſcrimineq́;
culiari diſcretum, magnitudine mâli Puni-
figura oblongum: nõ tamen ſapidum, tanq̃
teræ, ſed radicibus ſimilem, ut non deuore-
r, ſed ſucco tantum expreſſo expuatur. Ge-
s aliud eſt, quod plurimũ gigni in Aethyo-
a fertur, Cyce uocatum, fruticoſum, nõ uno

caudice

caudice,ſed pluribus,&interdum aliquaten
coniunctis: uirga minimè longa, ſed cubita
tantùm, leui tamen coma cacumini adnex
folio amplo,& quaſi ex duobus minutis co
pacto,forma eximia:fructum figura,magn
tudine ſaporeq́; diuerſum,quam cæterę pra
ſtant,quippe rotundiorem, guſtuq́; gratior
ſed minus dulcem. Triennio maturant,ut fru
ctum ueterem habeant nouo ſubnaſcēte. Pa
mæ autem,quas humiles uocant,genus aliu
eſt,quaſi æquiuocè dictum. Nam excepto ce
rebro uiuunt,& ab radicibus ſuccisæ repullu
lant. Fructu quoq; & folio diſtant. Sunt enin
lato molliq́; folio. Palma uictorię ſymbolun
eſt,peculiare enim quiddam huic ineſt, quo
cum ingenio fortium uirorum cōuenit. Nan
palmæ lignum,ſi ſuperimpoſito pondere gr
uiter premas,haud deflectitur deorſum, uer
in contrarium curuatur,perinde quaſi reſiſtē
oneri uim facienti. Hoc ipſum ſanè accidit &
in certaminibus athletarum. Etenim qui pe
imbecillitatem animiq́; mollitiem cedunt il
lis,eos premendo deflectunt. At qui fortite
in eo ſtudio perdurant, hi non modò corpo
ris robore, uerùm etiam animi prudentia pro
uehuntur atq; augentur.

Pal

Palmula, quam aliqui Elaten aut Spatham
ppellant, fructus palmarum adhuc uirentiũ
nuolucrura eſt calyxq́ꝫ, quo in ſpiſſandis un-
guentis unguentarij utũtur. Optima habetur
dorata, adſtringens, ponderoſa, pręcluſa, in-
us pinguis. Accipitur & pro fructu, quẽ Græ
i δάκτυλον à digiti ſimilitudine uocant. Sic
pud Suetonium in Claudio, quem in conui-
io & inter epulas obdormiſcentem, oliuarũ
& palmularum oſſibus ab alijs inceſſi ſolitũ,
criptor ille ait. E fructu Caryotæ uel Caryoti-
es celebrantur cibis, ſed & ſuccus earũ uber-
imus eſt, ex quibus præcipua Orienti uina,
apiti iniqua, unde & pomo nomẽ. Ex his &
cetum & mella fiunt, & farina Babylone.
ria earum genera ſunt: Nicolai ſicciores, am
litudinis uaſtæ, ut quæ cubitorũ quaternûm
ongitudinem compleant, ab Auguſto ita pri
iò nominatæ, in honorem Nicolai peripate
ci philoſophi crebro eas ad ſe miſſitãtis. Al-
rum genus minus ſpecioſæ, ſed ſapore Ca-
yotarum proximo, unde ſorores nominatę.
ertium genus nimio liquore madidũ, rum-
ente ſe pomo in parẽte ipſa quoq; calcato ſi-
ile, ob id Pateton appellatum. Ariſtoteles
uoq; Eunuchos appellari ſcribit quoddã ge-

nus palmulę, quod alīj Enorchos uocēt, qua
teſticulares ac ſpadoneas. Sunt & margarid
autore Plinio, palmæ breues, candidæ, rotun
dæ acinis, quàm Balanis ſimiliores, quare
margaritis nomen accepêre. Palmæ fructus
qui iam ematuruit, calidus mediocriter eſt, ui
ſceribus roborandis & ſtomacho idoneus, t
intus aſſumptus, tum foris applicatus. Reliqu
palmæ portio uehemēter adſtringens eſt: qu
ob rem ſtomachicis, & hepaticis medicini
temperatur. Longè magis adſtringit, quoc
fructus enaſcentis ueluti inuolucrum eſt.

Palma Chriſti, uide Cici, & Satyrium regium.

Pampinula, lege Pimpinella.

Panaces ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκεῖν, hoc eſt, à ſanandis omnibus morbis, nomen habet. Com
munis eſt pluribus herbis nomenclatura, Cen
taurio, Liguſtico, Tithymallo, Origano, Heracleotico. Dioſcoridi tamen priuatim ſic no
minantur tria ſolùm genera. Panaces Heraclium, id eſt, Herculeum, ex quo opopanax,
id eſt, panacis liquor colligitur. Plurimum in
Bœotia & in Phocide Arcadię naſcitur: ibiq;
compendīj & quęſtus, qui ex eo liquore factitatur, gratia ſtudioſè colit. Folia profert aſpe-

ra,

ra, per terram ſparſa, herbacei coloris, multū ad ficulnea figura & quantitate accedentia, in ambitu quinquepartitò diuiſa: caulem ferulæ modo altiſſimum, in quo lanugo alba, & folia prædictis illis minora: umbellam in ſummo anethi modo: florem luteum, & ſemen odoratum feruensq;: radices multas ab una origine, uel ut Theophraſtus bifidas trifidasúe, candidas, graueolentes, craſſi corticis, & ſubamari guſtus. Excipitur ſuccus inciſa radice, recenti caulium pullulatu, ea candidum ſuccū emittit, qui ſiccatus in ſumma cute croceum colorem contrahit. Effluentem autem ſuccum excipiunt folijs excauato ſolo ſtratis, qui ſiccatus tollitˀ. Colligunt & ſecto per meſſem caule, quod deſtillat pariter excipientes. Radices meliores ſunt albæ, rigentes, diſtentæ, ſiccæ, quæ cariem non ſentiant, aromaticæ, feruētes guſtu. Fructus ex medio caule cibo idoneus eſt: ſed ex agnatis ſtolonibus, ab uſu cibario abhorret. Liquor probatˀ maximè quàm amariſſimus, internè albus aut ſubfuluus, foris ad croci colorem inclinans, læuis, pinguis, friabilis, tener, ſtatim in aqua eliqueſcēs, graui odore. Niger improbatur ac mollis. Adulteratur Ammoniaco aut cera. Sed ſynceri experimen

 tum

tum eſt,ſi digitis in aqua friatus ſoluatur & la
ctescat. Succus cal. 3. ſic. 2. Emollit diſcutitq;
Radicis cortex eſt imbecillior liquore. Habe
nonnihil & abſtergens, & carni inducenda
idoneum. Semen menſes quoq; citat. Alterum
genus Panaces Aſclepion dicitur. Caulem è
terra mittit tenuem, cubitalem, geniculatum,
circa quem folia fœniculo ſimilia ſunt, maio-
ra tantùm hirſutioraq; & odorata. Habet &
in cacumine umbellã, in qua flores aurei ſunt
cum acrimonia odorati. Radix breuis eſt illi
& candida. Auxiliarem uim habent flores &
ſemina, contra ulcera, phagedænas & tuber-
cula, ſi trita cum melle imponantur, aduerſus
ſerpentes ex uino bibuntur, & cum oleo illi-
nuntur. Tertium genus Panaces Chironium
nominatur. In Pelio monte maximè proue-
nit. Folium eius Amaraco ſimile eſt, uel Lapa
tho, ut Theophraſtus ait. Flos aureus: radix
parua, quæ non altè demittitur, guſtu acris.
Pota radix, ſerpẽtium ueneno reſiſtit: illita co
ma eadem pręſtat. Hæc duo genera priori mi
nus calida ſunt.

Pancration, aliqui Scillam minorem uo-
cant. Radicem habet magno bulbo ſimilem,
colore ſubrufo, aut ſuppurpureo, guſtu ama-

ro

ro ac feruente, folĳs lilĳ, ſed longioribus. Eaſdem Scillæ uires habet, ſed imbecilliores.

Panicum à paniculis dicitur, in quibus ſemen eſt, Græcè ἔλυμος, Germanicè Fenich/ oder heydelfenich. Frumentaceis ſeminib⁹ adnumeratur, milio ſimile, denis ut plurimũ folĳs luxurians, culmo penè in ſurculum extenuato, nutante, rubido panicularum faſtigio, prædenſis aceruato granis, aliâs purpureis, aliâs rufis, nigris aliâs, item & candidis. Extrà illitum refrigerat & exiccat. Milĳ modo in panes ſubigitur, & eoſdem habet uſus, minus tamen & nutrit & ſtringit.

Panis cuculi, lege Oxys.

Panis porcinus, uide Apios & Cyclamin⁹.

Panis terræ etiam in Cyclamino quære.

Papauer nigrum, dictum in Gith.

Papauer ſatiuum, Grçcè μήκων ἥμερος, Germanicè Magſomen. Duo genera habet: albũ, cuius flos & ſemen candidum: nigrum, quod nigro ſemine conſtat. Folia fert longa, per ambitum ſerrata, nulloq́ pediculo cauli adhçrentia: flores uel candidos, uel ex candido leuiter purpureos: capita oblonga, in quibus ſemen atrum uel candidum. In hortis ſatum paſſim prouenit. Refrigerat ſicut omnia alia papaue-

ris genera in quarto ordine. Album ſemen eſt
eſculentum, mediocriter ſomnum conciliat.
Nigrum medicatius eſt, & ſtuporem inducit.
Lachryma eius uenenum eſt, quæ opium uo-
catur. Cæterùm eius faciūdi ratio hęc eſt: cùm
ros in papauere exaruerit, cultro decuſſatim
in ſtellas, ne penitus adigat, ex obliquo in re-
ctum ſummā cutem incidere oportet, lachry-
mam exeuntem digito in concham abſterge-
re; nec multò pòſt redire, ut concreta inuenia-
tur. Etenim quæ tum, aut poſtero die etiā of-
fenditur, in uetere pila teri debet, & in paſtil-
los cogi. Aliqui capita ipſa & folia tundūt, &
prælo exprimunt, terenteſq; in mortario dige
runt in paſtillos, id Meconium uocatur, mul-
tum opio ignauius. Opium optimum habetur
graue & denſum, guſtu amarum, odoratu ſo-
poriferum, quod facilè aqua diluitur, lęue, can
didum, neq; aſperum, neq; grumoſum, quod
inter colandum non ut cera coëat, & in ſole
diffundatur: dein admotum lucernis, nō atra
luceat flamma: extinctum deniq; odoris uim
conſeruet. Adulteratur glaucio, gummi, aut
ſylueſtris lactucæ ſucco. Verùm glaucio fuca
tum, in dilutione croci colorem reddit: lactu-
catio ſucco fictum, exiliter ſpirat, & aſperius
ſpecta-

ſpectatur: gummi uiciatum, ſplendeſcit & in-
irmum eſt. Nec deſunt qui eô dementiæ deue
ıerint, ut adipem ei admiſcerent. Fictili nouo
orretur ad oculorũ medicamenta, dum mol
ius atq; rufius adpareat.

Papauer rhœas, id eſt, fluidum aut errati-
ɾum, klapperroſen/ glitſchen/ wild maen/ oder
ʃorn roſen. Barbari papauer rubeum uocant.
Folia erucæ, aut cichorio ſimilia habet, lon-
giora tamen, aſpera & inciſa: caulem lanugi-
ıoſum, rectum, aſperum, cubitalem: florẽ pu-
ıiceum, & aliquando candidum, ſimilem flo
i ſylueſtris anemones, protinus deciduũ, un-
le & Græcè nomen habet: caput oblongum,
ninus tamen quàm anemones: ſemẽ rufum:
adicem oblongam, ſubalbam, minoris digi-
i craſſitudine, amaram. In aruis & ſegetibus
ıaſcitur. Validius hortenſi eſt, ita ut nequaq̃
o ſolo quis innoxiè uti poſſit, ſed momentũ
opioſiori melli mixtum.

Papauer ceratites, id eſt, corniculatũ, gell-
Imagen. Folia habet candida, hirſuta, uerba-
ɔo ſimilia, per ambitum papaueris ſylueſtris
nodo ſerrata: caulem etiam ſimilem: florem
uteum pallidumúe: fructum paruum, ut cor-
ıu inflexum, fœnigræci corniculo ſimilem,

 unde

unde & cognomen habet: ſemẽ puſillum, ni
grum quale papaueris : radicem in ſuperfici
terræ hærentem, nigram, craſſam. In Germa
nia non niſi ſatum prouenit: alibi & ſponte i
maritimis & incultis locis. Abſtergendi uire
ſortitur, ideoq; radicis eius decoctũ potu io-
cinoroſis auxiliatur: folia autem & flores per-
quam ſordida ulcera expurgant, cruſtas'que
tollunt.

Aliud papaueris genus aphrodes, id eſt,
ſpumeum uocatur, ab alijs heracleum, caule
dodrantali: folijs admodum paruis, radiculæ
ſimilibus, fructu inter ea candido. Nam her-
bula alba eſt, & ſpumea tota: radice in ſummo
ceſpite. Semen pituitæ purgandæ accommo-
datum.

Papyrus uel papyrum naſcitur non in al-
titudine gurgitum, ſed propè intra duo cubi-
ta, nonnunquam etiam minus. Frutex eſt ha-
bens radicem obliquam triangulis lateribus,
decem non amplius cubitorum longitudine,
in gracilitate faſtigiatum, thyrſi modo cacu-
men includens, radicibus pro ligno utuntur,
non tantùm ignis gratia, ſed ad uaſa quoque
plurifariam facienda : quippe materiam am-
plam probamq; præſtãt. Ex ipſo ligno naui-
giá

gia texunt: è libro eius uela tegetesq́;, necnon & ueſtis genus, & ſtragula & funes. Mandūt rudū elixūue: ſucco deuorato, corpus expuē es. Scitur & uſus ex eo ad chartas ueteribus: nūc alia earū inuēta ratio eſt. Prouenit in Aegypto. Habetur & in Aethiopia & in Italia Papyrus uel promiſcuè, Ciminio lacu plurimū, ſed alterius fortè generis, nec ad chartas utile.

Pardalianches aconitum eſt.

Paronychia exiguus frutex eſt in petris naſcens, peplo herbæ ſimilis, minor longitudine, maioribus folijs. Illita paronychijs atq; duritijs remedio eſt. Vis eius eſt extenuare & ſiccare, idq́; citra roſionem.

Parietaria, uide Helxine.

Parthenion, aliqui etiam Amaracon uocāt & ſolis oculum, uulgus Cotulam fœtidā, Germani Krottendill/ hundßblum/ wild camillen. Folijs conſtat Coriādro maturo ſimilibus, tenuibus: floribus per ambitum candidis, in medio luteis, odore graui & ſubuiroſo, guſtuq́; amaro. Inter ſegetes naſcitur, & iuxta ſemitas. Gal. 3. ſic. 2. Aridum in potu ſumptum atram bilem per inferna purgat.

Parthenis, lege Artimiſia.

Paſpale Hippocrati eſt milium.

Paſtinaca duplex eſt:una ſatiua, quæ iter
duorum eſt generum. Vnum genus, q̊d uul
gò Carota, Germanicè *zam paſtiney/ vnd ro*
ruben: alterum quidã inter rapas connume-
rant, Germani *geel ruben uocant*. Syluestri
altera, quæ à Græcis propriè σαφυλῖνος nomi
natur, Germanicè *wild paſteney/odder vogel-*
neſt. Hæc folia gingidij habet, latiora tamen
& ſubamara: caulem rectum, ſcabrum: umbe
lam ſimilem anethi, in qua flores inſunt can-
didi, & in medio purpureum quiddam haben
tes, quod ad croceum ferè accedit: radicem di
giti, dodrantalem, odoratam, quæ cocta man
ditur. Hortẽſis ſyluestri per omnia ſimilis eſt,
niſi quòd flores in medio illo purpureo care-
ant, & radix unius in ſuprema ſui parte purpu
rea ſit, alterius autẽ magis lutea. Satiua ad ea-
dem etiam pollet, inefficacior tamen, & cibo
aptior. Vrinas & menſes mouent, præſertim
ſemina & radices. Folia autem abſtergendi ui-
ribus prædita, phagedenicis affectibus con-
gruunt, uiridia cum melle.

Paſtoris burſa, dicta eſt in Burſa paſtoris.
Pecten veneris, uide Veneris pecten.
Pedicularis dicetur in Staphiſagria.
Pelicinus, lege Hedyſarum.

Pen

Pentadactylon, quære Cici.

Pentaphyllon, uide in Quinquefolio.

Pepanus, require in Pulmonaria.

Peplis, à nonnullis ſylueſtris portulaca di[c]itur. Hippocrates Peplion uocat. Frutex fron[d]oſus eſt, lactis liquore plenus. Folia fert ſati[u]æ portulacæ ſimilia, circinata, infernè ruben[ti]a, ſemen ſub folijs rotundum, eodem modo [q]uo in Peplo, ſapore feruido: radicem ſingu[la]rem, inutilem, tenuem. Naſcitur in mariti[m]is locis. Eaſdem habet uires cum Peplo.

Peplus, uulgò Eſula rotunda dicitur, Ger[m]anicè Teuffelſmilch: nonnulli Papauer ſpu[m]eum uocant. Exiguus frutex eſt, lacteo li[q]uore plenus, folijs paruis ut rutæ, latioribus [ta]men. Tota eius coma dodrantalis, rotũda, [h]umi fuſa, ſemine ſub folijs paruo & rotundo, [m]inore quàm candidi papaueris. Ex una radi[ce] totus frutex prouenit. Naſcitur in hortis et [ui]neis. Tithymallorum modo purgat.

Pepon, lege Cucumis.

Perdicium, quære Helxine.

Perfoliata nomen habet, quòd coliculi ſin[gu]la folia penetrent, unde & Germani Durch[w]achs appellant. Veteribus hæc fortaſſis fuit [in]cognita. Sunt tamen qui putant eſſe Dioſco

ridis

ridis Cotyledonem: ſpecie enim conueniun
radice excepta. Caulem fert rotundum, rub
ſcentem, folia ſingula penetrantem, quæ Piſ
rum folijs ſimilia ſunt, tenuia admodũ & gla
bra. In ſummo coliculorum capitula, & in e
flores luteos, & ſemina formam ferè Tithy
malli prę ſe ferentia: radicem candidam, fibr
capillatam. Sata in hortis, interdum etiam ſu
ſponte in locis arenoſis prouenit. Amara m
dicè eſt, & adſtringit: quare calida & ſicca eſ
Plurimus huius apud chirurgos uſus. Vulne
ribus & ulceribus tam externis, quàm inter
nis curandis & glutinandis aptiſſima eſt. Va
let autem potiſſimùm ad ramices puerorum
ſanandos. Auxiliatur etiam exulcerationibu
& prominentijs umbilici.

Perforata, uide Hypericum.

Pericarpum bulbi genus eſt, eius duo gen
ra Plinio, cortice rubro alterum, alterum ni-
gro, papaueri ſimile, ſed uis maior quàm pri
ri: utriq; autem excalfaciendi, ideo contra ci-
cutam dantur.

Periclymenon ſpecklilien/waldlilien. La-
tinè uolucrum maius, ſyluæ mater, uulgo Ca
prifolium, uel Lilium inter ſpinas dicitur. Bre
uis & ſimplex frutex eſt, ex interuallis parua

folia

olia habens ipſum amplectẽtia, ſubcandida, ordeacea: inter folia ſurculi exeunt, in qbus accæ hederæ ſimiles: flos fabę, candidus, aliuantum rotundus, & quaſi in folium procũens: ſemen durum, & quod difficile euellaẽ: adix rotunda, craſſa. Naſcitur in aruis ac ſepius, propinquis fruticibus ſe aduoluens. Eius olia & fructus incidendi ſimul & calefacieni uires obtinent, quapropter urinam cruentã liciunt ad ſex dies pota.

Genituram uiri exiccant quadraginta dieus in potione adſumpta: itẽ lienoſos & ægrè pirantes adiuuat.

Periſſon, id eſt, Solanum furioſum, de quo io loco.

Periſterion dicetur in Verbenaca.

Perſea arbor eſt in Aegypto, adſpectu mana, formoſaq́ꝫ: folio, flore, ramo, totaq́ꝫ figua pyro uicina, niſi quòd altera folio perpeo, altera deciduo eſt; fructum abundè parit, mniq́ꝫ tempore perficit, quippe nouus annilum ſemper occupat. Maturitas anniuerſaorum afflatu conficitur: reliquum crudiorẽ iferunt atq́ꝫ recondunt. Eſt magnitudine py, figura oblongus, amygdalæ modo, colore erbidus, nucem intus quemadmodum prunus

nus continet, uerùm longè minorem mollio
remq́ꝫ: carnem uehementer dulcem, ſuauem
concoctuq́ꝫ facilem: nil enim eos, qui nimiu
comederint, tentat. Radice arbor exuperat, t
longitudine, tum etiam craſſitudine, multitu
dineq́ꝫ: materiem robuſtam, & uiſu gerit dec
ram, atram, ut Fabagręca. Ex hac ſimulachra
& lectos, & menſes, & reliqua ſimilia faciun
Arida folia trita illitu ſanguinis eruptiones ſi
ſtunt. Arborem hanc prodiderũt aliqui in Pe
ſide exitioſam eſſe, translatamq́ꝫ in Aegyptũ
mutata natura in cibos receptam.

Perſica mâlus, *eyn pfirßkenbaum*. Folij
conſtat amygdalæ maioribus, flore ſubpuni
ceo, pomo carnoſo, ſucculento, foris lanugi
noſo, dura intus & ſcabra nuce, in qua nucle
us qualis amygdalis. Surculi & folia euidẽte
amara ſunt, eoq́ꝫ conciſa tritaq́ꝫ umbilico im
poſita lumbricos enecant. Fructus ipſius frig
hum. 2. Succus eorum facilè corruptionẽ ſen
tit, ac noxam adfert, quapropter poſtremo c
bo ſumenda non ſunt, ut moris eſt pleriſque
innatant enim ſtomacho, & quidqd pręſum
ptum fuerit unà ſecum in corruptionem tra
hunt. Itaque primis menſis ſumi tollerabilius
fuerit, ſic celeriter diſcedentia ſternũt alijs uiã

com-

ommodè præeuntia:reliqui cibi facilè lubri-
o meatu ſequentes elabuntur.

Perſicaria flochkraut. Folia habet Perſicę ar
oris:caulem geniculatum,rubentem,longũ:
orem ſpiceum,primùm candidum, dehinc
urpureum: ſemen exiguum: radicem luteã,
umeroſam. Guſtata mirificè adſtringit:qua-
: frigida & admodum ſicca eſt. Vtuntur re-
entiores (ueteribus enim incognitam fuiſſe
bitror)in uulneribus & maximè fiſtulis cu-
ndis.

Perſicon ſinapi, dicetur in Thlaſpi.

Perſonata,uide Arcion.

Peruinca, lege Clematis.

Perſoluta ſiue Perſolyton à Plinio nomina
r herbæ genus Aegyptiæ,quod in hortis ſe-
tur coronarũ gratia. Duo genera eius ſunt:
as &fœmina. Vtraq; ſubdita Venerem inhi
ri,maximè uirorum tradunt.

Pes anſerinus genßfuiß/ſeutodt. Veteres ni
l,quod equidem ſcio, de hac herba ſcripſe-
nt. Caulem habet cubitalem,ſtriatum:folia
Halicacabi formam accedentia, in ambitu
men laciniata, atq; adeò anſerini pedis ſpe-
em referentia: flores exiguos, rubentes,ſe-
en racematim, ueluti in atriplice ſylueſtri,
ſingu-

ſingulis ramis inſidens:radicem obliquã,m
tasq́ adnaſcentias habentem. Naſcitur paſſi
in hortis aliisq́ locis,ubi fimum reponi ſole
Suibus exitium adfert. Eaſdem facultates ha
bet,quas Solanum hortenſe.

Pes cornicis, uide Coronopus.

Pes columbinus,lege Geranium.

Pes gallinaceus, idem eſt quod Caucalis.

Pes leonis,nec hanc herbã ueteribus cog
nitam fuiſſe exiſtimo. Barbari Alchimillar
nominant, Germani *Synnau / louentapen*
löuenfuß/vnſer frauwen mantel. Herba eſt d
drantalis,folia inſtar leonis pedis lata, criſp
&rotunda,octo ſerratis inciſuris diſtincta,n
tamen ad pediculos uſque,qui ſtatim è radic
exeunt,fiſſa habens. Flores exiguos & luteo
profert:radicem digito craſſiorem, & ſeſqui
palmo longiorem,ſubrubeſcentem. Paſſim i
pratis prouenit. Folia & radix uehemẽter ad
ſtringunt,& exiccant in ſecundo gradu. Vul
neribus glutinandis aptiſſima eſt. Decoct
enim eius lauãtur utiliter omnia uulnera. Li
teum quoq; in eo madefactum illis commo
dè imponitur. Mulierum mammas impen
laxas linteum decocto eiuſdem intinctum, &
impoſitum,duras ſolidasq́ efficit. Decocti
deniq

'eniq; hoc epotum intranea uulnera, ruptu-
as'q; glutinat. Et quòd dictu mirum eſt, tanta
ius plantæ in glutinando uis eſt, ut ramices
nteſtinorum, in pueris potiſſimùm, ſanare
oſſit.

Pes leporis, uide Lagopus.

Pes miluinus, à Columella in uſum colli-
i & reponi iubetur, ſed qualis ſit nõ explicuit.
uellius Cornu ceruinum hodie uocatum ſu-
icatur. Nam extremum folij in auiculæ, aut
ilui pedem articulatur: cruda eſtur in aceta-
js, & cocta cum aceto & ſale. Quin & Portu
cæ modo condita apud pleroſq; reſeruatur.
ide coronopus.

Pes uituli, lege Aron.

Petaſites peſtilentzen kraut: pediculus eſt cu
to maior, craſſitudine pollicis, à quo præ-
ande folium, galeri modo amplũ, ceu fun-
is dependet, ſupernè uiride, infernè candi-
ns, quod in tantam creſcit amplitudinem, ut
um interdum orbicularem menſam pror-
s tegat. Inter initia Martij flores ante folia
ofert in in albo purpureos, agglomeratos,
botri figuram referentes, qui marceſcentes
e fructu abeunt, ac decidũt. Radix illi craſ-
& longa, intus candida, uehementer odo-

a rata, &

rata & amara. Prouenit copioſiſſimè in prati
humidis, & iuxta riuulos ſitis. Sic. 3. Vnde a
malefica & phagedænica ulcera eam uſurpāt
Radix ſi in puluerem redacta cum uino ſum
tur mirificè confert peſtilentialiubs febribus
quòd ſudorem maximè moueat. Bibitur & à
mulieribus contra uteri tormina, & præfoca-
tiones. Enecat quoq; lumbricos. Ducit urinā
& menſes. Succurrit eis, qui ſpiritus difficul-
tate laborant.

Petilius flos eſt autumnalis, circa uepres
naſcens, calyculo uerſicolori, folijs quinque,
paruis. Vſus in medicina nullus, tantùm colo-
re commendatur, qui eſt roſæ ſylueſtris. Mi-
rumq;, in eo flore inflecti cacumen, & nō niſi
retorto folia naſci. Semen luteum paruo caly-
ci includitur.

Petroſelinum, uel Apium ſaxatile, quòd in
ſaxis & in præruptis locis naſcatur, dicitur. In
Macedonia frequēs optimumq; prouenit, q̊d
in alijs locis minus laudat̃. Forma atq; odor
eius non multum à noſtro & Germanico Pe-
troſelino abeſt. Semen ammi ſimile obtinet,
odoratius tamen, acre, & aroma olens, quo
barbari non ſine magno errore pro Amomo
utuntur. Semen cal. ſic. 3. Vi inciſoria præditū
eſt:

ſt:urinam ciet,menſesq́ꝫ trahit,flatibus diſcu
iendis accommodatiſſimũ. Herba unà cum
adice imbecilliorem facultatem ſortiuntur.

Petroſelinum ſylueſtre in Apio montano
ictum eſt.

Peucedanus,uulgò dicitur Fœniculus por
inus,Germanicè harſtrang/ſewfenchel.Cau-
em emittit tenuem, gracilentũ, fœniculo ſi-
nilem; comam ſtatim à terra folioſam ſpiſ-
mq́ꝫ:florem luteum:radicem nigram, craſ-
m,liquore plenam,graui odore. Hinc patet
fficinarum Peucedanum non eſſe genuinũ:
uia radix eius nõ ſuccoſa, ſed lignoſa exiſtit:
ec graui odore,ſed iucũdo.Gignitur in mon
bus opacis. Tenera radix cultello inciſa li-
uorẽ effundit, qui profluẽs ſtatim in umbra
ponitur:in ſole ſiquidẽ langueſcit.Facit cùm
lligitur capitis dolores & uertigines, niſi
is antea roſaceo nares perungat,&caput ir-
gat.Radix aſſata inutilis fit. Colligitur & ex
ulibus & ex radice, ſicut è Mandragora, li-
uor & ſuccus.Minus tamen efficax ſucco li-
or,& uelocius expirat. Interdum etiã con-
eta inuenitur lachryma thuri ſimilis, cauli-
s radicibusq́ꝫ adhærens.Præfertur ſuccus è
rdinia & Samothrace, colore rufo, odore

 graui,

graui,feruens guſtu.Radix eligi debet recen
quæ cariem non ſenſerit,firma, odoris plen
Succus ad potiones amaris nucibus, aut rut
aut pane calido reſoluit̃. Liquore & ſucco a
fatim calefacienti,diſcutienti,extenuãtiq́ꝫ ut
mur,tum naribus admoto,tum in potione a
ſumpto, ad pulmonũ & pectoris uicia ex hu
morum craſſitudine contracta, item ad lien
induratum. Dentibus perforatis impoſitu
dolorem protinus ſopit. Neruorum adfect
bus idoneus eſt. Radix ſquammas oſſium ſe
parat,maleficis ulceribus ſuccurrit. Cal. ſic.

Phalangium uel Phalangites:ramulos fer
duos aut tres,pluresq́ꝫ in diuerſa tendẽres: fl
res candidos, lilio ſimiles, inciſuris pluribu
ſectos:ſemen nigrum,craſſum,dimidiatæ len
tis figura,multò tamen gracilius:radicem exi
guam,tenuem, herbacei coloris dum à terr
eruitur. Naſcitur in collibus. Phalangiorum
morſibus medetur,unde & nomen habet.Na
turæ ſubtilis eſt exiccantisq́ꝫ, qua torminoſis
auxiliari putatur.

Phalaris cauliculos emittit à radicibꝰ, quæ
tenues & inutiles in ea ſunt,numeroſos, lon-
gitudine duorum palmorũ, geniculatos, zeæ
culmis ſimiles,tenuiores tamen, ſapore dul-
ces

es. Semen habet milij magnitudine, candi-
um & oblongum. Semen, ſuccus, & folia po
a, ueſicæ doloribus auxiliant. Tenuem quan
am uim, naturamq́; calidam obtinet herba.

Phaſeolus, dicetur in Smilace hortenſi.

Phaſelũ Galeno à Phaſeolo legumine peni
us differt, hoc.n. Dioſcori. ſub Smilacis hor-
nſis nomine deſcripſit: illud φασίολον nomi
at, quod uerti debet Phaſelum. Alio nomine
)chros dicitur, Cuius ſemina aqua aſpergũt,
uoad radicem germenq́; ediderint, tum an-
reliquum cibum manducant ad citandã al-
um. Garo immerſa nutriunt, ſuccumq́; hæc
enerant cùm bene concoquuntur. Meliora
œnogræco, mediaq́; ſunt inter bonũ & ma-
m ſuccum, ſiue concoquantur, ſiue minus: &
nter tarda & celeria meatu, multũ nutrientia
 parum.

Phaulia, mâla è Cydoniorum genere eſſe
pparent apud Athenæum.

Phellandrion in paluſtribus naſcitur folio
pij. Bibitur ſemen eius propter calculos, &
ſicę incõmoda. Sunt qui hanc eandẽ eſſe cũ
pio paluſtri cenſeant. Ruellius ſiler aquaticũ.

Phellos, lege Suber.

Phellodrys arbor eſt ſempiternæ frondis,

media inter robur & ilicem. Sunt qui Phello-
dryn aliud negent eſſe, quàm ilicem fœminā
ut ilex ubi deſit, utantur hac in carpētarijs præ-
cipuè fabricis, quod & Lacedæmone faciun
& Elide. Lignum intus, quàm ilici candidius
ſed fuluius quàm robori: materia quoq; duri-
or, ſed quàm ilici ſolutior in opere: folium ſi-
mile, ſed iligno maius, & querno minus: ſpe-
cioſior medulla quàm ilicis: fructum maiorē
quàm ilex habet, minorem quàm quercus. Ili-
cis fructum & huius nonnulli Acylum uocāt:
roboris autem glandem. Plinius uerò Phello-
dryn uidetur eandem accepiſſe cum Subere,
quod & φελλὸς dicatur.

Philanthropos, lege Aporine.

Philadelphum floris genus in Parthis na-
ſci tradit Apollodorus, ex argumento appella-
tum, quoniam rami eius ex interuallo coēant,
ceu animantes poſt digrediantur, concipiant
& pariāt. Huius tenuiſſimis uirgis reticulatim
compoſitis, atq; ita conſitis, hortorum ſepta
impenetrabili compage fieri.

Philtron quibuſdam Paſtinaca eſt.

Philyrea differt à Philyra, id eſt, Tilia. Eſt
enim arbor oleæ folia habens, & fructum fe-
rè ſubdulcem ad ſimilitudinem lentiſci, ni-
grum,

rrum, uuarum more congeſtum.

Phleum, nonnulli Stœben appellant: differt tamen ab ea Stœbe, de qua infrà dicemus. Hæc non ſolùm caulem habet aculeatum, ſed & folium quoq; hiſpidum, carnoſum, multifidum, iuxta cuius ſpinas aculeos etiam condit, radice non in profundũ acta. Germinat cum Vergilijs, primoq́; aratro una, nec folia dimittit, etenim annicula illi uita, ſæpeq́; bimatum excedit.

Phlum à Phleo longè diſſidet, cuius lanugine (ut inquit Theophraſtus) ad lixiuiũ mulieres utantur, molle & placentaceum eſt, colore ſubrubido. Fœmina ſterilis eſt, ad nexus idonea; mas prorſus habetur inutilis. Naſcitur in inſulis fluitantibus. Pars huius herbæ ab radice pueris cibo grata eſt. Radix ipſa pecudũ pabulo uellitur.

Phœnix palma dicitur. Eſt & herba, quæ alio nomine Rhu uocatur, uulgò Hordeũ murinum. Folia fert hordeo ſimilia, breuiora tamen & anguſtiora: ſpicam lolio ſimilem: calamos digitorum ſenûm radici aduolutos: ſeptenas octonasúe ſpicas. In aruis, tectiſq́; recẽter litis naſcitur. Adſtringit & in uino auſtero pota, omnes fluidos affectus ſiſtit.

Phormon tenuis, abſterſoriæ & attractic
eſt facultatis: ſemen igitur cum melle albug
nes extenuat, & ſpicula è corporibus extrahi
Sunt qui Orminum putant. Aegineta tame
utriuſq; in diuerſis locis meminit.

Phrynion Paronychia eſt, de qua ſuprà d
ximus.

Phu, uel Nardus ſylueſtris, uulgò Valerian
dicitur: duplex hęc eſt, magna, quę alio noīe The
riacria, Germanicè groiß baldriã / oder triack
appellatur: minor, quæ uulgaris eſt, Germa
nis katzenwurtzel / gemein baldrian / dennen
marck nuncupatur. Folijs conſtat Elaphobo
ſco, aut Oluſatro ſimilibus: caule cubitali, au
altiore, læui, cauo, molli, in purpuram uergē
te, geniculis interſecto: floribus Narciſſo pro
ximis, minoribus, teneris, & ex albicante pu
pureis, radice in ſuperiore parte digiti mino
ris craſſitudine, quæ adnaſcentes radiculas h
bet obliquas, ueluti iuncus odoratus, aut uera
trum nigrum, inuicē implicitas, ſubflauas, be
ne odoratas, nardum in guſtu referentes cum
quadam uiroſa grauitate. Sunt etiam quidam
uiri docti, qui contendunt Phu Dioſcoridis
non eſſe Valerianam uulgò dictam. Si quis ta
men utriuſq; figurā ac uires diligenter expen
derit

lerit, parum aut certè nihil eas differre inue-
niet. Naſcitur in locis humidis. Cal. ſic. 2. Ra-
dix nardo uiribus ſimilis, ſed tamen ad pluri-
ma inferior: urinas tamen magis quàm ea eli-
cit, nardi Gallicè modo.

Phycos Thalaſſion, uide Fucus marinus.

Phyllitis folioſus ceſpes potius quàm plan
ta eſt, ad parietum radices naſcens. Viret diu
herba, cõtra gelicidia hyemis contumax, nul-
lo unquam prolato flore, nec ſemine, nec etiã
caule, ex quo Acaulos quoq; dicta eſt. Folia
profert rumici ſimilia, longiora tamen & uiri
diora, ſena aut ſeptena, rectáq; parte anteriore
læuia cernuntur, à tergo autem penſiles, quaſi
uermiculos tenues oſtendunt, guſtu acerbo.
Alui profluuijs pota auxiliantur.

Phyllum, quod Elęophyllum quoq; uo-
catur, duûm generum eſt herba: altera mas ἀῤ-
ῥενόγονον: altera fœmina θηλύγονον dicitur. Hęc
ceu muſcum habens, pallidiore quàm olea fo
lio. Caulem profert gracilem breuemq́; florẽ
candidũ: papaueris ſemen, uerũtamen maius.
Illa huic ſimilis, ſolo ſemine diſtans: habet enĩ
racemoſum quiddam, deflorentibus oleis nõ
diſſimile. Ferũt potum alterius ſemen maris,
alterius uerò fœminæ conceptum facere.

Phyteuma lanariæ herbę,quam Struthi
uocant,folia ſimilia habet,minora tamen: ſ
men copioſum,perforatum : radicem long
gracilem, in ſuperficie terræ uirentem , qua
ad amatoria conferre nonnulli ſcriptum rel
querunt.

Picris,lege Intubus.

Picea,Gręcè πίτυς dicitur,arbor feralis e
& funebri indicio ad fores poni ſolita,ac roſ
uirens. Vnde Virgilius de tumulo Miſeni lo
quens ait:

Procumbũt piceæ,ſonat icta ſecurib9 ilex.
Non floret, ſed uice floris ſunt nucamenta il-
la,quæ κιττάρυς Græci uocant, groſſis præci-
duis fici proportione reſpondentia: hæc com
preſſiora maribus ſunt quàm fœminis,ac mi-
nus reſina madent. Differt à Pinu,quòd pin-
guior ac tenuior folio eſt,quodq́ minus alta,
minusq́ recta aſſurgit:pręterea conum mino
rem & magis algentem obtinet, nucleos q̊q;
reſina perfuſos. Vtriq; foliũ capillamenti mo
do prætenue,ac breui ſeta uilloſum . Vtraque
craſſior duraq́ ceu cupreſſus. Materies candi-
da, & abieti ſimilior. Pinus ũſtis radicibus nõ
repullulat, ſterileſcit ſi quis cacumen auferat,
nec tamen emoritur. Exciſa nullam remittit
ſobo

obolem,ſed prorſus emorit. Propterea Crœ-
us (ut eſt apud Herodotum in Erato) minaba
ır ſe extirpaturum Lampſacenos Pini in mo
em. Picea uſta repullulat, ut in Lesbo accidiſ-
 Theophraſtus ſcribit, incenſo Pyrei mon-
s nemore, quod Piceis ſcatebat. Hęc nauigijs
xpetitur. In Cypro præſtantior etiam quàm
inus. Eadem etiam ad fabricas cæteras, mal-
os grandiores, ſcandulas, cupas, & alia ſeca
ıenta utilis, celerius tamen quàm abies cor-
ımpitur. Montes amat & frigora. Hæc pluri
ıam reſinam fundit, interueniente candida
emma, tam ſimili thuri, ut diſcerni uiſu ne-
ueat, In Hiſpania & Piceaſtri ſunt, ex quibus
ſinā, unde pix coquatur, colligunt. Pinaſter
hil aliud eſt, q̃ pinus ſylueſtris, mira altitudi
,& à medio ramoſa, ſicut pinus in uertice.
olium fert aculeatum, mucrone prælongū,
ile, pino quàm ſimilimum. Copioſiorē dat
ſinam, pinus enim minimum, interdum ex
ſis nucibus, uix ut adſcribatur generi. Nu-
ei pinei Græcè στρόβιλοι dicuntur. Galenus
iam Coccalos uocat. Nuces pineæ grandiſſi
æ altiſſimæq́ʒ, à tęrra ſuſpenſæ, intus exiles
ıcleos, lacunatis thoris, ferruginea tunica ue
tos contegunt. Nucis pineæ quaterna gene
ra

ra ſunt: durum, quod & uulgare; tenerum, putamine digitis fragili, ideóq; auibus expo tum, Tarentinum uocabant: tertium è picea tiua, nucleorum cute uerius, quàm putamin adeò molli, ut ſimul mandatur, Sapineum Pl nius uocat; quartum, Pityidas uocant è Pin ſtris, ſingularis remedij aduerſus tuſſim. Pic cortex adſtringendi uim eximiam poſſide qua intertrigines & ambuſta illitus perſana uentrem potus reprimit, folia etiam uulne conglutinant. Eadem ferè de pinu tædáq; ſc buntur.

Pimpinella, Biuenell. Quo nomine ear ueteres appellarũt planè ignoro. Hæc duple eſt. Maior, quæ folia fert multifariã ſciſſa, Si ro haud diſſimilia; caules ab eadem radice bi nos aut ternos, anguloſos, flores in ſumm exiguos & candidos. ſemen exiguum, Oreo ſelini ſemini ſimile; radicem admodum lon gam, craſſam, ſubrubentem, & peracrem. Mi nor caules habet ruſeſcentes, foliáq; minora & non diſſecta multifariam, ſed ſerrata tantũ aliâs priori per omnia ſimilis. Prouenit in in cultis. Cal. & ſic. 2. abſolutè. Ex uino pota ca culos terit. Stranguriam etiam decocta leuat. Succus eius potus omne uenenum diſcutit. Ra

dix

dix etiam ſi in ore teneatur peſtilentiæ contagia arcet.

Piper Peffer. Eius genera Theophraſtus duo conſtituit: rotundi ut Eruum, putamine carneq́ſ ſubrutila, ceu lauri baccæ: & oblongi, nigri, ſemina continentis papaueracea, quod multò ualidius priore iudicatur. Arbores quę piper gignunt paſſim in India ſunt, Iuniperis, ut Plinius exiſtimat, noſtris ſimiles, quãquam in fronte Caucaſi ſolibus oppoſitę, naſci tantũ eas aliqui putauêre. Semina à iuniperis diſtant paruulis folliculis, quales in Phaſeolis uidemus. Dioſcorides in India naſci piper breui arbore tradit, quę inter initia pręlongũ fructũ, ueluti ſiliquam promit, hoc longũ piper eſt: clauditq́ſ intra ſe, quod exiguis Milij ſeminibus ſimile eſt, idq́ſ tandem in perfectũ piper euadit. Hoc autem ſuo tempore dehiſcẽs pandens'que ſeſe racemos emittit, grana ferentes qualia uidemus. Ea acerba candidum piper faciunt, aptum ocularibus remedijs, antidotis & medicaminibus, quæ contra uenenata parantur, Theriaca uocant. Longum uerò uehementius mordet. Et quoniam priuſquam ematureſcat decerptum eſt, ſubamarum relinquitur antidotis & thearicis medicaminibus expetitum.

titum. Nigrum autem, utpote quod tempeſt
ua maturitate collectum ſit, odoratũ eſſe co
ſtat, candido ſuauius, acrius, & ori gratius, n
non ad condimenta utilius. Sed candidum,
adhuc in acerbũ uergens, antedictis infirmiu
eſt. Eligi oportet grauiſſimũ, plenum, nigrũ
ſine multis rugis recens, minimè furfuroſum
Inueniuntur etiamnum in genere nigri ſemi
na nutrimẽto defecta, caſſa, inania, minimiq
ponderis, quod uocant Braſma. Non eſt hu
ius arboris radix gingiber, ut aliqui exiſtima
uêre. Nanq; piperis radix coſto ſimilis eſt, &
eiuſdem uires refert, ora guſtantium accẽdit
ſaliuam ciet: lienem reprimit cum aceto illita
aut pota. Caput etiam purgat manducata cum
ſemine Pedicularis herbæ. Qui ad nos ex In-
dia ueniunt, longè aliter de pipere narrant, q
Theophraſtus, Dioſcorides, & Plinius tradi-
deruut. Fruticem enim, nõ arborem piper fer-
re adfirmant, albæ uiti, quæ in ſepibus plerũq;
inuenitur, ſimilem, propinquas ſcandentẽ ar-
bores, quæ racemoſum fructum ferat, magni
tudine ea, qua uidetur, ſed uiridem: nec aliter q
in liguſtro coaceruatum, antequam maturita-
te nigreſcant, lectumq; æſtate ante integrã ma
turitatem ſub ſole in palmeis tegetibus expan

di,

i,calore'q́ſolis &æſtu corrugari, & nigrum
eri. Nec longum aut album piper aliquod ui-
iſſe illic ſe dicunt: eſſe quidem arbores alias,
uæ ſapore piperis aliqd ferant, & inter eas,
ui conferre in noſtro orbe aliquam poſſe ſe
gant, quæ oblongum ueluti uillum inter ſo
ferat, Ponticę nucis floribus ſimilem, quod
ic longum piper incolæ appellent. Marcel-
s Virgilius teſtatur ſe uidiſſe folium piperis
India allatum, colore pallido magis, quàm
rbaceo, longitudine quantũ diuaricati pol-
x & Index humani digiti aperiuntur: latitu-
ne qua parte maximè patet quatuor digito-
m, Plantaginis figura, præterquam in ſum-
o, cui habet numero pares & figura ſimiles
ergo fibras ſeptem, per longitudinem extẽ-
, mediam claudentibus utrinq; trinis, non
nẽ ut in Plantagine utrin'q́ binę à media na-
ntur, ſed inæqualibus interuallis utrinque
odeunt: in ſummo faſtigiatum, & acumina-
s quàm Plantaginis extremum folium eſt:
finitq́ in mucronem eodem, quo in mâlo
edica modo uidetur, non omni, ſed in qua
ium acuminatum eſt: id'q́ in piperis fruti-
breui pediculo pendet, & qua parte à pedi-
o incipit, folium paulò minus quàm rotun

dum

MON

dum eſt.

Piperitis herba apud Pliniũ ſic dicta, quò ſemen eius guſtatum piperis ſaporem &acri moniam prę ſe ferat, nominatur. Eandē etian Siliquaſtrum uocat, à ſiliquis nimirum mag nis & oblongis, quas producit. Aliqui pipe Hiſpanum, alij piper Indianum, nonnulli eti piper ex Chalechut uocant, Germanicè Cha chutſcher peffer. Herba eſt caulem habens ru brum & longum, crebris geniculis: folia lau ri: flores candidos: ſemen in ſiliquis oblongi & magnum: album uel potius flaueſcens, te nue, guſtu piperis acerrimo: radicem unicam ſubalbam, capillamētis fibratam. Huius Fuch ſius quatuor diſtincta facit genera. Maius ſili quas producit maiores, colore ſubnigras au fuſcas: minus minores profert, & colore pun ceas: longum longiſſimas & puniceas: latũ la tiores multóq; breuiores. Seritur & nunc in Germania in fictilibus ac teſtaceis. Valente excalfacit atq; deſiccat, eaſdemq́; facultates ha bet, quas uerum piper. De uulgari piperite le ge Lepidion.

Piper aquaticum, uide Hydropiper.

Piſtacia in Syria naſcuntur, pineis nucibus ſeu ut Platina ſcribit, auellanis ſimilia. L. Vite

liu

us, qui Cenſor fuit, hæc in Italiam primus in-
lit è Syria, cùm legatus in ea prouincia fuiſſet
ouiſſimis Tiberij Cæſaris temporibus: mox
in Hiſpaniam, qui cum eo militauerat, Flac
us Pompeius eques Romanus. Stomacho me
iocriter conducũt, iecur obſtructũ reſerant,
ræcipuè ſummi & odorati eorum operimẽ-
ex uino decoctum. Proſunt etiam contra ſer
entium morſus.

Piſtolochia, quartum genus Ariſtolochię.

Piſum eyn ertz. Græcè πίσον, ἢ λέκυθος. Duo
us ſunt genera: alterum quod in aruis humi
rpit: alterum quod in altum ſcandit, arbori-
us aut palis quibus accubet adfixis, q̃bus ſeſe
preolis uinciens illigat: quod genus Germa
rômſche ertzen uocant. Piſum caules ſpargit
terram concauos, ramoſq́ꝫ prætenui ſurcu-
, folio frequenti præter cæterorum morem
ngiuſculo: flore papilionis forma, circa um
licum purpureo: ſiliqua oblonga ſeu cylin-
acea: granis rotundis, angulos multos in-
quales habentibus: radice imbecilla. Tepi-
s locis gaudet, & cœlum frequenter humi-
um deſiderat. Piſa fabis conſimilem habent
turam, nec diuerſo ab illis modo mandunt
d non adeò uti fabę inflant, nec abſtergent:

ideoq́ꝫ ſegnius aluo, quàm illæ excernuntur
Decoctorum cremor aluum ciet. Recẽtia qu
cum ſuis ualuulis manduntur, ructus mouẽt

Pituitaria, lege Staphiſagria.

Pityuſa, ſpecie à Cypariſſia lactaria differt; inter lactarias tamen herbas numeratur. Caulis eius ſupra cubiti altitudinem aſſurgit, geniculatus, folijs Piceæ, acutis, exilibus; flore paruo uelut purpureo: ſemine inſtar lenticulæ, lato: radice craſſa, candida, ſucco referta. Quibuſdam in locis frutex hic prægrandis inuenitur. Eaſdem cum Tithymallo uires habet.

Pix pech. Quod ex uiuentib⁹ plantis reſinæ nomine deſtillat, id incenſa in furnis eadẽ materia, picis adpellatione fluit: ſimplex à principio & liquida tantùm, mox ea decocta, ſicca etiam. Arida calefactoriam uim habet, emollit, pus mouet, tubercula & furunculos diſcutit, ulcera replet. Vulnerarijs præterea medicamentis commodè miſcetur. Galenus leproſos ungues eximere cum cera miſtam, lichenesq́ꝫ detergere, duros & crudos tumores omnes concoquere poſſe ait. Ad eaq́ꝫ omnia humidã ualentiorem eſſe: aridam uerò picem, tametſi ad hæc quidem deterior ſit, glutinandis tamẽ uulneribus magis congruere.

Plan-

Plantago wegerich, à Græcis ἀρνόγλωσσον
dicta eſt, quòd agninæ linguæ folia eius habẽt
peciem. Vocatur quoq; Polyneuron à multi-
udine neruorum, quibus quaſi coſtis in dor-
o per longitudinem folia eius diſtincta ſunt.
Duorum generum eſt. Maior Plantago, quæ
Græcis quoq; ἑπτάπλευρον, à ſeptenis, quæ in
olijs apparent coſtis, dicitur. Minor πεντάνευ-
ρον etiam nominatur, quia folia eius fibris quin-
que, tanquam neruis diſtincta ſunt; uulgus uo
at Lanceolam, ſiue Lanceolatam, quia foliũ
rofert acuminatius & longius. Conſtat hæc
olijs anguſtioribus, minoribus, mollioribus,
euioribus, & tenuioribus: caule anguloſo in
erram inclinato: floribus pallidis: ſemine ſum-
nis caulibus emicante. Maior contrà, latiore
olio, betaceoq́; caule anguloſo, ſubrubro, cu
itali, à medio ſui ad uerticem uſq; tenui ſemi
e circundato. Floſculum in ſpica êdit luteũ,
nonnunquam herbaceum. Radices habet te-
eras, hirſutas, candidas, digitali craſſitudine.
Naſcitur in lacunoſis, ſepibus & locis humi-
is. Frig. ſic. 2. Temperata eſt ex aquea & ter-
eſtri ſubſtantia, cui etiam nonnihil adſtrictio
is adeſt; quo nomine ad maligna ulcera, flu-
iones, putredinesq́; accommodata eſt, tem-

 pera-

peramenti moderatione ſanguinis quoq; pr
fluuia cohibet,& plurimum congruit. Com
pos enim eſt ſiccitatis minimè rodentis, & f
giditatis,quę nondum ſtuporem inducit. M
gna multò utilior eſt.

Platanus arbor ſterilis eſt, à latitudine fo
liorum ſic dicta. Ramos latè ſpargit. Nec a
alium uſum olim adamabatur,quàm umbra
rum,quibus adeò placuit, ut mero infuſo en
triretur. Solem enim æſtate arcet, hyeme ad
mittit. Sub ea celebrabãtur conuiuia. Nam P
nius ſcribit Licinium Mutianũ ter conſulen
ſub una fuiſſe epulatum cum duodecimo co
mite, & Caium principem ſub alia cum duo
decim conuiuis. Huius arboris umbra Xerxe
adeo in terra Lydia delectatus eſt, ut diem in
tegrum cum exercitu cõſumpſerit ſub ea; atq
quemadmodum amore capti ſolent, multi
donauerit arborem muneribus: quodq; ridi
culo proximũ eſt, cuſtodem ei tanquam pel
lici Meledonium quendam reliquit, autor eſt
Helianus. Traditur in Lycio Athenis fuiſſe
platanum, quæ iuxta aquæ ductum nouella
adhuc, in dodrantes ferè centum progreſſa ſit
In Creta inſula ad Cortyniam Platanus ſtetiſ
ſe dicitur ad fontem quendã, quæ folia hye
me

ne non amitteret, ſub qua Ioui compreſſam Europen indigenæ fabulantur. Vna hæc maximè tolerat ſecurim, & ſubuerſa flatu, ab radicibus reponi poteſt, ut ſalix, & populus alba. Vi humidiore & frigidiore pollet, eaq́ꝫ de cauſa folia uiridia ad inflammationes naſcentes proficiunt. Cortex & pilulę, quoniam maiorem ſiccandi potentiam habent, in aceto decoctæ dentium dolores ſopiunt, ambuſta cum adipe perſanant. Cortex autem crematus ſiccat uehementius, & abſtergit, eoq́ꝫ lepras pellit, & humidis ulceribus medetur.

Podagra lini, lege Cuſſutha.

Polemonia uel Polemonium, alij Philetæriam, Cappadoces chiliodynamin appellant: Germani Daubenkropff. Ramulos habet exiles, utrinq; pennatos: folia paulò maiora, q̃ rutæ, oblongiora tamẽ ad Polygoni & Nepetæ longitudinem. In ſummo ramulorum ueluti Corymbi ſunt, in quibus ſemen nigrũ eſt. Radix cubitalis, alba, lanariæ herbæ radici ſimilis. Naſcitur in montoſis & aſperis. Vim obtinet ſubtilem & exiccãtem. Inde nonnulli contra coxendicis dolores, inteſtinorum tormina, lienem induratum, radicẽ eius cum uino propinant.

Polium duo genera complectitur. Montanum,cui Teuthrio nomẽ eſt,& cuius eſt uſus. Tenuis frutex eſt,candidus, dodrãtalis,ſemine refertus:capitulo in cacumine quandã corymborum ſpeciem præ ſe ferente,paruo,cano hominis capillo ſimili(unde & nomen habet) grauiter olente, non ſine quadam ſuauitate. Alterum fruticoſius, non uſqueadeo ualens odore,& uiribus infirmius. Cæterùm minus,quo in antidotis etiam utuntur. Cal.ſic.3. Itaq; omnia uiſcera reſerat, urinam menſesq́; trahit. Viride adhuc,magna glutinat uulnera. Aridum maleficis inſperſum ulceribus proficit.

Polycnemon,frutex eſt ſurculoſus, folijs Origani:caule,ut Pulegij,geniculis multis intercepto,ſine umbella, tenui tamẽ in cacumine Corymbo,boni odoris & acris. Cal.ſic.2. Vulnera glutinat.

Polygalon,Palmi altitudinem petit,ſingulari conſtat caule, in quo bina folia deinceps figura lentis,uerùm maiora,paruis interuallis prodeũt. In ſummo ueluti ſpicatum folioſum cacumen eſt. Calidi humidiq́; temperamenti compos eſt,folijs mediocriter acerbis. Potũ lactis abundantiam facit. Vnde quoq; nomen habet.

Poly-

Polygonatum weyß wurtz: uulgò Sigillum olomonis. Duûm generum eſt: unum latiobus folijs, alterum multò anguſtioribus con at. Frutex eſt cubito altior. Folia fert Lauro milia, latiora & leuiora, ſapore mâli Cotoeæ aut Puniceæ, cum adſtrictione quadam: ores per ſingulos foliorum exortus promit andidos, folijs numeroſiores, incepta à radie ſupputatione. Siquidem bini, terni, aut pluzs ab unoquoq; foliorum ſinu prodeunt, qui us excuſſis baccæ piſi ferè magnitudine deendent, ex uiridi nigricantes, & in quendam rdinem digeſtæ. Radicem habet candidam, nollem, longam, geniculis plenam (unde & omen ei inditum) denſam, graueolentem, di iti craſſitudinē obtinentem. Naſcitur in mon bus. Variæ particeps eſt facultatis, adſtictoæ, acris, amaræ, & cuiuſdam guſtu ingratæ: uæ uerbis nequeat exprimi, quapropter in aultiplices uſus haud eſt accommodatū. Ra icem ipſius nonnulli ad faciei labes abſterendas illinunt.

Polygonum à geniculorum frequentia & ultitudine dictum eſt. Duplex eſt, mas & fœ ina. Mas etiam Proſerpinaca, Seminalis à ſeinis multitudine, & Sanguinalis à cohiben

do ſanguine nominatur: uulgò Corrigiola &
Centumnodia, Germanicè weggraß / weg
drit/denngraß. Ramos habet tenues, tenero
copioſos, geniculis interſectos, in terra gram
nis modò repentes: folia rutæ ſimilia, ſed lon
giora, ſemine ſub ſingulis folijs turgeſcēte: u
de marē appellari uolūt. Flos ei candidus au
puniceus eſt. Fœmina autem ſingulari caul
exiguus frutex eſt, harūdini ſimilis continua
tis geniculis, & in ſeipſos tubarum modo far
ctis: circa quos Piceæ ſimilia folia in orbem
exeunt. Radicis nullus uſus. Naſcitur paſſim,
quotidieq́ pedibus conculcatur. Vim quan-
dam adſtringendi habet, ſed humiditas in ſe-
cundo ordine frigida in ea præpollet. Stoma-
chi feruori frigida inſpargitur utiliter, ſacris
ignibus inflammationibusq́ calidis illinitur,
ac talis cùm ſit, fluxiones repellit, atq; hac ra-
tione ſiccatoria eſſe putatur. Mas autem uehe
mentior eſt fœmina. Polygonum ſylueſtre,
tertium ſuperioribus genus Plinius adiecit: pe
nè arboris, ut inquit, frutice, radice lignoſa,
ſtirpe cedri rubicūdo, ramis ſparti, binûm pal
morum, nigris, geniculorum ternis quater-
nisq́ articulis, ſapore mâli Cotonei.

Polypodium, uide Filiculam.

Poly

Polypremnos, quæ ſit herba non ſatis per-
pectum eſt : niſi quòd ægrotas arbores ſucco
ius oblini præcipiant.

Polytrichon dictum in Adiãto. Eſt quoq;
lia herba apđ Apuleiũ Polytrichon dicta, Ger
nanicè à colore aureo quē habet, guldiner wi
erthon uocatur. Ramulis cõſtat capillorꝝ in-
ar tenuibus, colore aurum referentibus, cir-
um quos fert multa capillacea, in ſummo ca-
itula lentis aquaticæ ferè forma, eiuſdē cum
amulis coloris. Duplex eſt, maius & minus:
lud in pratis humidis & uliginoſis, hoc in pe
is ac muris humidis naſcitur. In caliditate &
igiditate ſymmetra ſunt: deſiccant tamē, ex-
nuant, & digerunt. Eadem poteſt, quæ Adi-
ntum.

Pomi nomen generale eſt, complectitur
nim quidquid apud Græcos ὀπώρα continet,
n quo ſignificatu eſt, cùm dicitur à medicis:
Omne pomum refrigerandi & humificandi
im habere, parum alere, mali ſucci eſſe, autu-
no plus officere. Eſt autem opora, quidquid
ihil habet exterius lignoſum, hoc eſt, omnes
nollioris corticis fructus.

Populus tria gña complectiť, teſte Plinio,
lba, λευκὴ: nigra αἴγειρος à Græcis appellata, &

quæ uocatur Lybica, folio minima ac niger
ma. Alba & nigra uniformes habentur: co
pore ambæ erecto, ſed excellentior, leuior
nigra; figura folioꝝ ſimilis, in iuuenta circi
tæ rotũditatis ſunt, uetuſtiora in angulos ex
unt, & lignum cùm cæditur, albedine ſimil
eſt: utranq; ne florem quidem habere exiſti
mant. Candida ab æſtiuo ſoſtitio circumagi
hoc eſt, partes ſupinas foliorum conuertit, ſi
cut etiam olea, ſalix, ulmus & tilia. Vtriq; de
ſa lanugo, quæ ut iulus euolet. Candida uua
Bryon uocatas fert, ex quibus unguentum p
puleum conficitur: folio conſtat numeroſio
re, bicolore, ſupernè candido, inferiore part
Alnus uiridi. Nigram Arcades ſterilem putauerunt,
ſed in Creta fructificat, quæ etiam efficaciſſima
eſt. Populi ferunt in folijs guttam, ex qua apes
propolim ſuam faciũt. Pediculus eſt ei tremu
lus, umbra nulla: folia inter ſe trepidantia. Ci-
tò germinat. Fluuios amat. Virg.
Populus in fluuijs, abies in montibus altis.
Alba aquoſæ, tepidæ, terreſtriq; ſubſtãtiæ eſt,
uiribus abſterſorijs. Nigra cal. 1. ſiccat modi-
cè, & tenuis eſt ſubſtantiæ. Folia cum aceto il-
lita podagricos dolores ſopiunt. Eius reſina
floribus calidior: miſcet̃ acopis & malagma-
tis.

s. Fructus cum aceto potus comitialibus au-
iliatur.
Populago, alio nomine Chamęleuce dicit.
Porrum lauch. Græcè πράσον. Eius genera
nt duo. Capitatum à radice, quę in caput ex-
eſcit atq; extuberat, ſic nominatum. Simpli-
conſtat capite ex albę ceruicis anguſtijs ex-
berante, fronde ſuper terram carinata, & in
gulum oblonga. Alterum ſectiuum dicitur:
òd frondens coma ſuper terram eminens
fertur amputaturq́; . Caulis eius eſt longus,
us cauus, multis in uertice floribus acerua-
n collectis, & in ſpeciem abſoluti orbis con
omeratis, id quod in bimo accidit: ſemen-
cit etiam, ſparſo per eius cacumen ſemine,
emoritur. Radicem habet candicantē, craſ-
n, multis fibris capillatã, ac tunicis quibuſ-
m ueſtitam. Læto ſolo gaudet, odit rigua.
rrum mali ſucci eſt & acris. Grauia facit in-
nnia, aluum mollit, urinam ciet, extenuat,
n aliquam abſtergendi habet, qua pectoris
rcationes elicit. Semen eius ptiſanæ inco-
m nephriticis miſcetur medicamentis. Fo-
etiã nonnihil adſtringunt, ideo'que ſuccus
orum ſanguinem ſupprimit.
Porrum agreſte in Ampelopraſo dictũ eſt.
Portu

Portulaca, Græcis ἀνδράχνη, Germa
Burtzelen. Duplex eſt, hortenſis & ſylueſt
Hortenſis caules habet craſſos, pingues, te
tes, in altum erectos, lentè uergentes in pu
ceum : folia pinguia, à tergo candida : flo
exiguos, luteos: ſemina nigra in herbaceis
lycibus contenta. Sylueſtris folia oleæ ob
net, minora tamen multò, numeroſiora &
nera : rubentes cauliculos ab una radice m
tos in terra ſeſſiles, qui commanducati ſuc
abundant, glutinoſiq́;, & ſapore ſalſi ſunt. H
tenſis in cultis locis, ſylueſtris etiam in petr
ſis & incultis prouenit. Frig. 3. hum. 2. qua
re etiam cauſone laborantes uentriculo im
ſita iuuat, & fluxiones repellit, lentore ſuo d
tium ſtuporem ex acidis contractũ corrig
ob adſtrictionem & inteſtinorum tormina
ſanguinis profluuia coërcet.

Potamogeton, quaſi fluminibus uicina d
cta eſt, quia aquoſos & paluſtres locos am
alio nomine ϛαχυίτης dicitur, id eſt, ſpicata,
caulem, quem ex ſe mittit floribus & ſemi
ſpicatũ. Latinè Fontalis, Germanicè ſamkra
appellatur. Caulem obtinet rotundum, ge
culis interſectum, è quibus pediculi exeunt,
lijs Betę ſimilibus, hirſutis ueſtiti, paululum

peren

ereminentibus extra aquam. Flores profert
icatos, Plantaginis inſtar, ac ſubinde ſemen.
efrigerat & inſpiſſat. Pruriginibus utile, &
ontra ueterum ulcerum nomas. Virtutibus
anguinalis herbæ præditum eſt.

Potentilla quo pacto ueteribus nominata
erit incertum eſt. Aliqui ob ſimilitudinem,
aruam Agrimoniam, & Tanacetum ſylue-
re nominant, Germani genſerich, quòd anſe
s hac herba ualde delectētur. Eupatorio nō
ſſimilis eſt. Caules ex una radice multos p-
rt, humi ſtratos: folia Eupatoriæ ſimilia, ſu-
ernè uiridia, infernè candicantia: flores lute-
ſingulari pediculo pendentes: radicem ex-
nſecus rufeſcentem, intus candidam. Naſci
r in aquoſis locis. Temperamentum eius à
uinquefolio nihil differre uidetur, quare ut
us etiam facultates obtineat neceſſe eſt.

Poterium, alij Neurada, alij Phrymion uo
nt. Grandis & ſpinoſus frutex eſt, qui mul-
tenui, lanoſáq; lanugine ueſtitur. Ramulos
bet longos, molles, uitilium modo lentos
graciles, hirſinę ſpinæ ſimiles: folia parua,
tundáq;: flores longos & pallidos: ſemen in
ſtu acre & adoratum, uerùm inutile. Radi-
s demittit, binûm ternûmúe cubitorū ner-
uoſas

toſas & firmas, quæ proximè terram rec
dant ſuccũ gummi ſimilem. Naſcitur in a
ſis & collibus. Radices conciſæ neruos pr
ctos & uulnera glutinant. Decoctũ ipſius
tum neruorum affectionibus auxiliatur.

Pothos, Gaza deſyderium uertit, Th
phraſto duorum generum eſt: alterum H
cinthi flore, alterum ſine colore, candidũ,
ſepulchra coronabant, à quo & nomen, qu
deſideratis eſſet dicatũ. Floret æſtate, ſed d
turnius eſt candidum.

Potulaca arbor folio arbuto ſimilis eſt,
gnitudine non nimium præſtans, cortice
bo circumrumpi ſolito, fructum arbuto ſim
lem parit. Cùm cæteræ arbores ferè omnes
tereunt cortice in orbẽ detracto, Potulaca
detracto, niſi quis carnem etiam uehemen
preſſerit, germenq́ꝫ futurum luxauerit, nõ m
ritur. Semper quoq; uiret. Materia eius uti
mulieribus ad opus textorium.

Præneſtina nux, lege Auellana.

Praſion in Marrubio dictum.

Praſſium fœtidum, uide Balloten.

Praſſon, quære in Fuco marino.

Primula ueris, lege Bellis.

Proſerpinaca Polygonon eſt, de q̃ ſuprà.

Pr

Prunella brunellen. Huius herbæ, q̊d equi-
em ſcio, nulla apud antiquos fit mentio. Cau-
 conſtat in medio ſtriato, pingui & hirſuto:
olijs Ocimo ſimilibus, coloris herbacei, &
cuminatis: floribus in ſummis caulibus ſpica
s, lauendulæ non diſſimilibus. Radicem ha-
et tenuem, multis capillamentis fibratam.
aſſim in pratis prouenit. In guſtu glutinoſa
lmodum eſt, & modicè amara: quare calida
 ſicca eſt. Vulneraria herba eſt. Succus cum
eto & roſaceo mixtus uehementes capitis
olores ſedat, ſi tempora ex eo inungantur.
phthas & oris ulcera fauciumq́; uicia ſuccus
iſdem ſanat.

Prunus eyn pfruymbaum. Gręcè dicitur κοκ
κηλέα. Duo eius ſunt genera: unum ſatiuum,
ius fructus aut niger eſt, aut candicans, aut
rſicolor, aut cereus, aut purpureus. Prima
is Damaſcenis, quę in Damaſco Syrię pro-
niunt, tribuitur, nigra cute, carne ſuaui, ro-
ndo ligno, exili nucleo. Secunda Ibericis,
æ ex Hiſpania primùm uenerunt ſucci dul-
ris, durioriſq́; carnis, ſuaui guſtu, ea parte,
a ſolem ſpectãt purpureo nitent colore, ad-
ſa candicant uel ſubrubent: alterum ſylue-
, quod Virg. ſpinum uocat eo uerſu; Spi-
nos

nos iam pruna ferentes. Fructus uulgò Pru
lum ſiue Pruneolum nominatur, German
ſlehen. Prunus caudicem habet ſubrectum,
brum, multis brachiatum ramis: folium
oblongo ferè rotundũ, per oras minutim ſ
ratum: florem candidum, foliatum: pomu
carne cuteq́ʒ ueſtitum, oſſe intus duro, in q
nucleus includitur. Fructus uentrẽ ſubduc
recens magis, aridus minus. Sylueſter ue
euidenter adſtringit, uentrẽq́ʒ reprimit. Gu
mi quod ex arbore deſtillat, incîdit, extenua
Veſicæ calculos cum uino potum nonnul
frangere affirmant, ex aceto puerorum imp
tigines ſanare.

Pſeudanchuſa, Anchuſæ ſimilis eſt, lanug
noſior & minus pinguis: tenuioribus folijs &
languidioribus. Radix oleum non fundit, ſe
rubentem ſuccum.

Pſeudocaſia guſtu eſt neq; acri, neqʒ odo
rato, corticibusq́ʒ medullæ adhærentibus.

Pſeudoconchilion, lege fucus marinus.

Pſeudonardus, quòd non ſit uera & ge-
nuina nardus, cuius ueteres meminerunt, di-
cta eſt. Duplex eſt: altera procerior, & maio-
ris odoris, nec minus q̃ nardus placet: uulgus
eam ſpicam à ſpicatis floribus nominat, Ger-
mani

nani Spica nardi: altera minor & amplitudi-
e, & odore, uulgò Lauendula, Germanicè la
endel dicta. Frutex folia habet craſſiora, car-
oſa, anguſta, colore languida, in candidũ uer
entia, piloſa: frequentes ſpicas in ariſtas ſpar
ıs: floſculos in ſpica ferè cœruleos, in lauen-
ula autem purpureos. Cal. ſic. 2. Haud multũ
natura Celticæ nardi diſſidet.

Pſilothrum Ampeloleuce dicitur, quòd ex
us acinis coria depilari ac confici poſſint. Vi
e ſuprà.

Pſora Aëtio herba nuncupatˀ (forſan ab ha
tu ſcabro, aut q́ ſcabiei medeatur) eius uſtæ
mo arborum erucas mori ſcriptũ reliquit.

Pſyllion, uel Pulicaris, Pſilienkraut, folia
rt Coronopo ſimilia, hirſuta, longiora: ra-
os dodrantales. Tota herba ad fœni grami-
ſúe formam accedit. Coma eius à medio
ule incipit, capitula bina aut terna in ſummo
ntracta conuolutaúe, in quibus ſemen ni-
um, durum, pulicibus ſimile, à quo etiã no-
en habet. In aruis & incultis naſcitur. In Ger
ania non niſi ſatum prouenit. Semen frig. 2.
cando & humectando medium eſt.

Ptarmica, Sternutamẽtaria Latinis dici põt.
nt qui ſylueſtre Pyrethrum uocẽt, q́ ſcilicet

Pyrethri modo, quanq̃ mitius linguã uellicet. Atq; hinc eſt, q̊d nonnulli pro uera Pyrethro ſeducti, eius titillãte acrimonia deſcripſerint: Germanicè wilder bertram dicitur. Frutex eſt ſurculos habens paruos, multos & rotundos, Abrotono ſimiles: circa quos folia oleæ non diſſimilia, longa, multa, & in cacumine capitulatum, uti Anthemidis, paruum, rotundum, q̊d ſuo acri odore ſternutamẽtũ excitat: unde nomen accepit: flores ſternutamẽta efficaciſſimè mouẽt. Naſcit̃ in montibus & petroſis. Herba cal. ſic. uiridis 2. arida 3. Totus frutex uiridis ſugillata liuoresq́; alios diſijcit.

Pulegium Poley, Græcè dicitur γλήχων, ἢ βλήχων. Duorum generum eſt, mas & fœmina, hęc purpureum, ille candidum fert florem. Eſt quoq; aliud ſatiuum, aliud ſylueſtre. Satiuum fruticoſius aſſurgit ad cubiti altitudinẽ, maximè ſi ſit quo ſuſtentet̃: folijs Sampſychi, ſurculis hirſutis, rubicantibus, & per interualla flore orbiculatim coronatis. Prouenit locis cultis & aquoſis. Calefacit & extenuat uehementer in tertio ordine: unde ſi illinatur ruborem excitat, & craſſos uiſcoſosq́; humores è thorace & pulmone emolitur, menſesq́; mouet. De ſylueſtri Pulegio, lege Dictamnon, & Calaminthã.

Puli

Pulicaris, uide Pſyllion.

Pulmonaria lungēkraut, nomen habet, q̊d pulmonum uicijs, exulcerationibus potiſſimum eorundem, præſens remedium ſit. Folia fert mollia, inuicem incumbentia, leniter laciniata, cauis multis prædita, ſuperiore parte uiridia, inferiore in luteo albicantia, ac ueluti punctis aut puſtulis quibuſdam notata, atque hoc nomine aliquam pulmonis humani formam referentia, unde etiam pulmonaria dicta eſſe poterit. Prouenit in quercu arbore, & ſaxoſis locis. Deſiccandi & obſtringendi facultatem obtinet, quamobrem uulnera recentia glutinat, potiſſimùm autem pulmonis. Aliqui Conſiliginem etiam Pulmonariam uocāt.

Punica mâlus, uulgò granata, à granis, quibus pomum eſt refertum, dicitur. Contortum & breuem obtinet truncum, florem contrà quàm reliquis arborum puniceum. Caudice fiſſo non emoritur. Aculeos gerit in ramis, ut paliurus & rubi. Punicum mâlum Carthāgine laudatiſſimū, indeq́ꝫ cognomen, mâlum Punicum. Genera ſumma dūo: alteri nucleus adeſt lignoſus, alteri non adeſt, aut certè minimus. Mâlum ipſum adſtringendi uires eximias habet, quibus refrigerat ſiccatq́ꝫ, uerū

 dulce

dulce aliјs minus: auſterum magis refrigerat, ſicciusq́ꝫ eſt, & ſtomacho amicum. Acidum refrigerat quoq;, & maiorem quandam incidendi uirtutem repræſentat. Verùm acini ſucco magis adſtringunt ſiccantq́ꝫ: efficacius his adhuc mali coriũ. Huic uirtute reſpondet mâli flos, qui Cytinus appellatur.

Pycnocomon folia erucæ ſimilia habet, craſſiora tamẽ, acriora, & aſpera: caulem quadrangulum: florem Ocimi: porri ſemen: radicem nigram, rotundam, lutei coloris, exiguo mâlo æqualem, terram redolentem. Naſcitur in petroſis locis. Diſcutit: folia panos & furũculos diſſipant. Semen infixa corporibus extrahit. Radix flauam bilem purgat.

Pyrethrum à feruido ſapore, qui in eius radice ſimilis igni ſentitur, nomen habet. Romani Saliuarẽ uocant, quòd manſa copioſam oris ſaliuam eliciat, Germani *bertram*. Caulem & folia emittit, ut Daucum ſylueſtre, & Fœniculum: umbellam Anethi, uel in quibuſdam locis Anthemidis, circinatæ rotunditatis: radicem longam, pollicis craſſitudine, guſtu feruidiſſimo. Calida, ſicca. tert. uel, ut aliqui putant in 4. Radix urentem obtinet facultatem. Dentiũ ex frigiditate dolores mitigat.

:igat. Ad febrium rigores ante acceſſionē in-
ricatur cum oleo. Corporibus à perfrictione
ſtupentibus reſolutisq́ efficaciſſimè adhibet.

Pyrola, uide Limonium.

Pyrus *eyn birboum*, Gręcè ἄπιος ἢ ὄχνη ap
pellatur. Fructus pyrum dicitur, è lato in acu-
um quoq; turbinatur. Folia fert circinata: bre
iem uitã habet, fructusq́ facilè perdit. Pyro
nfinita penè ſunt genera: ut cruſtumęa, faler-
ıa, decumiana, dolobelliana, pomponiana,
iceriana, ſeueriana, fauoniana, &c. Quędã ex
iis ſunt dulcia, ut Platina docet, cũ ſint aqua-
ici & ſoluti ſaporis: cumq́ inter frigidum &
alidum conſiſtant, utpote parua illa & ocyſ-
ıma, quæ Plinius Superba innuit appellari.
Hæc ante cibum danda ſunt. Stiptica uerò &
cida, quorum magna turba eſt, ſecundę men
æ reſeruentur, quia ante cibum ſumpta aſtrin
unt, quod ualetudini contrariũ eſt. Pyra etiã
ræter alia poma corpus nutriunt. Condiunt
uoq; ſaccharo adiecta cinnamomi portiun-
ula, ut cœnas claudant.

Pyraſter pyrus ſylueſtris eſt. Hyeme ferè
utificat, unum tamen genus eius autumno.
Materia eius apprimè dura, ideoq́ diſcos ta-
ellasq́ ſutorias è pyro ſylueſtri faciunt; quo-

 niam

niam ut in molli retūditur, ita in duro ferrum
acuit. Aculeatos hæc habet ramos, ut Punica
Pyxacanthus, uide Lycium.

Quæ à litera Q ſumunt initium.

CAPVT XVI.

QVercus eyn eichelbaum, Græcè δρῦς dicitur. Arbor eſt notiſſima, procera, craſsiore & aſperiore caudice, ramoſa, folijs profundè laciniatis. Glandes producit optimas & grandiſſimas: gallas item & uiſcum. Radix eius latiſſimè circumiacentem terram amplectitur. Tum folia, tum fructus ſiccante & tepida ui pollent: quamobrem recentia uulnera glutinant, inflammationibus incipientibus medentur. At quod ſub glandis corio, & circa fructus carnem membranæ ſimile includitur, ualentius adſtringit: eoq́ʒ ad fluxum muliebrem aliosq́ʒ fluidos morbos adhibetur.

Quercula, uide Chamedrys.

Quinquefoliū funffinger kraut/oder funff blat, Græcè πεντάφυλλον dicitur: nomen à numero foliorum habet. De hac herba magna inter medicos eſt cōtrouerſia. Vulgaris enim quæ paſſim apud nos in uijs & ſtratis naſcitur

folijs

folijs quinq;,non eſt Pentaphyllon uerum:et ſi enim folia reſpondeant deſcriptioni ueterũ, cætera tamen omnia repugnant. Quare ſi Tormentilla hodie dicta non fuerit, quæ ſit ſcire non poſſum. Certè Manardus ſcribit Pentaphyllon eſſe herbam, quam Tormentillã appellamus, quòd ea magis forma & uiribus deſcriptioni ueterum quadret. Tormentilla enĩ radicem habet rubeſcentem, ut de ſuo Pentaphyllo ſcribit Dioſcorides. Quòd uerò ſeptẽ folia habeat Tormentilla, id nihil referre putat Manardus, ſe quoq; ſæpius eam uidiſſe folijs quinq;. Pentaphyllum ramulos feſtucarũ inſtar graciles fert, dodrantales, & in eis ſemẽ: folia Menthę ſimilia, in ſingulis pediculis quina, rarò plura, per ambitum ſerræ modo inciſa: flore in candido pallidum, auri ęmulum: radicem ſubrubram, oblongã, elleboro nigro craſſiorem. Naſcitur in riguis & aquarum ductibus. Radix ſic. 3. minimè acris eſt, eóq; ad multos uſus accommodatur.

Quæ ab R ſumunt exordium.

CAP. XVII.

RAdiculæ, uide Lanariam.

Radix, uel radicula, uel raphanus duo

complectitur genera:ſatiuum & ſylueſtre, i
lud Raphanus minor, Germanicè Redich, ho
Armoracia, uel raphanus maior, Germani
merredich appellatur. Radix dicitur, quòd ca
teras magnitudine corporis ſuperet, uel
pauciſſimis magnitudine cedat: raphanus ue
rò ἀπὸ τοῦ ῥᾷ φαίνειν, id eſt, quòd facilè appare
at.: tertio enim die à ſatu proſilit. Raphanus ſ
tiuus caudice adſurgit uno, nonnunquan
arboreo: radice ad rapi ſimilitudinem, fo
lijs laciniatis, anguliſq; horrida: floribus can
didis, & ſemine in ſiliquis. Sylueſtris folia ha
bet ſatiua ferè ſimilia, ſed magis Lapſanã imi
tantia, longa & acuta: radicem gracilem, tene
ram, ſinapi inſtar acerrimam. Satiuus cal. ter
ſic. 2. Syluester efficacior eſt in ambobus. Se
men ipſum planta efficacius eſt. Facultatẽ ha
bet extenuandi & diſcutiendi, itaq; ad ſugilla
ta & alios id genus liuores conducit. Galenus
notat errorem illorum, qui raphanum à cœ
na iuuandæ concoctionis gratia edunt. Eſt &
ſylueſtris radix dicta Apios, de qua dictum eſt
ſuperius.

Radix nigra apud Hippocratem Aſpala-
thus eſt.

Radix candida apud eundem pro Dracun

tij

ij radice ponitur.

Radix abſolutè eidem nominatur quoddã genus ſati, ſine flore, ſine ſemine, tribus dunaxat folijs, ſed proceris & in terra ſtratis, duoum digitorum magnitudine, ſimilib' Anchuæ, radice purgandis uiribus, ſed exiliter. Quibuſdam Onoſma Dioſcoridis eſſe uidetur.

Ranunculus, lege Batrachion.

Raphanus in radice dictus eſt.

Rapum eyn rübe, Græcè γογγυλίς, à figura ius, quæ plerunq; rotunda eſſe ſolet, dicitur. Duo eius ſunt genera. Vnum ſatiuum, quod luplex eſt, candidum & rubrum. Alterum ſylueſtre, quod uulgus rapunculum, Germani Rapuntzelen uocãt. Satiuum caule & folijs raphano ſimile eſt: floribus uerò & ſiliquis, in quus ſemen profert, napis aut braſſicis. Radix & ſemen flatulenta ſunt, difficileq; concoquũur. Fauces leniunt & thoracem. Crebior illoum uſus craſſum humorem generat, & obſtructiones iecoris parit. Semen creant, & Venerem excitant. Cal. 2. hum. 1. Sylueſtre uerno empore priuſquam in caulem attollitur, acearijs frequenter inſeri ſolet, erutum radicitus um folijs ſuis iam recens enatis. Deinceps uerò exit in caulem, cubitali altitudine, ramo-

 ſum,

ſum, in ſummo folia leuia digitali altitudi
aut maiora habens: ſemen in calyculatis ſi
quis: dehiſcentibus uerò ſeminum inuolucr
alia intus ſiliqua ſpectatur, quæ quandam ca
tis ſpeciem præbet, in qua ſemina parua co
cipiuntur, foris nigra, intus alba. Flos eius
purpureum uergit colorem. Radix digital
ferè eſt.

Rapiſtrũ uidetur Columella poſuiſſe pr
rapo.

Rapum terræ, uide Cyclamion.

Reſta bouis, uel Remora aratri, lege Ano
nis.

Reſina ex uarijs arboribus, ut larice, pinu
piceaq́ sumitur. Colore diſtat: ſiquidem ali
candida eſt, alia oleoſa, alia mellei liquoris ſi-
militudine, ut larigna. Cupreſſus etiam liqui-
dam fundit reſinam, quæ ad eadẽ pollet. Eli-
gi debet longè omnium odoratiſſima, tranſ-
lucens, non retorrida, neq; diluta, quandam
ceræ faciẽ præbens, & friabilis. Præſtantior à
Pityuſa inſula defertur. Liquida reſina uritur
in uaſe quadruplæ rapacitatis ad humorem, q
infunditur. Itaque reſinæ congius in duobus
aquę pluuiæ coquitur, ſubiectis leuibus pru-
nis: reſina aſſiduè mouetur, donec omnis odor
abo-

ɔoleatur, & friabilis & retorrida reddatur, digitis cedat. Cæterum ubi refrixit, in fictile ɔn picatum, quod aconitum uocant, id eſt, ɔn illitum reconditur. Fiet etiam eximij can ɔris, ſi reſina omnis eliquata prçcoletur, quo eculenta ſordes excernatur. Vritur quoque ıe aqua, primum lento igne: & ubi coïre cœ runt, maior carbonum ſtrues ſupponitur, et duo citra intermiſſionem diſcoquũtur, uſq; ım antedictas naturæ ſuæ notas exuerint, ox, ut dictum eſt, reponuntur. Aridas unius ei ſpacio decoxiſſe ſatis eſt. Reſina omnis lefacit, mollit, diſſjcit, collectiones repur- t: cit urinam, maturat, & aluum mollit, glu- ıandis palpebris utilis eſt. Contra lepras cũ ıgine atramẽto ſutorio, & nitro inungitur. iſcetur emplaſtris, malagmatis & acopis: euritidi ſuccurrit per ſe inuncta. Quę ex the ɔintho deſtillat, antecedit omnes alias. Se- ndæ bonitatis eſt lentiſcina, quã maſtichen minant: tum quæ ex picea deſtillauerit, & egna. Poſt has numeratur, quæ ex Theda xit & Pinea.

Rha, aliqui rheum, Latini rha Ponticum. nius Rhacoma, Celſus radicem Ponticam, lgus Rheubarbarum. Naſcitur in eis, quæ

ſuprà

ſupra Boſphoron ſunt regionibus, unde etia
adfertur. Radix eſt nigra, Cẽtaurio magno
milis, ſed minor, & magis rubens, ſine odo
laxa, & parum leuis, guſtu calfaciens, & le
ter adſtringens. Sanguinem expuentibus, c
liacis, & dyſentericis confert: uentrem eni
conſtringit. Optimum habetur, quod tered
nes non ſenſit, ſi guſtatu cum remiſſa adſtr
ctione lenteſcat, manducatumq́ colorem re
dat pallidum, aut ad crocum inclinantẽ. Rh
barbarum uerò, quo nunc paſſim utuntur,
prædicto multùm differt. Ex meridionalibu
enim regionibus ad nos fertur, non aquilon
ribus, ubi Boſphorus, & Rha fluuius, qui rad
ci huic nomen dedit, exiſtunt: nec Centauri
magno ut ſuperius ſimile eſt: & habet hoc ue
hementem odorem: alterum ſine odore eſt.
Adhæc in uulgari Meſue commendat graui
tatem: in ſuperiori commendat̃ leuitas. Vtu
tur medici hoc uulgari ad ſubducẽdam aluũ
& rectè quidem. Bilem enim pituitamq́ mirũ
in modum expurgat.

Rhamnus frutex eſt ſpinoſus, circa ſepes
naſcẽs: ramos ferẽs rectos, & aculeos in acu-
tæ ſpinæ modum, folijs paruis, oblongis, ſup-
pinguibus, teneris. Alterum illius genus can-
didius

us eſt. Tertium nigrioribus latioribusq; fo
; conſtat, & quadantenus rubentibus. Cuius
ni quinûm cubitorum longitudinem im-
ent, ſpinoſiores quidem, ſed infirmioribus,
nusq; rigentibus aculeis. Fructum êdit la-
n, candidum, tenuem, folliculi ſpecie, uerti
lo ſimilem. Sic. 2. fri. 1. Quare herpetibus et
ſipelatis non admodum calidis medetur.
d teneris eius folijs utendum. Haud diſſi-
le huic genus eſt, quod Itali ſpinam cerui-
n uocant, fructu myrti, foris nigro, intus ui
i, ob id ad colorem eum pingentibus ido-
o. Cortex arbori ſubniger, & nitidus, quaſi
aſo, intus uirens, pòſt luteus: lignum extra
ididum, interior medulla rubet. Ruellius
dit aliud genus Rhamni prædictis, in affla-
naris naſcens, frutice nonnunquam arbo-
cente, prelongis ramulis, qui rigidis armã-
ſpinis aculei mucrone ſæuientibus, folijs
æmula facie liguſtrum exprimentibus, ut
illis fallant, bacca folliculari ſpecie, uerti-
ata, primùm candida, poſt maturitatem ru
cente, foris flaccida, intus uliginoſa, quam
tores pecorum pabulo decutiunt.

Rhodia radix naſcitur in Macedonia, non
imilis coſto, minoris modo ponderis inæ-
quali

quali cute, odorem roſarum cùm teritur r
dens,unde quoq; nomen habent. Ferunt e
habere folia Portulacæ, aut Telephij ſimi
in mucronem exeuntia, circa ſummum c
nata:caules ab una radice plures:florem O
gani. Radix cal.2. tenui diſcutiente ui prędi
Vtiliſſima capitis dolorib⁹, ſi madefacta fr
ti & temporibus cum roſacei modico imp
natur.

Rhododendron,uel Rhododaphne, le
Nerion.

Rhœas,uide Papauer erraticum.

Rhus,qui olim obſonijs loco ſalis aſper
batur, ab aliquibus Erythros appellatus, u
Syriacus, uulgò Sumach uocatur: ſemen
Coriarij fruticis,ſic dicti,quoniam Corioru
infectores eo utuntur ad inſpiſſandas pelle
Frutex uirgas profert breues & graciles:in
bus oblongiora ſunt folia, rubentia,per am
tum ſerrata, diſpoſita per uerſus, ita ut in no
uellis ramorum contrarijs inter ſe pedicul
germina reſpondeant,ijs candidas pelles co
ficiunt. Flos in racemis albus,à quo ſemē co
lectum lentis & terebinthi ſimilitudine, rub
ſcens cum uua, in quo quod eum ueſtit cort
coſum,utiliſſimum eſt. Fructus eius & ſucc

ma

agno in uſu ſunt:adſtringunt enim, & ſic.3.
g. 2. Orientales populi hodie quoq; panes
iunt hoc condimento unico. Eſt quoq; her
apud Plinium folijs myrti, coliculis bre-
ous,tineas & uenena pellens,quã Rhus ſyl-
ſtre nominat.

Ribe S. Johans treublin, quòd circa diui
annis Baptiſtæ natalem fructus eius ad ma-
ritatem pertingant. Non conſtat quo no-
ne apud antiquos hoc Ribe Arabum dictũ
Multi ex recentioribus putauerunt eſſe ſpe
m Oxyacanthæ: alij uerò ſpeciem Rham-
parum ſpinoſam, ferentem rubrum,in mo
m Acanthæ acutæ fructum. Frutex autem
nullis ſpinis horridus,ſed topiarius magis,
is puſillæ folijs,baccis rubentibus ex pedi-
is longis dependentibus refertus. Maurita
rum uerò Ribe, diuerſum eſt à ſuperiore.
antam enim eſſe definiunt: quæ habeat ca-
olos recentes, rubros, ad uiriditatem ten-
ntes:folia magna,lata, rotunda,uiridia,gra
quorum ſapor ſit dulcis cum acore quodã.
ictus & folia uehementer adſtringunt. Fri.
ic. 2. Refrigerant æſtuantem ſtomachum:
m reſtinguunt, quæ cùm alios, tum maxi-
febricitantes excrutiat. Cibi faſtidia diſcu-

tiunt,

tiunt,& appetẽtiam inuitant. Fœdam uen
colluuiem cohibent. Vomitiones ſiſtunt,ſ
machum firmant. Alui profluuium,quod
lis attulit,retinent ; eroſiones & uellicatio
eiuſdem tollunt. Sanguinis feruorem dem
cent,& bilis acrimoniam domant.

Recinus,quære Cici.

Redica,arbor eſt pedamentis apta.

Roberti herba, lege Geranium.

Robus tritici genus maximè laudabile,
& pondere & nitore præſtet.

Robur genus quercus duriſſimæ,quæ pr
ter glandes plurima alia gignit:ut quædã u
luti mora,quibus fructus ineſt nucleis oliuę
milis: item pilulas nucibus nõ diſſimiles, i
tus habẽtes flocculos molles,lucernarum l
minibus aptos,nam ſine oleo flagrant:gign
& culices & quædam alia. Terna êdit germ
na,& inter ſquamas corticem ſpargit. Folia h
bet ſinuoſa:radices carnoſas, quas in profu
dum agit. Teredines patitur,ſed nõ facilè ue
tuſtatem aut cariem. Amat montes.

Rodora Gallis appellata herba, ut inqui
Plinius, quæ iuxta uiduas populos prouenit
caule inſtar ficulneę uirgę articulato,folijs ur
ticæ in medio exalbidis,quæ proceſſu tempo

ri:

is tota rubent, flore argenteo. Pręcipua cõtra umores feruoresq́ꝫ & collectiones per ſe, uel um axungia ueteri tuſa.

Roſa Roſen, Gręcè ῥόδον, quòd largum odo is effluuium emittat, nominatur. Genera ro- arum multa ſunt, quę foliorum multitudine, aucitate, aſperitate, leuitate, odore, colore, pu iceo ſcilicet uel albo differunt. Roſa uirgas uſcis maculis tinctas, & aculeis plenas êdit: fo a inciſuris diuiſa, nigricantia & aſpera. Ger- inat primùm incluſa granoſo cortice, quo ox intumeſcente, & in uirides alabaſtros fa- igiato, paulatim rubeſcẽs dehiſcit, ac ſeſe pan it, in calycis medio ſui ſtantis complexa lu- os apices, ſtaminaq́ꝫ capillamentis inſidẽtia, uæ propriè flores dicuntur. Roſæ mixta con ant ſubſtantia, aquoſa ſcilicet, calida, adſtrin- enti & amara: flos autem ipſarum magis ad- uc adſtringit, eoq́ꝫ deſiccat. Succus recentibꝰ olijs exprimitur, detracto forfice ungue. Sic ppellatur quòd candidũ eſt in imo folio: reli- uum in mortario premi, & teri debet in um- a donec denſetur, & ita ad oculorum circũ- iones recondi. Siccant etiam folia in umbra ebrò uerſata, ne muſceſcant.

Roſa ſylueſtris, quę etiam Cynorrhodon,

id eſt, Canina roſa uocatur, Germanicè Be
roſen/ vnd wild roſen dicitur. Hæc odore, co
lore, magnitudine à domeſticis ſuperatur. Vi
gas habet etiam aſperiores, & folia quoque
Spongiolas quoq; producit, quas pleriq; no
ſine magno errore pro Bedegar uſurpāt. Fru
ctum parit rotundum, initio uiridem, dein p
niceum. Spongiolæ & fructus mirificè ualen
contra calculum, & urinæ difficultates, ſi leui
gata in puluerem exhibeantur.

Roſa Græca, uide Lychnis.

Roſmarinus Roſmaryn: Grȩcè λιβανωτὶς d
citur. Tria eius genera à Dioſcoride enumerā
tur, uerùm tertium tantū in Germania eſt cog-
nitum. Primum fœcundum, frugiferumq́;, &
hoc duplex eſt: aliud enim profert ſemen Can
chrys uocatum: folia Fœniculo ſimilia, craſ-
ſiora tamen & latiora, rotæ modo in orbem
circumagentia ſe, per terram ſtrata odorataq́;:
caulem cubiti altitudine, aut maiorem, multis
concauum alis: in cacumine umbellā, in qua
copioſum ſemen eſt, candidum, Verticillo ſi-
mile, circinatū, anguloſum, acre, reſinoſum,
quod in mandendo linguam adurit. Radix
thus redolet, candida & prægrandis. Aliud
huic omnino conſimile. Semen fert latum, ni-
grum,

rum, odoratum, Verticillo ſimile, ſed guſtũ on incendens: radicem foris nigram, intus ſi rangatur albam. Alterum genus ſterile eſt, ſu erioris planè imaginem refert, aſperius tan ùm & candidius, & neq; caulem, neq; florẽ, eq; ſemen profert: radicem habet breuẽ. Na citur in ſaxoſis & aſperis. Superior radicis ars per ſuperiora, inferior per inferna pur at. Canchri fructus obtinet uim repurgandi, iſcutiendi, & calefaciendi: ideóq; comitiali us ſubuenit, & ſuffuſis felle, cum uino & pi ere potum. Illinitur idem ruptis, conuulſis, & podagris utiliter. Tertium genus, quo ne tentes coronas utuntur, uirgas habet tenues, & circa eas folia minuta, denſa, oblonga, exi a, intus candicantia, exteriore autem parte iridia, grauiter odorata: florẽ in candido cœ uleum: radicem nigram, multis fibris capilla am. Hoc paſſim in hortis plantatur. In Nar onenſi autem Gallia ſua ſponte prouenit, tam opioſè, ut eius incolæ aliud lignum nõ urãt. Omnia Roſmarini genera uires habent exter endi, incidendi, diſcutiendi, & emolliendi. ſuccus eorum oculis ex humorũ craſſitie he etibus ſuauiter ex melle imponitur. Corona iæ uerò libanotidis decoctum, regio morbo

laborantibus rectè bibitur. Corroborat ce[...] brum, ſenſus interiores, memoriam & cor.

Roſmarinus aculeatus, lege Geniſtella[...]

Roſtrum ciconiæ, uide Geranium.

Roſtrum porcinum, quære Intubum.

Rubia, Græcè ἐρυθρόδανον, uulgò Rubea t[...] ctorum, Germanicè Rote. Nomina illa hab[...] à rubore radicis, qua lanæ & coria tinguntu[...] Duorum generum eſt Rubia: ſatiua & ſylue[...] ſtris, quæ ſponte prouenit, & Stellariam uo[...] cant. Vtraq; caules profert quadrangulos, lo[...] gos, aſperos, ſimiles Aparinæ, multò tame[...] maiores, robuſtioresq;: folia ex interuallis i[...] ſingulis geniculis habentes, ſtellarum mod[...] in orbem circumiacentia: fructus rotundos[...] per initia uirides, mox rubros, poſtea cùm m[...] turuit nigros: radicē tenuem, longam, rubrā[...] Seritur nunc nō ſine magno quæſtu etiam in[...] Germaniæ locis, agro potiſſimùm Argento-ratenſi & Spirenſi. Radix cal. 2. ſic. 3. Acerba & amara eſt. Lienem, iecur, & renes ita pur-gat, ut cruenta quoque per urinam & menſes euocet. Cutis uicia rancida abſtergit.

Rubus, uel ſentes, Græcè βάτος appellatur. Fructus eius Mora bati, uel Mora uacinia, Ger[...] manicè Bramber dicitur. Virg. in Buc.

Alba[...]

Alba liguſtra cadunt, uacinia nigra leguntur.
Barbari uocant eum Moram uaticanam, uel Moram bacci. Rubus caule conſtat minacib⁹ ac pungentibus ſpinis ac aculeis ueſtito. folijs uno à latere nigricãtibus, altero candentibus, ac inciſuris quibuſdam diuiſis; flore initio rubeſcente, deinde candido, quo decidente fructus exit, qui quum maturuerit Moro perſimilis fit nigreſcens, auibus gratus, nec hominibus inſuauis cibus. Ineſt illi ſanguineus ſuccus, & ueluti cruore atro manus inficiens. Adſtringit abundè rubus, & ſiccat: quare uulnera committit, & defluxiones ſiſtit. Radix autẽ præter adſtrictionem, non parum etiam ſubtilis eſt, unde renum calculos confringere eſt idonea. Fructus ſi maturus eſt, magis calefacit ſimulq; mediocriter adſtringit, ac ideo cibo idoneus eſt. Immaturus autem & acerbus eſt, & ualidè ſiccat, præſertim retorridus. Eadem etiam flos efficit, quæ fructus immaturus.
Vtrunq; ad diſenterias, & uentris profluuia, eiusq; robur deperditum, & ſanguinis expuitiones idoneum remedium. Eſt & rubus Idæus cognominatus, quòd in Ida copioſius naſcatur, multò tenuior priore eſt, minoribus ſpinis, interdum nullis. Eadem præſtat quæ ſupradictus.

Rubus caninus, uide Cynosbatos.

Rumex, quære Lapathum.

Ruſcus, Græcè μυσίνη ἀγρία, id eſt, ſylueſtr myrtus, uel ὀξυμυρσίνη dicitur, uulgò Bruſcu Folium fert myrti, minus tamen, in formar lanceæ mucronatum. Baccæ per maturitatem rubeſcunt, rotundæ, à medio folio depende tes, oſſeo intus nucleo. Cubitales ramuli a radice exeũt, uitilium modo lenti, fractu con tumaces, folioſi. Radicẽ gramini ſimilem ha bet acerbam & ſubamaram. In aſperis & præ cipitibus locis naſcitur. Folia & baccæ in uin pota urinam cient, menſes pellunt, ueſicæ cal culos frangunt, ſtillicidio urinę medentur, do lores capitis ſanant, & regium morbum. De coctum radicis in uino potum, eoſdem præ bet effectus. Cauliculi recentes aſparagorũ ui ce in cibo ſumuntur: amari autem ſunt, ſed uri nam mouent.

Ruta Raute/oder weynraute. Gręcè πήγανον dicitur: quòd calore ſiccitateq́ genituram coagulet: πήγνυσθαι enim coagulare, & quaſi in glaciem contrahere eſt. Hinc uterum geſtanti bus inimica etiam coronis inſerta putatur. Fru tex eſt grauiſſimi odoris, ſemper ferè uirens: folio exiguo, penè rotundo, cæſij coloris, den

ſo,

o,ſurculoſis ramis:flore luteo, anguloſis ca-
ycibus, in quibus ſemen album continetur.
Et hæc hortenſis ruta dicitur. Quæ ſi fico in-
erta fuerit,melior & mollior efficitur,& nuſ-
quam lætior proueuit, quàm ſub hac arbore.
ylueſtris ruta in Cappadocia & Gallacia Aſię
Moly dicit̃. Frutex eſt ab radice multos emit
ens cauliculos: folia fert multò quàm alteri-
is rutę longiora,teneriora'q;,odore graui:flo
em candidum: capitula in cacumine paulò
naiora, quàm ſatiuæ rutæ, tribus maiori ex
arte conſtituta, in quibus triangulare ſemen
ubrufum, guſtu amarum recluditur,quod cũ
nelle,uino,croco,& fœniculi ſucco,ac galli-
iaceo fellę teritur contra retuſam oculorum
ciem. Radicem habet nigram,florem candi-
lum. In collibus & læto ſolo prouenit. Syl-
eſtris ad quartum calefacientium ſiccantiũq;
rdinem refertur:ſatiua ad tertium, cuius uis
ſt craſſos lentos'q; humores incidere & diſſi
are:urinã mouere, attenuare,& flatus diſcu-
ere,unde & Venerem coërcet,& ſtrenuè ex-
ccat,comeſta uiſum acuit. Ruta montana ſyl-
eſtris'q;,ſatiua & hortenſi acrior eſt, & in ci-
is damnata. Satiua uerò,quæ ſub ficu arbore
naſcitur,magis in cibos admittitur. Si ieiunus
 quiſpi-

quiſpiam rutę hortenſis folia aliquot ſumpſe
rit,eo die à ueneno non lædetur. Scribit Ath
næus Ponticũ tyrannũ ſolitũ uenenis necar
inuitatos ad cõuiuia ciues: id cùm animadue
ſum eſſet, poſtea acceſſuri ad ipſius conuiuia
præmunierunt ſe ruta,atq; ita ſine incommo-
do hauſerunt. Rutæ uires oſtenderunt nobi
muſtelæ,quæ cùm ſerpentibus dimicaturę,&
in murium uenatu rutam prius êdũt, quo ue-
nenum ſibi nihil nocere poſſit.

Quæ initium ſumunt à litera S.

CAPVT XVIII.

SAbina,uel Sauina, ſeuenbaũ Gręcè βράθυ
& βάρυθρον noĩatur. Duorũ generũ eſt. Vna
folia habet cupreſſo ſimilia, horridior tamen
ſpinis eſt,graui odore,acris & feruens. Arbor
breuis eſt, in latitudinẽ magis ſe fundens,ex-
plicans. Topiarius autem frutex eſt, immor-
tali coma uirens,patulo faſtigio,Iuniperi ſimi
litudine. Altera folia fert Tamarici ſimilia. Ca
li.ſic.3.tenuiſſimaq́; eſt,extenuat & digerit po
ta, tum in putredines Cupreſſo ſimiliter effi-
cax eſt,maximè in eas, quæ maligniores fue-
rint & diuturniores. Nam hæc citra noxã me-
dicamen

icamenti uehementiam perferunt. Quin & uæ atra ſunt reddita, & admodum ſordida, a cum melle expurgat. Carbunculos item ſol it. Porrò ob eſſentię partiumúe utilitatē men es quoq; prouocat, ut ſi quid aliud. Fœtum tiam uiuentem interficit, & mortuum eijcit.

Saccarum, mel eſt in India & felici Arabia n arundinibus collectum, gummi modo, can lidum, dētibus ſalis inſtar fragile, uim quoq; ergendi & purgandi melli ſimilem habet, pa umq; à nunc uocata Arabum Manna differt, niſi quòd Manna ſupra alias plātas, & aliquā lo ſupra petras uarijs in regionibus reperit. ſaccharum autem in felici tantùm Arabia & ndia in arundinibus maioribus fruſtis, maio i'que duritia, ob uehementiores illic radios, ptioraq; ad id tolerandum arundinum folia, ex rore coagulatur. Hinc fit, quòd non perin le ut Manna aluum leniat, quando & inter uo catas hodie Mannas, hæ magis aluum ſubdu cere uidentur, quæ ſunt liquabiliores. Cæterū diuerſum eſt ſaccharum antiquorum, ab eo quod hodie Zuccarum appellant: hoc enim ſuccus eſt à proprij generis planta bene contrita expreſſus, calore ignis plus minusúe excoctus, coactus, ac defecatus. In zuccarum ue-

rò tantò candidius ac durius euadit, quan
plus concoctionis defecationiſq; ſuſtinuer
Proinde primum plantam arundini ſimile
excoquunt, deinde flaua pars ſecernitur,
zuccarum exiſtit. Hoc iterum coqui poteſt, a
que ita candidius fit & concretius. Quòd ſi t
tiò coquat̃, maxima in eo & candoris & den
ſitatis fit acceſſio. Quartum & quintum quo
concoqui ſolet, donec ſpecie Aluminis ſciſſil
ferè transluceat, hocq; genus candidum, ſe
ut hodie loquuntur, Candum atq; Taberzet
barbaris uocabulis nominant. Eſſe autẽ plan
tam quandam, unde zuccarum exprimatur
abundè teſtantur ea, quæ ſcribit Manardus, l
bro ſuarum epiſtolarum medicinalium ſecun
do, ſe ſcilicet à Luſitanis & Siculis cognouiſſe
plantam, à qua zuccarum exprimitur, hume-
ctis locis proprio ſemine ſeri, exteriore quidẽ
ſpecie arundini magnę ſimilẽ, interiore ſubſtã
tia ualde diſſimilem. Pulpoſam enim eſſe, gra
uem, mollem, & ſucci plenam, cùm arundo
ſit econtrario leuis, dura, & uacua. Saccharum
ad medicinę uſum tantùm accommodabatur,
aluo em̃ idoneum eſt, & ſtomacho utile. Zuc
carum uerò ad dapes ſuauiſſimas adaptatur,
adeò, ut nullum magnificum iam ſit epulum,

quod

quod nõ multo ſit zuccaro conditum. Pecto-
i accommodũ eſt, nõ item uentriculo. Plinij
emporibus in medicina duntaxat uſus eius,
mpliſſimum nucis auellanæ magnitudine.

Sacra herba dicetur in Verbenaca.

Sagapenium, ferulaceæ herbæ ſuccus eſt,
uæ in Media naſcitur. Optimum eſt translu-
ens, fuluo forinſecus colore, & intus albo,
eſcio quid inter Laſer & Galbanum redo-
ens, guttu acri. Liquor eſt calidus & tenuis,
ui etiam abſterſoria quædam uis ineſt, qua et
culorum cicatricibus & ſuffuſionibus pro-
eſt.

Sagminalis herba, uide Verbenaca.

Salicaria, dicta eſt in Lyſimachia.

Saliuaris, lege Pyrethrum.

Salix à ſaliendo dicta, quòd ea celeritate
eſcat, ut quaſi ſalire uideatur. Hinc etiã à Gręcis
ἰτέα nominata eſt, Germani uocant weyde.
Theophraſtus tria ſalicis genera recenſet. Pri
mam nigram nominat, quòd nigro aut puni-
eo cortice obducta ſit. Hanc Plinius uimina-
m, Columella ſabinam & amarinam uocat,
uam etiam gracilibus uirgis atq; rutilib⁹ eſſe
dſerit. Altera quod candido obducatur cor-
ce, à Theophraſto candida dicitur, à Plinio
uitel

uitellina, à colore luteo, à Columella Græ
priore eſt gracilior. Tertia Theophraſto H
lix nominatur coactę breuitatis & pumila,
nio & Columella Gallica. Salix caudicē h
bet breuem,ramos longos,è trunco extrem
ueluti à capite prodeuntes,lentos,flexiles:fo
lia longa,ſubtus incana,ſupernè uirentia; fl
res ſquamatim compactiles,lanuginoſos,pr
pendentes:fructum qui facilè ante maturita
euaneſcat: ob id dicta eſt Homero ὠλεσίκα
πος,hoc eſt,frugiperda: tota arbor amara e

Virgilius:

Florentē Cytiſum, & ſalices carpetis amara

Aquoſis gaudet. Folia & flores citra roſion
commodiſſimè ſiccant,& nonnihil etiam ad
ſtringunt: hinc ad cruenti uulneris glutinati
nem eis utuntur. Cortex autem paulò ſiccio
eſt,cuius peruſti cinis uehementer exiccat, u
etiam clauos & myrmecias cū aceto exterat.

Salix equina,lege Hippuris.

Salicaſtrum in ſalictis naſcitur, ſimile uit
ſylueſtri:ualet contra hominum & quadrup
dum ſcabiem.Plinius ita deſcribit:folio duro,
cineracei coloris,uiticulis calloſis,rubentibu
qualiter flos, quem Iouis flammam appella-
mus,ferens ſemen punici mâli ſimile in acinis

ad

l eoſdem effectus:propterea è recentioribus
ere,qui hanc & Flammulam,& Iouis quoq;
ımmam uocarunt.

Salſicortex, arbor eſt glandis amaræ, quã
ıllum animal attingit,præter ſus.

Saluia dicta eſt,quòd ſalutaris ſit ad multa
præſertim ad fœcunditatem,Grecè ἐλελίσ-
κον nominatur,quaſi in tabem redacta.Sem
r enim retorrida & exucca uidetur. Saluia
ıplex eſt,altera gracilioribus folijs: altera la
ribus &oblongis.Frutex ipſe eſt oblongus,
moſus,uirgas habens quadrangulas,& ca-
s:folia mâli cotonei effigie,longiora tamẽ,
eriora & craſſiora, quæ ſenſim attritarum
ſtium modo hirſuta,ſubalbida, uehemẽter
lorata,ſed uiroſa ſunt. Semẽ ſummis in cau
us ſylueſtri Ormino ſimile gerit. In hortis
ſemine & ſurculo ſeritur.Apricum amat lo
m.Lixiui cinere fruticem muniunt olitores
ſic lætiorem prouenire teſtãtur, frigora nõ
rret,hybernis temporibus uiuit.Euidenter
lefacit,& leuiter adſtringit. Tradunt quidã
fitam ſaluiam menſes immoderatè fluẽtes,
omnino muliebre profluuium compeſce-
Agrippa ſacram herbam uocauit,quã præ-
antes mulieres,ſi fluidæ laxæq́ fuerint uti-
liſſi-

liſſimè comedunt:continet enim conceptum uitalem'que reddit:ac ſi ſucci huius heminam cum modico ſale mulier quadrantē horæ an te concubitum ebiberit,concepturam. Aiun in quodam Aegypti loco poſt ſæuas peſtilen tias ab his,qui ſuperſunt,ad eum ſuccū biben dum mulieres cogi,plurimosq́ inde produc fœtus.

Saluia ſylueſtris dicta in Ormino.

Sambucus, uel Sabucus Holenter, Græc ἀκτὴ appellatur. Duo eius ſunt genera. Vnum in arborem aſſurgit,uirgas proferens harund num modo rotundas,ſubcauas, candicantes, proceras: folia tria aut quatuor,aut ſæpè plu ra per interualla circa uirgas obtinet,nucis iu glandis ſimilitudine, graueolentia, pluribus inciſuris diuiſa.Edit in ſummis ramis ſiue cau libus umbellas rotundas;flores candidos:fru ctum terebintho ſimilem in nigro purpureū, racemoſum,ſuccoſum & uinoſum. Alterum genus Græcè χαμαιάκτη, quaſi humilis & co actæ breuitatis actę, Latinè Ebulus nuncupat. Humilis multò eſt,minorq́;,herbaceo generi potius accedens,caule quadrangulo, genicu lis denſis:folijs amygdalæ ſimilibus,quæ ſeſe ex interuallis circa ſingulos geniculos alę in-

ſtar

ar expanduntur, per ambitũ ſerrata, longio-
, graueolentia. Vmbellam flores, & fructus
mbuco ſimilia profert. Radice nititur lon-
, digitali craſſitudine. Sambucus uterq; de-
cat, modicè digerit, & conglutinat. Potu aũt
uúe per aluum aquam educit, ſtomacho no-
t.

Sampſuchus, lege Amaracus.

Sancti ſpiritus radix, uide Angelica.

Sanguinaria in Polygano dicta eſt, & Co-
nopo.

Sanguiſorba, quo nomine ueteribus appel
a fuerit, incertum eſt. Non eſt autem Pimpi
lla, quod quidam ſuſpicati ſunt, quia & for-
a & facultatibus ab ea differt, ut ex utriuſq;
rbæ deſcriptionibus collatione quiuis ſta-
 deprehendet. Neq; eſt Elatine, licet à facul
ibus illius non diſcrepet, quia Elatines fo-
 puſilla, piloſa, & rotunda ſunt: Sanguiſor-
 uerò mucronata ſunt, non puſilla, neq; pi-
a, neq; rotunda. Dicitur autem Sanguiſor-
, quòd ei in ſiſtendo ſanguine undecunque
anarit, mira admodum inſit efficatia, adeò,
nũc ipſum quaſi abſorbere uideat. Duæ eius
t ſpecies. Vna maioribus conſtat folijs, co-
lis tamen tenuioribus: altera minoribus fo

lijs

lijs, coliculis autem maioribus. Herba eſt à
dice craſſa & longa, ſtatim folioſa, ea potiſ
mum, quæ minoribus conſtat folijs. Colic
los plurimos habet rubentes: folia aſpera,
extremitatibus latè crenata & ſerrata: in ſu
mo coliculorum capitella ruſeſcentibus p
ctis maculata, quæ ſi hiant flores exeunt he
bacei, in medio croceam comam oſtendēte
Prouenit locis incultis, aridioribus, & ſoli e
poſitis. Guſtu uiſcoſa eſt & adſtringit, qua
ſicca admodum eſt, ſimulq́ corpora cōtrah
& cōſtringit, uulnera glutinat, carcinomatis
& fiſtulis medetur: dyſenteriā & cæteros ue
tris fluxus ſiſtit.

Sanicula à ſanandis uulneribus nomen h
bet. Aliqui Diapenſiam nominant, Germa
Sanickel. Nec hæc herba à ueteribus deſcr
pta eſt. Duorum generum eſt: mas & fœmi
na, hanc multi falſò ſpeciem oſteritij uulgò u
cati faciunt, cùm in ea nulla ſit acrimonia, ſe
perinde atq; in mare ſanicula amaritudo & a
ſtrictio. Mas folia habet uiti aut apio non diſſi
milia, in quinq; partes diſſecta, rubentibus i
fine ſectionum maculis quibuſdam: ſurculo
quoq; rubros ad radicem, quæ multis ei capi
lamentis fibrata ſubeſt; capitula in ſummis co
licu

culis puſilla, herbacei coloris, & ſubnigra. œmina priori ſimilis, ſed rubentibus in fo- js maculis caret,& rubris ad radicem ſurcu- s,quia in ea hæc ſingula candida ſunt. Flores tiam habet in ſummo candidos, ac ſubinde :men ſtriatum & oblongum profert. In ſyl- is & umbroſis locis naſcitur. Adſtringit ſi- nul,& amara eſt. Cal. ſic. 2. Succus eius uulne atis in potu mirificè confert: tumores repri- nit decocta herba impoſita, aut eius ſuccus litus. Omnia poteſt, quę Symphyton. Potiſ- mum uerò ſanguinis ſputo, dyſenteriæ, re- umq́ꝫ uicijs medetur.

Santalum Græcis recentioribus lignũ eſt, uod India mittit, triplici differentia: candi- um, rubrum,& luteum. Ex eis luteum pręfer ır, ſi pingui quodam ſcatet. Secundas partes btinet rubrum, & frigidius aliquanto cęteris xiſtimatur. Tertio loco reponiť album. Cal. r. ſic. 2. Excalfactis auxilio ſunt, imbecillita- m ſtomachi leuãt, itemq́ꝫ cardiacos affectus uos irrepens bilis excitauerit. Ex albo oui li- uore fronti impoſita defluxionum impetus, uæ ad oculos decumbunt, cohibent. Trita ſtillatitio roſarum liquore,& illita tempo- bus adiecto caphuræ momento, ardentes ca

e pitis

pitis cruciatus mitigant. Incandeſcentibus a
ticulorum inflammationibus podagriſq́;, e
ſucco Solani, aut Sedi, aut Portulacæ, Lenti
læq́; paluſtris illinuntur, repelluntq́; hum
res, qui eô loci ſe conferunt, præcipuè rubri

Sarcocolla, lachryma eſt arboris in Perſi
de naſcentis, pollini thuris ſimilis, rufa, uetu
ſtate maximè nigreſcit, melior tamen eſt, qu
candidior, guſtu amara. Adulteratur admiſt
gummi. Opplet, citra roſionem ſiccat, ideoq
uulnera glutinat, oculorũ fluxiones inhibet
emplaſtris inſeritur.

Sardonia alterum genus Batrachij eſt.

Sardiana glans, lege Caſtanea.

Satyrium nomen à Satyris habet, qui pri-
mi ſyluestres Dij colludẽtes Nymphis per ſyl
uas & antra, ad firmiorem Venerem herbam
hanc inuenerunt. Dicitur quoq; Trifolium,
quoniam tria fert folia ad terrã uerſa, uulgus
Teſticulum uulpis nominat, Germani ſten-
del wurtz. Folia fert Rumici aut Lilio ſimilia,
tamen minora & rubentia: caulem longum,
cubitalem, nudum: florem Lilij effigie, candi-
dum, ſed minorem multò: radicẽ bulboſam,
mâli magnitudine, fuluã, intus ut ouum, can-
didam, guſtanti dulcem, & ori non ingratam.

In

n montoſis & apricis naſcitur. Humidũ eſt
calidum, item flatuoſum, unde Veneris ap-
etentiam facit. Nonnulli Opiſthotonis cum
ino auſtero potum ſalutare eſſe tradunt. Eſt
alterum Satyrium Erythroneum cogno-
ninatũ, ſemine lini, maiore, duro, læui, ſplen-
ente, cortice radicis gracili, rufo; intus autẽ
lbum includitur, ſapore dulci, non ingrato
ri. In montoſis & apricis enaſcitur. Et hęc ad
Venerem ſtimulat. Satyrium baſilicum, id eſt
egium, uulgò Palma Chriſti, propter ſimili-
udinem, quam eius radix cum humana ha-
et manu, Arabibus Bucheidem, Auicennæ di
iti citrini, Germanis Freutzblumen. Folia cum
eliqua ſuperficie Cynoſorcho ſimilia ſunt. Ra
ix ei ſubeſt lutea, aut flaueſcẽs, inſtar manus
amoſa: modò enim quatuor, modò quinque,
ut plures radices prodeunt, quæ ferè huma-
os digitos imitari uidentur. Duûm generũ
ſt, mas folijs non maculoſis, floribus purpu-
eis, & radice flaueſcente citra albedinem, ac
œmina maculoſis & paulò latioribus folijs,
loribus in purpureo albeſcentibus, radiceq́;
laueſcente cum albedine. Prouenit in monti
us & apricis. Vtrunq; amarum eſt, magis ta-
nen fœmina; quare cal. & ſic. 2. Cutem eru-

e 2 gat,

gat,ad neruorum dolores & cõtra noxia m
dicamenta datur. Semen ex uino ſumptum
diebus, Comitiales ſanat. In eundem effectu
uinum diluitur herbæ decocto. Scobs radic
propinatur in uino ad arcendam quartanan
quam & uomitione curat, paulò ante acceſſi
nem pota. Fertur & Amuletum eſſe radix g
ſtata. Herbam quoq; illã Satyrion Indam ap
pellauerim, Theophraſto allatam ex India
cuius contactu libidinẽ durare ſeptaugeſim
coitu meminerit, nec ſpeciem eius aut nom
aliud reddiderit. Habent hodie & Syri herb
ſimili effectu: fortaſſis eadẽ eſt cum ea, cuiu
mentionem Theophraſtum feciſſe diximus
radice candida & dura, commendatiore qu
craſſior & rugoſior, & albior, podagris utili

Satureia in Cunila dicta eſt.

Saxifragum & Saxifraga, maurrautẽ/oder
ſteynrauten. Alio nomine Empetrum dicitur,
uulgò Saluia uita. Surculoſus frutex eſt, in ſa-
xis & aſperis proueniens, iuncis tenuibus, Epi
thymi non diſſimilibus, nigris, breuibus, fo-
lijs Trichomanis, maioribus, interius leuibus,
auerſa uerò parte annexa puncta habentibus,
ſine flore, ſine ſemine, radice nigra, ſuperua-
cua. Vrinam mouet, & calculos conterit.

Saxi

Saxifraga rubra in Oenanthe dicta eſt. Sūt præterea duæ aliæ herbæ, quas nunc Saxifragas uocant, ueteribus fortaſsis incognitæ. Vna Saxifraga maior uel alba appellat̃, Germanicè hohenſteynbrech/oder weyſſen ſteynbrech. Caulem obtinet lanuginoſum, ſubrubicundum: folia exigua, rotunda, in extremitatibus inciſa: flores candidos, radicem exilem, cui granula Coriandri ſeminis quantitatem referentia adhærēt, partim alba, partim rubra, quibus officinæ pro ſemine eius utunt̃. In pratis ac montibus prouenit. Flores, folia, & radix amara ſunt. Cal. ſic. 3. Vrinam mouet, calculos frangit & conterit. Stranguriæ confert, abſtergit, expurgat. Craſsitiem in uenis incidit, menſes ciet, craſſaq́ʒ ac glutinoſa ex thorace educit. Altera Saxifraga lutea, à luteis floribus dicit̃, Germanicè ſteyn/gulden/ odder geel klee. Caulem habet cubiti fere altitudine; folia Fœnogræco ſimilia, in quouis pediculo tria: flores piſi, multò tamen minores, luteos, odoratos, deorſum nutantes; ſemen per ramulos diffuſum, rotundum; radicem ſubcandidam. Naſcitur paſsim in aruis & ſegetibus. Amara & ſubacris eſt: igitur calida & ſicca exiſtit. Supradictę uires poſſidet. Obſtructiones etiam iecinoris & lienis

 tollit.

tollit. Succus quoq; eius ad caliginem ocu
rum inſtillatus confert.

Scabioſa Scabioſen / odder apoſtemkra
Quo nomine ueteribus appellata fuerit, inc
tum eſt. Folia profert carnoſa, erucę modo l
ciniata, multifida, ſubhirſuta, non tamen ac
leis horrentia: flores ſpecioſos, diuturnos, c
loris ex cæſio aut purpureo albicantis: radi
craſſam. Paſſim in omnibus, potiſſimùm au
humidis pratis prouenit. Vehementer amar
eſt. Eaſdem quas Succiſa facultates obtinet. P
tiſſimùm autem ſcabiem & tuſſim ſanat.

Scammonia, numeroſos ab una radice ra
mos mittit trium & aliquando quatuor cubi
torum longitudine, pingues, & quadantenu
piloſos: folia itidem piloſa Helxinæ aut Hed
ræ ſimilia, molliora tamen & triangula: flore
candidos in orbem circumactos, calathorum
modo concauos & graueolentes: radicē lon-
giorem, craſſitudine cubitali, colore candido,
grauiſſimi odoris, liquore plenam. Legitur
ex ea ad hunc modum ſuccus, quē hodie cor-
ruptè Diagrydium appellant, cum δακρύδιον,
lachrymulam deberent enunciare. Capite ra-
dicis exempto, ac in teſtudinis ſpeciem ea cul
tro excauata, quô fit, ut in cauum confluat li-

quor,

quor,qui conchis demum excipitur. Alij ſero
pes in terra concamerato ſinu fodiũt,in quos,
ſubiectis iuglandium folijs, profundunt ſuc-
cum, ſiccatumq́ extrahunt. Laudatur Scam-
monium leue,nitidũ, rarum, & colore quàm
imillimum taurino glutini,fungoſum,tenui-
bus fiſtulis, quale ex Myſia regione Aſiæ de-
portatur. Nec attẽdere ſolùm par eſt,ſi linguę
actu albeſcat (hoc enim euenit adulterato,
quod admiſto fit Tithymali lacte) ſed longè
magis antea narratis.Item ſi non uehementer
inguam exurat,id quod miſti Tithymali ar-
gumentum eſt. Deterrimum eſt,quod ex Iu-
dæa & Syria adfertur,graue hoc eſt,denſum,
erui farina, & Tithymalo uiciatum . Idq́ ge-
nuino multò in purgando uiolentius eſt:nam
Plinio teſte,ſtrangulat ſumptum.Scammoni-
um etiam, quo hodie utuntur, adulteratũ eſt,
ut probat Fuchſius. Scammonium nõ uiciatũ
calfacit,digerit, & bilioſa extergit, phymata
diſſipat,fœtus appoſitu corrumpit,lepras ex-
erit, in diuturno capitis dolore cum oxyrho
dino utiliter reſpergitur.Radix autẽ tum ipſa,
um decoctum eius potum,purgat.Cum ace
o & farina hordeacea decocta, coxendicum
doloribus illinitur.

Scandix ſylueſtre olus eſt, Gingidio ſimi-
le, amarum, ſubacre, quod crudum coctum'
manditur. Cal. ſic. 2. Stomacho & uentri util
Vrinam pellit, uiſcera obſtructione liberat. V
nere fatigato corpori ſuccurrit, marceſcẽtes'
ſenio iam coitus excitat. De hac Ruellius: Inte
ſylueſtres quædam hac ſpecie uiſitur, chære
phyllo ſimilis, frutice odorato, floribus cand
dis, radice parua, quæ tamen capillamẽtis qu
buſdam nitatur: caule dodrantali uel maiore
exertis in uertice corniculis, quę acus effigien
repræſentent, à quo forſitan habitu Romani
aciculam dici non ab re Dioſcorides aſſeruit.
Et, ut ſummatim dicam, hæc odore Daucum
& reliqua facie Chærephyllum imitatur. Hãc
imprudenter inter Dauci genera referunt of-
ficinæ.

Scandulaceum, uide Thlaſpi.

Scelerata, lege Batrachium.

Schelis Hippocrati eſt Anchuſa.

Schinus Lentiſcus eſt.

Schœnus idem eſt quod Iuncus.

Scilla, uulgò Squilla exemplo Varronis di-
citur, Germanicè meerzweybel. Radix eius cę-
pæ modo multipliciter tunicata, corticoſaq́;
eſt, ex qua prius, ut in croco, caulis proſilit, tũ

ex

x eo flos in luteo candidus emergens inſidit, qui cùm ſenuerit folia demũ multis poſt diebus emicant lata, nullo nixa pediculo, cæpitia quadam ſpecie, & pleraq; ex eis in terram deflexa. Vndiq; ut cæpe & allia prouenit. Vehementer incîdit, calefacit, & deſiccat in ſecũdo gradu. Præſtat autem eam aſſam aut elixam umere.

Scirpus paluſtris iuncus eſt, leuis atq; enodis.

Sciſſima, uide Oxya.

Scolopendrion, lege Aſplenos.

Scolymos, quære Carduus.

Scopa regia, explicata eſt in Bunio. Eſt & Plinio uiola ſic dicta, uiolentum ſpirans odorem, ſed hoc folijs, non floribus. Fortaſſis eadem fuerit Viola flammea, cuius ramuli & folia odorata deſcribuntur, flos inodorus. Verè atim poſt purpuream emicat, ſylueſtris dunxat; interdum tepidioribus locis, ubi cœlum rridet clementius, nondum exacta hyeme, olore commendabili, odore nullo, ſemine rouenlens coronis. Plurimum durat tẽpus.

Scordion, Latinè Trixago paluſtris dicit: olia habet Chamædryĩ, maiora, nõ ſic in ambitu diuiſa, allia aliquantulum redolentia, gu-

ſtu amara,& adſtringētia:quadrangulos c
lés:ſubrubros flores:non eſt allium ſylueſt
ut quidam perperàm ſuſpicati ſunt. Proue
in paluſtribus. Efficaciſſimum Ponticum
ticumq́;. Varijs pollet facultatibus,ut q̊d an
rum,acerbum,& acre ſit. Purgat igitur ſim
& calfacit uiſcera. Vrinas & menſtrua con
tat,refrigerata omnia excalfacit,uulnera gl
nat repurgatq́;:aridum illitum cicatricem i
ducit. Scordion alterū à Plinio traditur Me
taſtro ſimile.

Scorodopraſum, magnitudine Porru
ęquat,qualitatum Porri & Allij particeps. V
de promiſcuas ſibi uires ex utroq; uendicau
effectus Allij & Porri præbens,inefficacius
men. Coctum Porri modo dulceſcit,& in o
rum uicem tranſit.

Scorpioïdes herbula eſt,quæ ſemen habe
ad ſimilitudinē caudæ ſcorpionis, folijs pau
cis. Illitum ualet aduerſus animal ſui nominis
Plinius Scorpium uocauit. Eſt & alia eiuſden
nominis effectusq́;, ſine folijs,Aſparagi caule
in cacumine aculeum habens, & inde nomē
Aliter item Scorpio, ſiue Nepa ſpina in totum
deſcribitur,nullum ferens foliū, ſed uice eius
aculeum,ſub cuius extremo in carne protube

rante,

rante, florem profert per initia candidum, poſtea leuiter accedentem ad purpuram. Poſt æquinoctium Autumni floret. Radicem habet ſingularem & breuem. Deſcribit & alium Scorpium Plinius, Cyclamini folio, aconiti generibus annumerandum.

Scorpiurus in Heliotropio explicatur.

Scrophularia maior, lege Galeopſis: de minore Scrophularia Chelidonium minus.

Sebaſti, uide Myxa.

Secale uel Farrago, Korn/oder rocken. Differt à Siligine, quòd ex Farragine fit panis cibarius, ater, & pondere præcipuus: ex ſiligine erò tener, candidus, & primatum tenẽs. Differunt quoq; ſpicis, granis, & ariſtis. Secale ſtiulam fert culmo triticeo ſimilem, graciliorẽ proceriorem, in qua genicula ut plurimum uatuor: ſpicam innocentioribus ariſtis hortentem, non erectam, ſed ſemper propemoum procumbentem: granum glumis exlicitum, & ob id caducum, triſte, nigricans, riosum. Naſcitur qualicunq; ſolo cum cente no etiam grano. Magis excalfacit & ſiccat, uàm triticũ, minus tamen refrigerat ſiccatq; uàm hordeum. Niſi frumentum hoc à furfu bus ſit probè purgatum: ſtomacho graue

eſſe

eſſe ſolet.

Securidaca, lege Hedyſaron.

Sedum, uide Aïzoon.

Selago ſimilis herbæ Sabinæ eſt. Hanc co
tra omnem perniciem habendam prodidê
Druidæ Gallorum, & contra omnia oculo
uicia fumum eius prodeſſe.

Selinon, uide Apium.

Selinoïs uel Selinuſia, Braſſicæ ſpecies e

Semen, lege Zea.

Seminalis, quære in Poligono.

Semperuiuum, dictum in Aïzoo.

Sena explicata eſt in Colutea.

Senecio creutzwurtz/oder gryndkraut. Cau
liculus eſt illi cubitalis, ſubruber, folia conti
nua habens, per extremitates erucæ inſtar la
nioſa, minora tamen. Flores lutei, qui ſciſſi ſt
tim in lanuginẽ abeunt: unde & ἠριγέρων Græ
cè dicta eſt, quòd Vere ſcilicet capilli mod
flores caneſcant. Radix illi eſt inutilis. Erran
qui Naſturtium eſſe putant. Naſcitur maxim
in macerijs, & circum oppida. Mixtas habe
uires, refrigerat & modicè diſcutit.

Senis barba, lege Barba ſenilis.

Sentes, uide Rubus.

Septifolium in Heptaphyllo dictum eſt.

Serica in Zizypha dicetur.

Seris & Seriola, quære Intubus.

Seriphium in Abſinthio marino reperies.

Serpentaria, lege Centummorbia, & Dra-
unculus.

Serpentaria minor, uide Aron.

Serpentaria uulgaris, quam alio nomine
iſtortam uocant, Germani Naterwurtz, for-
ia & uiribus à Dracunculo, ſiue Serpentaria
terum differt. Cauliculum ſiquidem habet
nuem ac iunceum, glabreſcentem, per ima
ntùm foliatum: ſpicoſum florum uerticem,
ibus dilutioris purpuræ color ineſt: folium
imicis à terra cæſium, ſupernè uiride & her
ceum. Duo ſunt eius genera: Mas leuibus
modum folijs, & radice Draconis modo in
inuoluta & contorta. Fœmina uerò rugo-
ribus folijs, longiore radice, maiore ac ca-
lata extra nigricante, intus rubeſcente. Na-
tur locis umbroſis & humidis. Radix utri-
q; mirificè adſtringit, quare refrigerat & ex-
at, uulnera glutinat, fœtum in utero retinet,
mitum bilioſum reprimit, dyſenteriã ſanat.

Serpillum, Græcè ἕρπυλλον, ab eo, q̃d ſer-
t tam Græcis, quàm Latinis dictũ eſt, quo-
m ſi qua eius particula terram attingit, ini-
bi

bi radices demittit. Vel potius ut Theophr
ſtus ait, nomen habet à proprio quodam ei
ramulorum incremento: poteſt enim ſerpe
do trahi in quantam uoluerit quiſpiam lon
tudinem, adiecto illi pedamento aliquo, au
prope ſepes plantetur, aut ex altiore loco a
quo deorſum demittatur: ſic enim in longu
protrahitur. Germanicè Quendel / oder hün
köll. Duûm generum eſt. Hortenſe Origa
ſimilia folia ramulosq́ꝫ habet, quos candidi
res tantùm profert: odore tamen prorſus ſa
pſuchum imitatur. Repit humi, & in rectu
non attollitur. Syluestre Zygis appellatū co
trà humi non ſerpit, ſed rectum exilibus ram
lis & lignoſis attollitur, Rutę folijs plenis, a
guſtioribus tamen: floſculos habet ſubpu
pureos, guſtu acres, odore iucundo: radice
multifidam. Hortenſe non niſi ſatum proue
nit. Syluestre in petris naſcitur, ſatiuo efficat
us, atq; magis excalfaciēs, & ad medēdi uſu
aptius. Serpillum calfacit, ut & urinam & me
ſtrua commoueat. Prodeſt torminibus, con
uulſionibus, rupturis, inflammationibus ieci
noris. Capitis dolores ſedat potum ac illitū
Serpentes & omnia animalia uenenata aduſt
nidore repellit, ideo & meſſorib⁹ in cibo mi
ſcetur

cetur, ut ſi fatigatos fortè ſomnus oppreſſerit,
tè quieſcant contra animalia, quæ hoc tem-
ore uenenatis hauſtibus ſęuire conſueuerũt.
Vergilius:
Theſtylis, & rapido feſſis meſſoribus æſtu
Allia, Serpillumq́; herbas contundit olentes.
De Serpillo Romano lege Thymus.
Sertula Campana, uide Melilotus.
Seſamum, uel Seſama caule ferulaceo eſt,
flore foliaceo, ut Irion: grana eius in ſiliquis
ſtincta, ut lupini, ſed peculiari quodam mo
o ſepta, cãdida, dulcia ſimul & odorata, quæ
inores aues, quales fringillæ, paſſeres & car
ueles ſunt, auidius appetunt. Græcia omnis
s ad dulciaria utitur in panificio trita, reli-
uo pani cõpinſentes: mox in ſumma panis
te addito liquore aliquo inſpergẽtes, ut re-
neantur, & in coctura pani concorporentur.
gyptus oleum ex eis exprimit, quô in cibo
omni alio domeſtico uſu utatur, tanta co
a, ut ampliſſima latifundia nulla alia fruge
eant. Viride nullum animal attingit. Nihil
emacrat ſolum, utpote cui craſſior & mul-
licior harundo ſit quàm Milio, & radix q̊q;
meroſior. Hodie peregrinum & Germa-
e & Italiæ. Stomacho inutilis cibus: non pa-
rum

rum enim lentoris pinguiſq; obtinet: idcir
opplere, mollire, & mediocriter calefac
idoneum eſt.

Seſamoides duplex eſt: magnum, quod
Anticyra Elleborum uocant, quoniam alb
Veratro in purgationibus miſceatur. Simile e
Senecioni, aut Rutæ: longo folio: flore cand
do. radice gracili, ignaua: ſemen guſtu amar
cætera Seſaniæ ſimile. Veratri uires ſequitu
Paruum cauliculos fert dodrantales: folia Co
ronopi, minora, hirſutiora: & in cauliculor
cacumine capitula, florum penè purpureorũ
medio eorum albo: ſemen Seſamæ, fuluum
amarum: radicem tenuem. Semen calefacit, d
tergit & erumpit. Detrahit bilem pituitaſq; ex
aqua mulſa potum dimidio acetabulo. Illitũ
ex aqua tumores ac tubercula diſcutit. Naſci-
tur in aſperis.

Seſeli Maſſilienſe, uulgus Siler montanum
uocat, folijs fœniculi, craſſioribus tamẽ: caule
uegetiore, umbella Anetho ſimili, in qua ſemẽ
eſt oblongum, anguloſum, & deguſtanti con
feſtim acre: radice longa & odorata. Optimũ
iuxta Maſſiliam naſcitur, & nunc etiam in Ger-
mania, ſed non niſi ſatum & cultum. Semen
& radix cal. ſic. 2. Mouent urinam & menſes

&

& fœtus ducunt. Sed & tenuium ſunt partiū,
ut quoq; comitialibus &orthopnœis compe-
ant. Interaneis omnibus proſunt, & diutinas
uſſes ſanant.

Seſeli Aethiopicum, grandis frutex eſt, he-
deræ folia habet, minora, & ad periclymeni
nodum oblonga: palmites in bina cubita ex-
enſos, in quibus rami ſeſquipedales, & Anethi
igura capitula: ſemen in tritici morē denſum,
igrum, amarum, Maſſilienſi odoratius, &
crius.

Seſeli Peloponnēſe, folia habet Cicutæ, la
ora & craſſiora: caulē ſupra Maſſilienſis ma-
nitudinem, ferulaceum & latum: in cacumi-
e umbellam, in qua ſemen latius, odoratum
 carnoſum pendet. Eiſdem uiribus præditū
t. Naſcitur in aſperis, riguis, & collibus.

Seſeli Creticum, quod aliqui Tordylion
ocāt, Paulus Gordylion, Germani beerwurtz
erbula eſt fruticoſa, ſemen ferens rotundū,
eminatum, clypeo ſimile, ſubacre & odora-
m. Iuxta Ciliciam in Amano monte naſci-
r, nunc etiam in Germania. Calidum eſt, uri
e & menſibus educendis idoneum. Radix
ius cum melle lincta, quæ in thorace hæ-
nt educit.

f Seutlo-

Seutlomalachon recens Græcia fecit olu
quaſi dicas maluaceam betam, quod (ut rec
parentum adulterio natum exiſtiment, ueter
bus inauditum: fortè quòd figura & denticul
to ſeminis habitu Betam, & mollitia Malua
mentiretur.

Side, mâlus Punica. Eſt & Sida planta lac
ſtris in Orchomenio lacu frequẽs, papauer
ſimilitudinem habens, capite ad portionem
maiore, ut quod magnitudinem mâli refera
nec nudũ id eſt, ſed membranis candidis ob
ducitur, ſuperq́; eas folia roſæ cum ſuis cont
nentur calyculis quaterna herbacea: dehiſcẽ
uerò grana rubra, exigua, orbiculata oſten
dit: nec magnopere maiora, quàm milium
ſapore tritici diluto: craſceſcit æſtate paruo p
diculo: flos calycibus roſarum ſimilis, quan
duplo ferè grandior. Flos & folia ſuper aqua
emicant, mox cùm defloruerit inclinatur in
uadum, donec attingat terram, atq; ita ſemen
fundit. Folia, pecudes, germina ſuillũ genus
ſemen homines mandant.

Sideritis nominata eſt, quòd glutinandis
uulneribus apta, præcipuum in bello habea
uſum. Eius multæ ſunt ſpecies. Prima folia
marrubio ſimilia habet, longiora tamẽ, ad ſal

uiæ

uiæ aut quercus figuram accedentia, uerũ minora & aſpera: caules quadratos, dodrantales, aut longiores, guſtu non iniucundos, aliquo modo adſtringentes, in quibus per interualla uelut in marrubio uerticilli in orbem circumacti, & in his ſemẽ nigrum: radicem exiguam & ſubluteam. Naſcitur in petroſis. Illita folia ſuapte ui uulnera ſine inflammationis periculo iungunt. Altera Sideritis binûm cubitorum, ramulis exilibus. Folia habet longis pediculis hærentia filici ſimilia, numeroſa, in ſummo utrinq; inciſuris diuiſa. Erumpunt & ex ſuperioribus alarum cauis ramuli alij, longi, graciles, in ſummo cacumine globi figura aſperũ caput habentes. In quibus ſemen betæ ſimile, rotundius tamen & durius. Cuius uis foliorumq́ꝫ ad uulnera præcipua eſt. Tertia in macerijs & uineis naſcens, folijs Coriandri, à radice numeroſis: dodrantalibus cauliculis, læuibus, teneris, in rubore candicantibus, flore purpureo, paruo, guſtanti amaro & lento. Huius ea uis eſt, ut quãuis recenti uulneri impoſita ſanguinem ſupprimat. Achillea quoq; cognominatur Sideritis. Plinio appellatur Sideritis, quæ ſit latiſſimo folio, & quam etiam uocat Scopam regiam, uulneribus præcipua,

quæ etiam præciſos neruos glutinare poſſit.

Siler frutex in aquoſis prouenit, nunquam arboreſcens, quaſi pumila ſalix, cuius etiam generibus annumerari creditur. Eius folia illita fronti capitis dolores ſedant. Semen tritum in oleo phthiriaſes coërcet. Serpentes hunc fruticem refugiunt, baculumq́ue ob id ex eo ruſtici conficiunt.

Silicia & Silicula, uide Fœnumgræcum.

Siligo Græcis ὄλυρα, frumenti ſpecies ſpicã habens erectam, firmã, ſine ariſtis, nec rorem continens, quæ rubiginem faciat, granum eſt candidum, leue, & multipliciter tunicatum, ex quo lautiſſimus fit panis, tener, candidus, & primatum tenens. Columellæ ſecundæ conditionis triticum eſt. Verba eius ſunt: Tritici genera plura cognouimus: uerùm ex his maximè ſerendum eſt, quod robus dicitur: quoniam pondere & nitore præſtat. Secunda conditio eſt habenda ſiliginis: cuius ſpecies in pane præcipua pondere defecit. Apud Catonem quoque genus tritici eſt, eiusq́ue uicium putatur. Nam omne triticum ſolo uliginoſo, poſt tertiam ſationem conuertitur in ſiliginem. Mediam tritici & hordei naturam poſſidet, tam ut nutrimentum, quàm ut medicamentum.

Siliqua

Siliqua legumen, lege Smilax hortẽſis. Eſt & arboris nomen, quæ Græcè κερατία dicitur, Galenus arborem ceratoniam, fructum Ceratia nominari ſcribit, à corniculi ſimilitudine. Columella Siliquam Græcam. Fructus arboris quoq; Siliquæ dicunt, quæ prædulces ſunt, earũq; manditur cortex, digitorum hominis longitudine, interim falcata pollicari latitudine: ſiccat & refrigerat.

Siliquaſtrum, quære Piperitis.

Silphium idem eſt quod Laſer.

Silybon, ſpina eſt lata, folia ferens Chamę leonis albi. Hæc recens cum ſale oleóq; cocta eſtur. Radicis ſuccus drachmæ pondere cum mulſa potus, uomitiones ciet.

Simeonis herba in Alcea dicta.

Sinapi, Græci etiam νάπυ uocant, Germani gartenſenff. Duorum generum eſt: alterũ caulem obtinet hirſutum: folia rapi, minora tamẽ & aſperiora: flores luteos: ſiliquas rotundas, ac hirſutas, plenas ſemine candicante. Alterũ itidem hirſutũ caulem habet, minorem tamẽ: folia erucæ, ſed maiora ac latiora, laciniata: flores albicãtes, crucis effigiẽ referentes: ſiliquas teretes & oblongas, ſemine pullo rufeſcẽteúe refertas. Vtrũq; in hortis ſatum prouenit. Cal.

& ſic.4.Humiditates,quæ in capite & ſtomacho ſunt,diſcutit. Confert affectibus lienis ab humiditate & flatu procreatis: quartanis etiã morbis, qui ex aduſta pituita contracti ſunt. Officit tamen uiſui, & calido capiti ac iecori. Adiuuat concoctionem.

Sinapi ruſticum & Perſicũ, uide Thlaſpi.

Sinapi ſylueſtre, uide Eryſimon.

Sion, uide Lauer.

Siphonion, id eſt, Auena.

Siſer, Græcè σίσαρον, uulgò Paſtinaca, q̊d ei congener ſit, nominatur. Per diminutionem aliqui Sicerculum uocant, uel extritis priorib[9] literis Serullam, aut Seruillam, aut Cheruillã, Germani Gerlin/ odder geirlin/ odder moren. Duo eius ſunt genera: Satiuum, & erraticum. Satiuũ, q̊d duplex eſt: magnũ & minus: utrũq; caulẽ habet anguloſum: folia oblõga, & in extremitatibus inciſa: flores magnum luteos, minus uerò candidos: ſemen latum & foliaceũ: radices intus candidas, iucundi guſtus, eſuíq; gratiſſimas. Erraticum caule conſtat bicubitali, folijs Pimpinellæ, ſed maioribus, flore luteo, & umbella Anethi, ſemine lato & rotundo, ut ſatiuum, radice tenui ac longa. Satiuum in hortis, erraticum in incultis prouenit. Radix

dix cal.2.ſatiuum ſic.1.Erraticũ ſiccius exiſtit. Cocta ori grata eſt, & ſtomacho utilis. Vrinam cit.

Siſon, exiguum ſemen eſt in Syria natum, Apio ſimile, nigrum, feruens, oblongum, quo in condimentis cum Cucurbita & aceto indigenæ utuntur. In cacumine granula multa gerit. Calidum & ſubamarum eſt, urinam mouet, concoctionem adiuuat, menſes educit, & uiſcera obſtructa aperit.

Siſymbrium fiſchmyntz/waſſermyntz/oder bachmyntz: uulgò Balſamita, uel Menta aquatica dicitur. Hortenſi Menthæ ſimile eſt, caulem quadratum, quadantenus purpuraſcentẽ profert: folia Menthæ ſerrata, latiora, & odoratiora: flores internodia geniculatim coronantes, uerticillato ſemper ambitu. Alterũ eſt ſiſymbrij genus, quod aliqui Cardamine cognominant, aliqui Sium. Folia primùm rotunda prodeunt, adulta erucæ modo laciniatim induunt. Caule conſtat cauo, ſeſquipedali, imaque parte pluribus radicularum fibris ſubinde capillato, è cuius alarum cauis cirri frequẽtes ſummatim erumpunt: flore candido: ſemine erucæ inſtar in ſiliquis acri & exiguo. Riguis locis gaudet. Vtrunq; cal. ſic. 3. Cardamine ue

rò uiride 2. Digerit, tenuium partium eſt. Se
men quoq; tenue calidumq́ꝫ eſt, unde cum ui
no ad ſingultus & tormina exhibetur.

Sitanium dicetur in Tritico.

Smilax hortenſis, alio nomine Dolichus,
uel Phaſiolus dicitur, Germa. Faſelen/ welſch
oder wild bonen. Semina eius Lobi, ſiue Siliquę
à nonnullis uocãtur. Folia habet hederæ, mo
liora tamẽ: caules tenues, & capreolos uicinis
fruticibus circumuolutos, qui tantum adole-
ſcunt, ut tentoria effingant: fructum Fœnogræ
co ſimilem, longiorem tamen & corpulentũ,
in q̊ ſemina renibus ſimilia, nec colore ęquali,
uerùm ex quadam parte leuiter ruffeſcentia:
quædam etiam ad candorem, quędam ad ru-
borem accedunt: hæc purpuraſcentes flores,
illa candidos producunt, quandoq; etiam fu-
ſcos, giluos, cœruleos, cæſios, maculis & orbi
bus atris uariegatos êdunt flores. In hortis ꝓ-
uenit, appoſitus longis palis, quos capreolis
ſuis, ubi increuerit, complectatur. Sin hoc ad-
miniculo careat, rubigine tentatur. Cal. & hu.
pri. Non minus Dolichi, quàm piſa nutriunt:
ſimiliter etiam flatu carent: ſed quod ad ſuaui-
tatem attinet & deiectionem, peiores ſunt: qa
natura humidiores ſunt, citò corrumpi con-
ſueuerũt.

ſueuerunt. Siliqua cocta cum ſemine in oleribus, Aſparagi modo eſtur: urinam cit, & inſomnia turbulenta facit.

Smilax aſpera, Galeno Milax dicitur. Folia fert Periclymeni ſimilia, uel hederacea, ut Theophraſtus ait: ramulos multos, tenues, paliuri, aut rubi modo aculeatos: florem candidum: fructum racemoſum, cùm maturuerit rubentem, guſtu leuiter mordentem: radicem craſſam & duram. Arbores ſcandit, ab imo ad ſumma perreptans. Naſcitur in paluſtribus & aſperis.

Smilax læuis, uulgò Volubilis maior, Campanella, uel Funis arborum, Germanicè wyndenkraut/ glatte wynden/ od' weiſſe flockē nominatur. Folia hederæ ſimilitudinem habent, molliora, læuiora, tenuiora. Ramuli huius ſupradictæ ſimiles ſunt, ſed nullis ſpinis horrent: fructus Lupino ſimilis, niger, paruus: flores albi, copioſi, & orbiculati per totā Smilacem exeunt. Conuoluitur & hæc arboribus ut prior. Aeſtate tabernacula ex ipſa fiunt. Autumno folia cadunt. Smilax læuis & aſpera calidam acremq́ facultatem poſſidēt. Taxus quoque arbor Smilax dicitur, de qua infrà.

Smyrna Myrrha dicitur.

Smyrnium, uulgò Leuiſticum, Germani Liebſtockell dicitur. Caulem habet ut Apiu concauum, & ſtolones multos: folia Apio l tiora, ſubpinguia, ad terram confracta, rob ſta, cum acrimonia odorata medicataq́ꝫ, & c lore ſublutea: umbellam ſupra caulem An tho ſimilem: ſemen rotundum, nigrum, ſapo re acri: radicem odoratam, tenerã, ſuccoſam acrem, fauces mordentẽ, foris nigram, intu pallidam, aut ſubalbidam. Naſcitur paſſim i hortis, locis humidis. Cal. ſic. 3. Apio fortiu eſt, Petroſelino inualidius. Vrinæ & menſi bus educendis accommodatum.

Solanum Nachtſchadt, Græcè στρύχνος, Ga leno τρύχνος, uulgò Solatrum, Cuculus, Vua lupina, Vua uulpis, Morella'que appellatur. Quatuor eius ſunt genera. Hortenſe frutex eſt eſculentus, exilis, alas multas habens: fo- lia nigra, unde à quibuſdam nigrum cogno- minatur: Ocimo maiora & latiora: florem candicantem: fructum rotundum, uiridem, qui poſt maturitatem nigricat, aut flaueſcit. Prouenit locis opacis ſponte, & inuitis etiam cultoribus: olim in hortis cum alijs oleribus ſeminabatur. Adſtringit & refrigerat ſecũdo:

medium

nedium in humectando & exiccando. Sto-
nacho æſtuanti auxiliatur. Alterum peculia-
i nomine Halicacabum, uel Veſicariam uo-
ant, Barbari Alkakengi, Germani Juden Kir
:n/ Judenhutlin/ ſchlutten/ boberellen/ rott-
achtſchatten. Folijs antedicto ſimile, latiori-
us tamen, cuius caules poſtquam adoleue-
unt, prona terram ſpectant. Fructum profert
rotundis folliculis, ueſicis ſimilibus, rufum,
tundum, leuem, acino uuæ æqualem, urinæ
endæ idoneus, quo coronarij utuntur corol
s factitantes. In uineis copioſiſſmè naſcitur.
im uſumq; hortēſis Solani habet: uerùm ci-
s nequaquam expetitur. Eſt quoq; alia Hali
bali ſpecies nuperrimè in Germaniam ali-
nde allata, ueteribus fortaſſis incognita. Plan
eſt pergulis operiendis aptiſſima: latiſſimè
im ſuis clauiculis ſeſe diffundit: folia habet
longa & laciniata: flores candidos: ueſicu-
s Halicacabo ſimiles, in quibus ſemen inclu
tur piſis aut ciceribus ſimile, in cuius medio
figies ueluti cordis humani inſculpta & in-
a apparet. Tertium Solanum ſomnificū ab
fectu nominant: uulgus Solatrum dormito
um, uel marinum. Frutex eſt multis ramulis
nſis & lignoſis, difficile fragilibus, folijs pin
gui-

guibus refertis, mâli Cotonei ſimilitudine: fl
re rubro, grandi: ſemine in ſiliquis croceo: r
dice corticem habente ſubrubrum, grandem
In ſaxis non procul à mari producitur. Rad
cis cortex cũ uino denarij pondere potus ſo
mnum conciliat. Semen urinam mouet: fri.
Corymbi eius plures duodecim epoti, furor
accerſunt. Quartum Solanum furioſum non
natur, uulgò Solatrum mortale. Folium hab
erucæ ſimile, maius aliquanto, ſatis ad ſpinã
quam Pæderota uocant, accedens. Caules
radice proceros emittit decem aut duodecim
ulnarum cubitorumúe altitudine quatuor: ca
pitulum effigie oliuæ inſidens illis, ſed hirſu
tum, ut Platani pilulæ, maius tamen & latius
florem nigrum, poſt hunc fructum racemo-
ſum, rotundum, nigrum, denis aut duodenis
acinis conſtantem, hederę corymbis ſimilib⁹,
mollibus ut uuæ: radicem candidã, craſſam,
cauam, cubitalem. Gignitur in montibus ac
uento perflatis locis, & ubi Platani naſcuntur.
Intus aſſumptum inutile eſt. Nam ſi quatuor
eius drachmæ ſumantur, mortem inferent: ſi
pauciores, inſaniam. A foris autem illitum, ul-
cera depaſcentia curat: ad talia radicis cortex
optimus eſt. Frig. ſic. 2. Plantatur quoq; in hor

tis

s Germaniæ herba, Italis uocata Stramonia, pomum ſpinoſum, quam nonnulli inter So ani ſpecies numerant, non quòd deſcriptioni eſpondeat, ſed quòd eius folia Opij odorem eferre uideantur. Flores eius ſuauem lilij ſpirant odorem. Videtur uiribus parum à poſte oribus generibus Solani differre.

Solaris herba, Celſo Heliotropion dicitur, uòd circumagat ſe cum ſole. Vide Heliotro ium.

Solidago, lege Symphytum.

Solidago Sarracenica, quære Fortis herba.

Solis oculus in Parthenio explicatur.

Somphus Cucurbitæ genus ſyluestris eſt, ane, digitali craſſitudine, non niſi in ſaxoſis iſcens. Quidam pro marina cucurbita inter etantur.

Sonchus, uide Cicerbita.

Sorbus arbor eſt procera, recto caudice, rtice leui, pinguiuſculo, colore ad flauum bicante, cuius folia pediculo ſingulari, pro xo, neruaceoq́ʒ, in uerſus condita, alæ modo ateribus exeuntia, tanquam ex oĩbus unum t, ad neruum uſqʒ laciniatum, uerùm ampli culo interuallo diſtantia. Omnibus ramulis extremo pediculi folium impar prominet,

cuius

cuius acceſſione numerus impar efficitur.
gura laurum tenuifoliã imitantur, uerùm a
bitu ſerrata breuioraq́ ſunt, nec in extrem
acutum mucronata, ſed in rotundius orbi
lata. Flos racematim ſingulari petiolo, è m
tis minutis & candidis conſtans. Fructus
orbiculatus, dulcior cęteris, uel ouatus, acid
minusq́ odoratus, uel pyri inſtar turbinat
Radices haud multas, nec altè deſcendent
ualidas tamen, & craſſas, & incorruptibil
agit. Loca amat humida, montana & frigid
Fructus Sorba dicuntur, Græcè ὄα καὶ οὖα: ac
ſtringũt, ſed multò fortius Meſpila, quàm So
ba. Quamobrem aluo fluenti in cibo accom
modatiſſimè exhibentur.

Sorgus genus frumenti peregrinum, & e
Italia ad Germanos allatum. Neq; conſtat qu
nomine ueteribus ſit appellatũ, Germani uo
cant welſchen hirs/oder ſorgſom. Culmos pro
fert quatuor aut quinq;, craſſos, altos, genicu
latos, rubicũdos, folijs ueſtitos longis, latis, &
in ſummitate acuminatis, harundini non diſ
milibus: ſpicam quàm Panicum maiorem, a
denſiorem, rufam & barbatam, in qua ſeme
rufum, rotundum, lentis magnitudine & acu-
minatum. Florem luteum: radicem multis fi-

bri

ris capillatam. Non niſi ſatum prouenit. Semen dulce eſt, & Panicum in guſtu planè refert: eaſdem igitur facultates obtinet.

Soſandrum Delphinum eſt. Sunt qui eam utant eſſe, quæ uulgò Filius ante patrem nominatur, quoniam florem purpureũ in ſumma ſiliqua ſemina continente gerit, quæ ante orem enatum apparet. Naſcitur aũt in aquos, cùm Delphinium Dioſcoridis in aſperis et pricis proueniat.

Spadonia lauri ſpecies eſt, opacitatis patintiſſima, & quæ quantumlibet ſub umbra ſoim implet.

Spanachia, lege ſpinaciam.

Sparganion, aliqui Xiphidion, id eſt, glaiolum uocant. Folia habet gladiolo ſimilia, d arctiora & in terram magis procumbẽtia. ı ſummo caule ueluti pilulæ prominent, in uibus ſemen continetur. Vim habet exiccan m. Contra ſerpentis uenena radix cum uio datur.

Spartum uel Spartium ſic dictum, quòd funiculi ac uinculi uſum in alligandis uitib⁹ pręat, Germanicè Pfrimmen. Frutex eſt lonıs ferens uirgas, ſine folijs, firmas, fractu cõmaces, quibus uites uinciuntur: ſemen lenti

culę

culæ, in folliculis Phaſiolorum modo naſcẽs
florem ut albæ uiolæ luteum. Aridum ſolum
amat. Semen & flos cum mulſa inſtar quinque
obolorum pota per ſuperiora purgat Veratri
modo ſine periculo. Semen per inferiora q̊q;
purgat. Virgæ ipſius ad coxendicum dolore
proficiunt. Linoſparton, Linogeniſta, uel Li
niginiſta, frutex in Hiſpanijs copioſè ad fune
proueniens.

Spelta, lege Zea.

Sphatula fœtida nomen habet, quòd gra
uem exhalet odorẽ. Incertum eſt, quo nomi
ne ueteribus appellata ſit. Non poteſt eſſe, u
quidam putant, Gladiolus, neq; Sparganium
neq; etiam Xyris, ſi deſcriptiones diligente
conferantur, Germanicè wandtleuß kraut,
necandis cimicibus uocatur. Folia êdit Iridi ſ
milia, minora tamen & anguſtiora: in ſummo
caule folliculos aut ſiliquas, Pœoniæ fœmin
non diſſimiles: quibus dehiſcentibus ſemẽ in
ijs apparet rotundum & rubrum: radicem ha
bet capillamentis multis fibratam. Circa ſepe
& dumeta naſcit̃, in Germania tñ non niſi ſata
Viribus non multùm differt à Staphideagria
Tam acris eſt, ut guſtata fauces quaſi urere ui
deatur, quare calida admodum & ſicca exiſtit

Vehe-

Vehementer abſtergit, hinc ad ſcabiem eius potiſſimum ſuccus abigendam utilis eſt. Surculos & ſpicula ſine dolore extrahit. Cimices etiam necat atq; fugat.

Sphōdylion uel Sphondylion, folia habet Platano ferè ſimilia, ad Panacis foliorũ figurã accedentia: caules Fœniculo ſimiles, cubitales & quandoq; maiores: ſemen in cacumine Seſeli ſimile, duplex, ſed latius, candidius, & magis paleaceum, grauis odoris: flores albos aut pallentes: radicẽ Raphani, candidam. Naſcitur in paluſtribus & aquoſis. Fructus eius & radix uirtute acri & inciſoria ſuſpirioſis, comitialibus & arquatis ſuccurrunt. Radix autẽ circumraſa, fiſtulisq; impoſita, illarum callos tollit. Succus è flore ipſius expreſſus antiquis aurium ulceribus inſtillatur.

De ſpinis lege Acantham.

Spina appendix, uide Appendix ſpina.

Spina mollis, quære Cirſion.

Spinacia, uel Spanachia, uel Spinaceum olus, Barbari Hiſpanicum olus nominant, Germanicè Spinnat. Veteres illius non meminerunt. Septem diebus à ſatu exit, folio primùm triangulo, molli, mox intybi, plerunq; quâ pediculo cohæret laciniato, inerti ſapore, exigua

radice,tenuibus capillamētis fibrata, caule cu
bitali,nonnunquam altiore,intus cauo: flori-
ribus in uertice rotūdis, racematis coëuntib⁹,
exiguis:ſemine ſpinulis horrido.Seritur Septē
bri menſe,nō horrens hyemis frigora,ut uer-
no tempore cibum ſuppeditare poſſit,Martio
etiam menſe ſeritur. Fri.hum.1. Atriplicis ui-
res habet, melius tamen alimentum ſuppedi-
tat,ſed aluo parum hærens facile exigitur.

Squilla, lege Silla.

Stachys reichen andorn/oder als etzlich mei
nen/wilde ſalbey.Marrubij ſimilitudinem re-
fert,niſi q͛ altior eſt : folia quoq; plura,at rara
obtinet,itē hirſuta,dura,odorata,& albicātia.
Virgulas ab una radice plures emittit, candi-
diores quàm Marrubium:uerticillatum florū
purpureorum profert ambitum,& orbes ſpi-
carum caules cingentes,unde & nomē habet.
Naſcitur in aſperis & montibus. Cal.3.Men-
ſes prouocat,interimit fœtus, & ſecundas eij-
cit.

Stacte liquor optimus &pinguiſſimus,qui
ex myrrha primùm expreſſus eſt : probatiſſi-
ma quum oleum admiſtum non fuerit, quæ
in minima quantitate egregiam uim habebit.
Calefacit Stacte unguentum.

Staphis

Staphis agria, Bißmuntz, Latinè Pedicularis dicitur, quòd erumpentibus è corpore pediculis aduerſetur. Folia habet Labruſcæ, inciſuris diuiſa: cauliculos rectos, molles, nigrosque: florem Glaſto ſimilem: ſemen in folliculis uiridibus ſimilibus Ciceri, triangulum, aſperum, in nigro ſubrufum, intus candidum, guſtu acre. Vehementer acrem obtinet facultatē, adeò ut ex capite purget pituitam, abſtergatq; ualenter: unde & Pituitaria à quibuſdam dicitur. Ad ſcabiem accōmodata eſt, ſed & urēdi uim aliquam habet.

Staphylodendros, arbor ſimilima Aceri, alba in materia. Fert ſiliquas, & in eis nucleos ſapore nucis auellanæ.

Staphylinus, uide Paſtinaca.

Stellæ herba, lege Coronopus.

Sternutamentaria, lege Ptarmice.

Stichas uel Stechas, herba eſt tenuibus ramulis, comam ſimilem Thymo habens, longiore tamen folio, & guſtu acris, aliquantulum ſubamara & acris: flores exiguos, cœruleos: ſpicam flaueſcentem, ſemine refertam exiguo, triquetro, & coloris ſpadicei: radicem tenuem & lignoſam. Iuxta Galliam in inſulis Stœchadibus è regione Maſſilię gignitur,

tur,unde & nomen accepit. Aperit,extenuat, detergit,& confirmat uiſcera omnia,totumq́ corporis habitũ. De Stecha citrina,lege Amaranthum.

Stœbe herba odorata eſt,folio Erucæ hirſuto,non tamen aculeis horrente, cœrulei floris,ex qua & ſcopæ fiunt. Semen & folia ſic.3. Adſtringunt quoq;, eamq́; ob cauſam uulnera magna conglutinant: decoctum ipſorũ inteſtinorum torminibus, ſanguinis eruptionibus,auribus purulentis auxiliatur: folia illita oculis ex ictu ſuffuſis conferunt.

Stratiotes millefolia, eyn geſlecht von dem garben kraut. Dicitur Stratiotes,id eſt,militaris,quòd uulnera ferro facta ſanet, atque adeò in militia multus eius uſus ſit. Exiguus frutex, palmi altitudine,aut ampliori: folijs auicularũ pennas imitantibus, breui admodum diſſectoq́; foliorum exortu: quę breuitate atq; ſcabritia ſylueſtre cuminum ſimulant, breuiora tamen: denſiorem etiam umbellam & pleniorem profert: ſurculos in cacumine exiguos,et capitula in modum anethi: flores paruos,candidos. Naſcitur in aſperis agris, præcipuè circa ſemitas. Eximij uſus ad ulcera uetera recẽtiaq́;,profluentem ſanguinem & fiſtulas.

Stratiotes aquaticus herba militaris in Aegypto tantùm naſcens, inundatione Nili. Supernatat aquis, & ſine radice uiuit. Semperuiuo ſimilis ni maiora haberet folia. Humidus & frigidus eſt natura.

Strobilus, lege Pinus & Pinaſter, item Carduus.

Strobos arbor in Carmania, optimos ſuccenſa de ſe ſuffitus, & odores fundens.

Struthium, quære Lanariam.

Struthea mâla, lege Cotonea.

Strychnon, uide Solanum.

Strygis apud Hippocratē frumenti quoddam genus, leuius tritico, ſed quod uentrē magis ducit.

Stypion lini genus, ut meminit Phocion.

Styrax arbor Cotoneo mâlo ſimilis: intus ſimilitudo harũdinis, ſucco prægnans. In eam ferè per canis ortum aduolant pennati uermiculi erodentes. Ex hac arbore lachryma fluit eiuſdem nominis, quã officinæ perperam uocant Storacem calamitam. Præfertur ruffa, pinguis, reſinoſa, albicantibus grumis, quæq; odoris ſui bonitatem diu ſeruat: & cùm mollitur, melleum liquorem reddit, qualis è Catabalis, Piſſidia, & Cilicia deuehitur. Deterior

nigra, furfuroſa, friabilis, canoq́ſ ſitu obducta. Inuenitur præter hanc etiam lachryma gummi ſimilis, perlucida, myrrhæ odore: uerùm perpauca manat. Adulteratur ligni ſuæ arboris ſcobe, quam uermiculi erodentes excuſſerunt, melle & iridis ſedimento, & quibuſdam alijs. Alij ceram aut adipem odoribus imbutũ, flagrantiſſimis ſolibus cum Styrace ſubigunt, & per laxa cribri foramina in frigida aqua ue luti uermiculos exprimunt, uenundantq́ſ, atque uermicularem Styracem appellantes, quẽ tanquam ſyncerum imperiti approbant, non animaduertentes ad præcipuã odoris fragrantiam. Siquidem acer admodum eſt, qui adulterationis uicio caret. Calefacit, emollit & concoquit. Tuſſi, deſtillationi in nares & grauedini utilis. Menſes idẽ potus appoſitusúe trahit.

Suber arbor eſt glandifera, procera, ſine multis ramis, ligno robuſto, cortice præcraſſo & aſpero in ſenectute, qui ut in picea rumpatur, ſed maioribus fragmentis: folio fraxini craſſiore longioreq́ſ ac perpetuo. Non facilè ſentit uetuſtatem aut cariem. Iuuatur detracto cortice, quod tamen omnibus arboribus ferè exitiale eſt. Lignum foraminoſum eſt & leue, quod non ſolùm nõ mergitur aquis, ſed

alijs

aliꝭs quoq; rebus alligatum, facit ne mergant. Hinc adagium: Subere leuior. Vſus eius eſt anchoralibus nauium, piſcantium tragulis, & cadorum obturamentis, & in hyberno fœminarum calceatu.

Succiſa ueteribus incognita fuit. Binûm cubitorum faſtigiatur altitudine, foliꝭs Plantaginis minoris, aut Cirſiꝭ leuioribus ſolidioribusque, leniter laciniatis: floribus purpureis, radicibus ſubnigris, ſuccíſis & circumroſis: hinc & ſuccíſa dicitur: uulgus Diaboli morſum, Germani Teuffels abbis. Superſtitione enim pluſquam muliebri ducuntur, credentes cacodæmona tantæ efficaciæ radicem inuidere hominibus, atq; hac ratione ubi ſuccreuerit ſtatim eum undiquaq; circumrodere. Prouenit in incultis. Supra modum eſt amara, calida igitur & ſicca eſt. Maturat atq; ſanat carbunculos, ſi herba uiridis trita imponat̃, aut uinum id, quo decocta fuerit bibat̃: radix per ſe eſtur, aut uinum eius decocti in uuluę doloribus bibitur. Diſcutit & incidit, quare ſanguinis grumos diſſoluit.

Supercilium Veneris, lege Achillea.
Supercilium terræ, uide Adiantum.
Sycaminea, quære in moro.

Sycomorus, uel ficus Aegyptia, arbor e
magna, fico ſimilis, frondoſa, multo lacte ab
dans: folijs mori. Pomum ter aut quater an
no fert: non ramis, ut ficus, ſed caudice ipſ
Caprifico non diſſimile, dulcius ficorũ groſ-
ſis, ſine granis interioribus, quod non matu-
reſcit, niſi ungue aut ferro ſcalpatur. Naſcitu
plurimùm in Caria, Rhodo, locisq́ non mul-
ti tritici feracibus: ubi prouentu fœcundo re-
ſtibiliq́ iuuamentum adfert, cùm annonæ ca
ritas premit. Fructus nullius nutrimenti eſt, et
ſtomacho noxius. Liquor arboris ui pollet
emolliendi, glutinatoria uulnerum, diſcuſſo-
ria tumorum: bibitur inungiturq́ ad ſerpen-
tium morſus, lienes induratos, ſtomachi dolo
res, & in acceſſionibus febrium horrores. Gi-
gnitur & in Cypro Sycomorus alia, à prędicta
ſpecie diuerſa. Vlmus enim cùm ſit, prędita ta
men eſt folijs Sycomori, fructu pruni magni-
tudine, ſed multò dulciore. Cætera ſupradi-
ctis ſimilis.

Syluæ mater, uide Periclymenon.

Symphona à Plinio deſcribitur alternis ui-
ridibus roſeisq́ per caulem folijs, eaq́ in po-
ſca ſanguinem reijcientibus mederi ait.

Symphyton magnum nomen ab egregia
conſtrin-

conſtringẽdi & conglutinandi ui habet, hinc & Latinis Solidago, & uulgò Conſolida maior appellatur, Germanice walwurtz/ſchwartz wurtz/ groiſſe beynwol/ſchmer wurtz. Caulem emittit bicubitalem, aut maiorem, craſſum, leuem, anguloſum, ſonchi modo inanem, circa quem folia ſunt nõ magnis interuallis diſtantia, hirſuta, anguſta, oblonga, ad Bugloſſi foliorum figuram accedẽtia. Habet caulis ſecundum angulos eminẽtias quaſdam productas. Folium tenue ex ſingulis alis prodit: flores lutei, & in Germania ſubrubri uel leuiter purpuraſcentes, rarius candidi, & ſemen Verbaſci. Tam caulis, quàm folia aſpera lanugine horrent, tactuq; pruritum concitant. Radices foris nigræ ſunt, intus candidæ, uiſcoſæ, quarum eſt uſus. Naſcitur copioſè locis aquoſis & paluſtribus. Cal. ſic. 2. modiceq; contrahit.

Symphyton petræum, quòd in petris naſcatur ſic cognominatum eſt. Ramis conſtat tenuibus, paruis, Origano ſimilibus: capitulis thymi, ſurculoſum totum, odoratũ, guſtu dulce, ſaliuam ciens: longa radice, ſubrufa, digitali craſſitudine. Magnum quatenus uiſcoſitatem quandam & mordacitatem obtinet. Scillæ ſimile eſt. Vtitor eo ad omnia, ad quæ Pe-

træo. Petræum autem ex contrarijs conſtat cultatibus: habet enim incidendi uim quam piam, qua collectum in thorace, pulmone, & renibus plus expurgare poteſt. Habet etiã quã dam contrahẽdi facultatem, qua eiectionibu ſanguinis auxiliatur: conuulſis, ruptis, mulie rum fluxionibus rubris, inteſtinorum ramic bus. Item calida quædam humiditas ei ineſt qua ſitim arcet, & arteriæ aſperitates ſanat.

Quæ à litera T ſumunt initium.

CAPVT XIX.

TAgetes Indica, lege Artemiſia.

Tanacetum ſylueſtre, dictum in Portentilla.

Tamarix, uide Myricen.

Tapſus barbatus, quære Verbaſcum.

Tarchon, putant eſſe eam herbam, quam uulgus Draconem hortenſem appellat. Puſilla herba eſt, nigro ac minuto ſemine: folio tenui & oblongo, acri, linguam & folio & radice amburens, & aceti & ſalis guſtu. Hanc mirabili quodam modo naſci prædicant ex lini ſemine incluſo Raphanis, aut Scillę bulbis, atque in terra obruto.

Taxa

Taxa lauri ſpecies, topiarĳ gñis, excreſcẽte in medio folio, paruula, uelut Lacinia folĳ.

Taxus Grecè σμίλαξ, arbor eſt folio æterno, extremitatibus & lateribus ſinũato ut Ilicis, molliore tantùm profundioreq́ꝫ. Facilimè augeſcit, procera, ſtrigoſa, triſtis & dira, nullo ſucco baccifera, ſimilis Abieti, minus exelſa, ſed alis crebrioribus. Foliũ quoqꝫ Abieis, ſed pinguius ac minus uirens. Radices ei graciles, per ſumma ceſpitum breues. Fructus rotundus, paulò amplior quàm faba, colore ruffo, tactu molli. Naſcitur in Italia & Narbonenſi Gallia Hiſpaniæ contermina. Auiculæ, quæ Italicæ taxi baccas deuorant, denigrant: qui ederint eaſdem homines, alui profluuio corripiuntur. Quæ in Narbonia naſcitur tam præſentis eſt ueneni, ut ſi qui dormiant ſub ea, ut in eius umbra ſubſideant, lædantur, & ſæpenumero moriantur: cùm aliâs, tum eo tempore præſertim, quo ad nouos flores turget. Vulneratur enim ueluti telis ſagittiſq́ꝫ aliquibus cerebrum halitu florum per nares attracto. Pota arbor toto corpore perfrictiones ſtrangulationeſq́ꝫ & celerem mortem facit. Remedio illi ſunt, quæcunq; & Cicutæ. Eius fumo necantur mures. Apibus quoq; peſtiferam

ra. Virgilius:
Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.
Plinius ait eſſe innocuam, ſi in ipſam clau
æreus infigatur.

Teda arbor pinei generis liquorem ſeu p
cem ſtillans, & ſucco liquidiore abundãs, cu
ius aſſulis pro candelis utuntur. Impropriè u
rò tedas appellamus tum alia quoque ligna
quæ flamma olei uel picis illitu concepta fac
læ modo luceant.

Telis, lege Fœnum græcum.

Telephium herba dicta eſt, quòd ulcerib
malignis & deploratis, quibus Telephus My
ſiæ rex ab Achille uulneratus conſenuit, qua
eam etiam ob rem Telephia uocantur, auxili
tur. Latinis q̊q; illecebra dicitur; uulgò Craſſu-
la maior, uel Faba craſſa, à foliorum quã cum
faba habet, ſimilitudine, Germa. wundkraut/
knabenkraut / foꝛzwang. Duûm generũ eſt.
Vnum floribus albis, folijs uiridibus & herba
ceis exiſtit; alterum luteis uel purpuraſcẽtibus
floribus, & folijs paulò pallidioribus; in cæte-
ris omnibus conueniunt. Caule & folijs Por-
tulacæ ſimilis herba, alas binas in ſingulis fo-
liorum geniculis inhærentes habet. Ramuli à
radice ſeni ſepteniúe prodeũt, referti folijs cœ
ruleis,

ruleis,craſſis,glutinoſis,carnoſis: flores illi lu
ei,uel albi,uel purpuraſcentes: radix ima in-
lumeris tuberibus ſcatet. Naſcitur in cultis &
naximè inter uites.Cal.1.ſic.2.Abſtergit,qua-
ɔropter ulceribus putredinem expertis con-
ıenit,& uitiligines,tum leucas,tum alphos cũ
ceto abolet.

Tembulum Malobathri genus tertiũ apud
Aëtium.

Terebinthus arbor in Ida & Macedonia
reuis,fruticoſa & contorta:in Damaſco autẽ
yriæ grandis,multa,& ſpecioſa.Habet arbor
lutinoſi lentoris materiam, radices uarias,al
ores, & in uniuerſum nunquam pereuntes:
ores Oleaginis ſimiles, colore rubentes:fo-
a ex uno pediculo plura,laurinis ſimilia,eo-
em quo in ſorbo modo geminata,&in ſum-
io quòd impar,ſolumq́ꝫ ſit,differt,quod mi-
us anguloſum quàm in ſorbo eſt: laurinisq́ꝫ
er ambitum ſimilibus, pariter ac fructus pin
ui lentore abundans. Fert quoq; nucibus ſi-
ıiles folliculos inanes, quo modo & ulmus
rt,in quibus beſtiolæ culicibus ſimiles naſcũ
ır.Inuenitur in his etiam reſinoſi lentoris ali-
uid,non tamen hinc reſina colligitur, ſed ex
gno.Nigerrima denſiſſimaq́ꝫ terebinthi ma
teriã

teria eſt, nigrioremq́ꝫ hebeno in Syria proue-
nire aiunt, fieriq́ꝫ ex his cultellorum capulos,
& torno calices therycleos fabricari tanta feli
citate, ut à figulinis diſcerni nõ poſſint. Duo-
rum generum eſt: maſcula fructu caret. fœmi
na, altera fructum quàm primum fert, magni-
tudine lentis, qui non matureſcit: altera cùm
uiridem protulerit, ſimul cum uite maturat,
tunc rubentem, poſtremo nigrum, magnitu-
dine fabæ, reſinoſum & aromatũ modo odo-
ratum. Folia eius & ſemen & cortex adſtrin-
gunt, & ad eadem, ad quæ lentiſcus conueni-
unt ſimili parata modo ſumptaq́ꝫ. Cal. ſic. 2. ui
ridis ſic 1. Fructus ubi inaruerit ſic. 3. Hac igi-
tur ratione & urinam mouet, & lienes adiu-
uat. Reſinam emittit odoratam, quæ inde uo-
catur terebinthina, in officinis Terpentyn. Hęc
omnes alias reſinas bonitate autecedit.

Terminalis, uide Cannabis.

Terræ capillus, Adiantum lege.

Terræ corona, uide Chamæciſſum.

Terreſtris mâlus dicta in Mandragora.

Teſticulus canis in Cynoſorchi habetur.

Teſticulus uulpis, quære Satyrium.

Teucrion à Teucro Aiacis fratre nomen ob
tinuit. Cùm ẽm exta in ſacrificio ſuper id pro-
iecta

ecta fuiſſent, lieni adhæſit, eumq́ exinaniuit. Proinde quod caſus oſtēderat, obſeruatumq́ Teucro fuit, ad ęternum humani beneficij de us & famam illi accreuit. Herba uirgæ refert ffigiem, Chamædry ſimilis, hinc à quibuſdā tiam Chamædrys appellatur: tenui folio, nō nultum à Cicere alieno. In Cilicia plurimùm aſcitur: in Germania non niſi ſatum proue- iit. Cal. 2. ſic. 3. Vi ſua inciſoria tenuiq́ lieni- us medetur.

Teucrion Plinio Hemionitis eſt.

Thalictrum folia coriandro ſimilia habet, inguiora tamen: coliculum Rutæ, in quo fo- a ſunt. Naſcitur in cāpeſtribus. Siccandi uim ne roſione habet: hinc ulcera inueterata cica- rice obducit.

Thapſia nomen accepit, quòd in Thapſo iuſdem nominis inſula primùm inuenta ſit. ota natura ferulæ ſimilis eſt: graciliore cau- :folijs fœniculi: umbella anethi in cacumi- e, à ſingulis ſurculis erumpente, flore luteo: men quale ferulæ, latum, ſed aliquanto mi- us: radix foris nigra, intus candida, longa, cris, craſſiore libro ueſtita. Colligitur ex ea quor hoc modo: facto in ambitu ſcrobe, cor ces inciduntur: aut radix in fornicis ſpeciem

in ſe

in ſe excauata cooperitur, quô merus ſucc
confluat. Sequenti die auferendus omnis, q
confluxerit ſuccus. Tunditur etiam radix i
pila, & ſuccus organo per quallum expreſſu
fictili craſſo inſolatur. Aliqui folium unà terũ
ſed inualidior huiuſmodi ſuccus. Quoniã q
ab radice manauit, grauius olet, & humidu
permanet: è folijs autem extractus exiccatu
atq; teredinum iniuriam ſentit. Qui ſuccũ co
ligit, ſtare debet non obuerſus uento: aut po
tius cûm dies à flatu ſilet: quoniam ob halitu
acrimoniam facies uehementer intumeſcit
nudaq́; corpora inuadunt puſtulæ: ob id pri
us liquido cerato & adſtringente, nudas pa
tes illinunt, & ita muniti accedunt. Thapſi
acris eſt, & ualenter cum humiditate calefa
cit: ex alto igitur trahit inſigniter, attractumq
diſcutit.

Thelycrania, uide Cornus fœmina.

Thelygonum, lege Phyllon.

Therionarca Plinio herba eſt fruticoſa, ſu
uiridibus folijs, flore roſeo: nomen inuenit, q
ſerpentibus admota torporem ipſis inferat.

Theriphonon, aconitum primum.

Thlaſpi, uel Thlaſpidium, uel Capſella, ue
Scandulaceum, uulgò Naſturtium tectorum
&

& Sinapi ruſticum, uel Burſa paſtoris dicitur. Eius duo ſunt genera: unum latioribus, alterū anguſtioribus folijs: illud Germanicè baurenſenff/ oder kreß/ hoc beſem kraut appellať, qa ſcoparum uices ſupplet. Caulem habet tenuem, duûm dodrantum, adnatis in eo paucis calycibus, breui pediculo nitentibus, quadam ligularum uel cochleariorum effigie, in quibus ſemen continetur Naſturtio ſimile, ſed latius, & ueluti conquaſſatum, quod acerrimi eſſe guſtus deprehēditur, ita ut manſum ſinapis modo os & linguam uellicet. Folia obtinet anguſta, potiſſimū ſuprema eius parte, digitali longitudine, in terram ſe conuertentia, per extrema leuiter inciſa: florem album. Prouenit in ſemitis & ſepibus, foſſisq́ʒ. Semen eſt acre uirius, adeò ut internos abſceſſus potum diſrumpat. Menſes cit, & fœtus enecat. Per ſedem infuſum ſanguinolēta euacuās Iſchiadibus prodeſt. Poteſt enim alioqui tum supernè, tum infernè biliosos uacuare humores, acetabuli mēſura epotum. Infunditur & contra coxendicū dolores. Quinetiam potum ſanguinē trahit, & internos abſceſſus rumpit.

Thridacias, Mandragoras fœmina.

Thryallis Verbaſci ſpecies eſt.

Thus arbor eſt, Grçcè λίβανος dicitur, qu
lachrymam cognominem effundit. Altitud
ne ad quina ferè cubita aſſurgit, ramis freque
tibus, folio pyri, ſed multò minore: color
herbacei, Rutæ modo, leui cortice, ut Laur
Alij folium Lauri leueq́ prodiderũt: alij Le
tiſco ſimilem etiã fructu, folio ſubrutilo: non
nulli proximam Terebintho faciunt: alij Ter
binthum eſſe. Sunt qui ex eadem arbore Thu
& Myrrham manare putent. Diodorus par
uam Aegyptiæ ſpinæ albæ ſimilem, folio Sal
cis, flore aureo. Placet Theophraſto & Plini
ſententia eorum, qui Lauro ſimilem tradunt
Iuba rex contorti eſſe caudicis, ſiue ut place
Solino, uiminis, ſcribit, ramis aceris, maximè
Ponti: ſuccum Amygdalę modo emittere. In
ea gignitur Arabia, quæ thurifera cognomi-
natur. Primatum tenet in eo genere maſculũ,
Stagonias appellatum, ſuapte natura rotundũ
& indiuiduum, candidum, cùm frangitur in-
tus pingue, in ſuffitu ſtatim ardens. Indicum
fuluefcit, & colorore liuet, ſed rotundũ indu-
ſtria factitant. Nam in quadrãgulares formas
diſſectum fictilibus uerſant, donec rotundita-
tem contrahat. Tale autem uetuſtate flaueſcit,
quod Antomum aut Syagrum appellant. Se-
cundum

cundum locum habet, quod Orobiam & Me
lioton appellant: quantitate minimum, colo-
re uerò maximè ruffum. Vocatur & Thus ali-
quod Amomite, candidum quidem, ſed cùm
fricatur, Maſtiches modo lenteſcens. Adulte-
ratur in itinere Pini reſina & gummi. Quod
facilè deprehendi poteſt. Gummi enim incen
ſum non agit flammas: reſina in fumum eua-
neſcit: thus uerò quàm primum ardet. Idem
maleficium odor prodit. Cal. 2. ſic. 1. Habet &
modicam quandam uim leuiter adſtringentē.
In cortice Thuris præfertur craſſus, pinguis,
odoratus, recens, læuis, minimè ſcaber, ſine
membranis. Adulteratur admiſto Pini aut nu
cis eius cortice: ſed horum index ignis eſt. Si-
quidem reliqui cortices ſuffiti nequaquam in-
cenduntur, ſed ſine odore fumum eructant;
thuris uerò cortex ardet, & cùm odoris fragrā
tia uaporem eiaculatur. Hic manifeſtò adſtrin
git, & ſic. 2. abſolutè, craſſior thure & minus
acris: hinc ſanguinem ſpuentibus, dyſenteri-
cis, cœliacis, & ſtomachicis, tum foris impoſi
tus, tum intrò adſumptus ſalutaris eſt. Surcu-
lus ipſius cal. ſic. 3. atq; nonnihil extergit: quo
circa oculorꝫ ulcera & purgat & explet. Man-
na thuris nihil aliud eſt, quàm concuſſu eliſæ

thuris micæ, quas etiam pollinem thuris di-
runt. Probatur candore, micarum frequenti
& puritate. Vim habet eandem quàm Thu
ſed inualidiuſculam. Sunt qui cribrata pini r
ſina ac polline, aut cortice thuris contuſi adu
terant. Sed hæc igne deprehenduntur. Nequ
enim æquè ſuffitu aërium uaporem, ſed fuli
noſum & impurum expuit: odoris prætere
ſuauitas miſto alieno halitu ſentitur.

Thyïa, uide Citrus.

Thymelæa ſemen fert, Granum gnidium
appellatum. Virgas êdit perpulchras, multas
tenues, & bicubitales ferè: folia Chamelææ ſi-
milia, anguſtiora tamen & pinguiora, in com-
manducando uiſcoſa gummoſaq́; flores can-
didos: ſemen Myrtho ſimile, paruum, rotun-
dum, inter initia uirens, & tandem rubeſcens,
cuius inuolucrum durum, foris nigrum, intus
album. Naſcitur in montibus & aſperis. Semē
acrem & adurentem facultatem habet: aluum
cum aqua potum purgat. Folia conſimiles ui-
res obtinent. Illi grauiter errant, qui Granum
gnidium ſemen Chamelææ eſſe credunt, de-
cepti quadam foliorum ſimilitudine.

Thymbrã require in Cunila.

Thymus Thymeß / oder Römiſcher quēdel:

uulgò

ulgò Serpillum Romanum nominatur. Fru
ex eſt ſurculoſus & dodrãtalis, minutis, mul-
is, & anguſtis folijs circundatus, in ſummo ca
itula floſculis ex purpura candicãtibus, ſua-
iſſimi odoris referta habens. Radix eius lig-
oſa eſt, enaſcentias uirides multas obtinens,
uibus in terra radicatur. Prouenit nunc paſ-
m in hortis. Cal. ſic. 3. Glutinoſos craſſosq́;
umores incîdit: urinam & menſes prouocat,
œtum euellit.

Tilia eyn lynden baum. Græcè nominatur
ιλύρα. Sexu diſtinguitur. Mas ſterilis, nulloq́;
ore eſt, materies cuius dura, flaua, nodoſior,
inoſiorq́;: cortex etiam craſſior detractusq́;
nflexibilis propter duritiam eſt. Fœmina
erò & florem, & fructum gignit, materia eius
andidior, cortex quoq; flexibilior, odorati-
r, candidiorq́;, ex quo cunas faciunt. Folium
rt Tilia hederaceũ, mollius, & in angulum
cutiorem rotundius atq; prolixius, ac in orbẽ
nte criſpũ ſerratũq́;: florem êdit fœmina tan
ſper, dum calyculo continetur herbaceum,
bi emerſit flauum: fructum magnitudine fa-
æ, ſimilem acinis hederæ, in quo ſemen præ-
nue quantum Atriplicis, omnibus animanti-
us ingratum, cùm foliorum pabulo maximè

ducantur, eorumq́ꝫ mira dulcedine capiãtur. Folia adſtringunt & extergunt, hinc recentia uulnera glutinant. Cortex amplius etiam ſubamarus eſt & adſtrictorius, itaq; cum aceto lepram ſanat. Porrò uiridis etiamnum & recens ſi uulneribus deligaturæ uice circumligetur, ea glutinare poteſt. Radices eandem uim obtinent. Omnes deniqꝫ facultates Vlmi obtinet. Humor è medulla caſtratę arboris effluens, capillum reddit capiti illitus, defluentemq́ꝫ continet.

Tintinabulum terræ, quære Limonium.

Tinctorius flos ſtreich oder farb blum. Herba ueteribus neglecta, aut incognita fuit, Geniſtæ ſimilis eſt. Ramos enim herbaceos, ut illa, obtinet, ac ſcabros: folia tamen paulò longiora & latiora, ad Hyſſopi ferè formam accedẽtia: flores luteos, piſo ſimiles, quibus in tingendis libris utuntur: ſemen in ſiliquis Lenticulæ non diſſimile: radicem planè ligneam. Naſcitur in montibus incultis atque aridis, ac pratis nonnullis. Temperamento & facultatibus Geniſtæ ſimilis eſt.

Tithymalus, uel Tithymalum, Latinis Lactaria herba, Lactuca caprina, aut marina, Barbaris Eſula, Germanis wolffs milch appellatur.

Ge-

Genera eius ſeptē ſunt. Primus maſculus characias, quaſi uallaris, quòd uallis ſeptisq; muniendis idoneus ſit dicitur, ab aliquibus Amydalites. Alter Myrſinites, à Myrti foliorum figura: aut à nucibus, quibus ſimilem fert fructum, Caryïtes nominatur, quæ fœmina exiſtimatur. Tertius Paralius, id eſt, marinus, q̊d in maritimis naſcatur, dicitur. Quartus Helioſcopius, hoc eſt, ſoliſequus, quia eius coma ad ſolis curſum circumagitur. Quintus Cypariſſias à Cupreſſi ſimilitudine. Sextus Dendroeides à ramorum copia. Septimus Phatyphyllos, id eſt, latifolius, à latitudine foliorum nuncupatur. Characiæ caules ſupra cubiti altitudinem attolluntur, rubri, lacteo ſucco atq; acri madentes: folijs oleę ſimilibus circum ramos, anguſtioribus tamen & longioribus: radice craſſa, lignoſa. Pendet in cacuminibus cauliū coma iunci, ſub qua caueolæ ſoliolis balnearū ſimiles, in quibus ſemen continetur. Naſcitur in aſperis & montibus. Myrſinites Daphnoidi guſtu ſimilis eſt, colore albicante. Folia habet Myrto ſimilia, maiora tamen, & ſolida, in ſummo acuminata & ſpinoſa: uiticulas à radice dodrantales, annuum fructum inuicē alternantes, iuglandi nuci ſimilem, leniter lin-

guam erodentem. Naſcitur & hic aſperis lo
cis. Paralius ramulis conſtat dodrãtalibus, r
ctis, rubentibus, quinis ſeniſúe à radice exeu
tibus: folijs lini, anguſtis, paruis, oblongis, i
uerſus quoſdam digeſtis: capite in cacumin
orbiculato, in quo ſemen ut eruum uario col
re emicat. Flores candicant. Frutex totus cu
radice lacteo ſucco turget. Helioſcopius Po
tulacæ ſimilia folia obtinet, tenuiora tamen a
rotundiora: ramos à radice prodeuntes, qua
tuor aut quinq;, dodrantales, tenues & rube
tes, copioſo lactis liquore plenos: caput Ane-
tho ſimile, & ſemen ueluti in capitulis inclu-
ſum. Circa oppida naſcitur, potiſſimum in ru-
deribus. Cypariſſias caulem emittit dodrant
lem, aut maiorem, ſubrubrum, ex quo germi-
nant folia Pini ſimilitudine, ſed teneriora &
tenuiora, atq; in uniuerſum Pino nuper natæ
ſimilis eſt. Et hæc ſucco candido abundat. In
campeſtribus prouenit. Dendroeides in cacu-
mine frondoſam ſpargit comã, ſucco lacteo
prægnãtem: rubentes ramos habet, circa quos
folia ſunt tenui myrto ſimilia, ſemẽ ſimile Cha
raciæ. In petris prouenit. Platyphyllos Ver-
baſco ſimilis eſt, longioraq; reliquis folia ha-
bet. Naſcitur in ſyluis. Tithymali omnes cali-
di

di 4. & ualenter deſiccant, acrimoniæ & excellentis amaritudinis participes, ſed radix cùm ſit quodammodo imbecillior, aceto incocta dentium eroſorũ dolores finit. Liquores uehementiore donati uirtute dentium cauis imponuntur, reliquum corpus ſi attingant, adurunt. Quare etiam pilos modicè delitos auferunt, item myrmecias, uerrucas, & huius generis alia. Cutis labes abſtergunt, maligna ulcera phagedænica curant. Cæterùm ex ſeptenario ipſorum numero ualidiſſimi ſunt, appellati Characias, Myrſinites, & Dendroeides: hos ſequitur Platyphyllos & Cypariſſias, deinde Paralius, poſtremo Helioſcopius.

Tordylium, lege Seſeli creticum.

Toriuentoron, uide Leontopontion.

Tormentilla, quære Heptaphyllon.

Tragacantha radix eſt lata lignoſaq́ꝫ, ſuper terram emergens, ex qua ramuli prodeũt humiles firmiq́ꝫ, & in longum ſpaciũ ſe ſpargentes. In ĳs numeroſa tenuiaq́ꝫ foliola ſunt, inter quæ aculei ſe proferũt foliolis illis operti, colore candido, ſolidi & ad uulnus infeſti. Vocatur etiam Tragacantha, lachryma, quæ uulnerata radice manans concreuit. Præſtat pellucens, gracilis, læuis, ſyncera & ſubdulcis:

perſimiles Tragacanthæ uires repræſentat Opplet enim. Vſus eius in oculorum medicina, ueteri tuſſi, aſperis faucibus, retuſa uoce, diſtillationibusq́ in eclegmate cum melle.

Tragopogon, uide Barbam hirci.

Tragoriganum, lege Origanum.

Tragos herba puſilla, oblonga, ſemipedalis, aut altior paulò, ſine folijs, ramos habens in quibus uelut racemi ſunt puſilli, grano tritici, acuto capite, copioſoq́, guſtu uehemẽter ſpiſſante. Naſcitur maximè maritimis locis. Puto eſſe eandem herbam, cum Scorpio ſiue Nepa. Eſt & Tragos frumenti genus, aſpectu perſimilis Alicæ, ſeu Chondro: granum eius compluribus glumis ueſtiri refert Galenus, et ob id minus Zea nutrire, ac ægrè in uentriculo conuinci, & aluum magis emollire.

Tragium ſola Creta gignit, Lentiſco, ſeu ut Plinius habet, Iunipero, ſemine, folio, & ramis ſimile, ſed minore omnium amplitudine. Succum fert lacteũ, qui gummi modo coëat. Gal. 3. Attrahit, diſcutit, cum tenui ſubſtantia. Aculeos igitur educit, calculos comminuit, menſesq́ citat inſtar denarij potum. Eſt quoq; alterum Tragium ſuperiori amarius, folia Scolopendrio ſimilia habens; radicẽ tenuem, can

didam,

didam, ſyluestri Raphano ſimilem. Naſcitūr multis in locis. Tanta adſtringēdi uirtute prę ditum eſt, ut fluidis affectibus commodè conueniat.

Tribulus duûm generum eſt. Terreſtris alter Portulacæ folijs, tenuioribus tantùm: uiticulis per terram ſtratis, in quibus ſpinæ ſunt duræ, ſapore acerbo. In ſegetibus madidis & paluſtribus naſcitur. Alter aquaticus, in aquis prouenients. Comam tantùm ſuper aquā exerit, aculeos aquis occulit. Folia êdit latiora, è pediculis longis: caulem in ſummo craſſiorē, quàm in profundo. Sunt illi & capillamenta quædam ſpicarum forma: ſemen durum, ab altero non abhorrēs. Thraces, qui ad Strymona amnem habitant, uirenti tribulo equos ſaginant: & è dulci ſemine ac eſculento ſibi panem, quo ueſcuntur, faciūt. Aquaticus mediocriter refrigerat: terreſtris autem ſiccando ualentior eſt, alter etiam humectat leuiter. Vterque contra inflammationum generationes, omnesq; influxus cōuenit. Terreſtris fructus cùm tenuis exiſtit, renum calculos conterit.

Trichomanes, Latinè capillaris dicit. Barbari falſò Polytrichon uocant, id enim nominis Adianto herbæ debetur, Germanicè rôter

ſteyn.

ſteynbrech appellatur. Filici ſimile, ſed exili-
us: folijs lentis figura, tenuibus, in ordinem
utrimque digeſtis, aduerſis in ſe in ramulis te-
nuibus, acerbis, fuſco colore ſplendentibus.
Eadem, quæ & Adianton poteſt, efficit: &
eiſdem locis naſcitur.

Trifolium, Græcè τρίφυλλον, alij Oxytri-
phyllon, alij Menyanthes, alij Aſphaltion uo-
cant. Multa eius leguntur genera, ſed pręcipuè
duo: odoratum ſcilicet, & pratenſe. Trifolium
odoratum Fuchſius Germanis ſibengezeyt dici
ſcribit, propterea quòd ſingulis diebus ſepties
odorem ſuum habeat, & toties etiam amittat,
quamdiu in horto creuerit. Decerptum enim
& exiccatum, odorem ſuum perpetuò retinet.
Qui certè pluuioſa temporis conſtitutione ac
tempeſtate inſtante multò uehemẽtior eſt, ſic
ſanè ut totas ædes, in quibus hæc herba repo-
ſita eſt, odore ſuo compleat. Frutex ſupra cu-
biti altitudinem attollitur, uirgas habens te-
nues, nigris iunceisq; adnaſcentijs multis præ-
ditas, in quibus folia loto arbori ſimilia ſunt,
terna in ſingulis germinationibus: his recens
enatis odor Rutæ ineſt, auctis uerò iam bitu-
minis. Florem êdit purpureum, ſemen modi-
cè latum & ſubhirſutum, ex altero extremo
apicem

apicem obtinens. Radix illi tenuis, longa, ualida. Hæc herba proximè accedit ad deſcriptionem Loti ſylueſtris, ut niſi minus eſſet, uix ab inuicem diſcerneres. In Germania non niſi ſatum prouenit. Cal. ſic. 3. Laterum ex obſtructione dolores potu iuuat, urinas ac menſes ducit: mirificè uenenis aduerſatur, & ad ulcera malefica ſananda perquam utile eſt. Trifolium pratenſe, weyſſen klee. Caule conſtat rotundo, cubitali, exilibus ramis, folijs per interualla tribus: radice longa & lignoſa. Hoc triplex eſt. Primum flores profert purpureos, folia latiora & herbacea. Alterum flores candidos, folia longiora, anguſtiora, & magis pallentia, candicantiaúe. Tertiũ luteos flores, minora & rotunda folia, atq; ad Fœnigræci folia accedẽtia. Mediocriter concoquunt & exiccant: hinc albo muliebri profluuio mirificè conferunt.

Trifolium acetoſum, lege Oxyn.

Trinitatis herba, à triplici colore floris nomen habet. Quo nomine ueteribus appellata ſit, ignoratur. Aliqui tamen non malè fortaſſis Iouis florem eſſe putant. Folium êdit initio rotundum, per ambitum ſerratũ, proceſſu temporis oblongiorem: cauliculum triangulum,

intus

intus cauum, leuiter ſtriatũ, ex interuallis geniculatum, prodeuntibus ex alarum ſinu ped culis longis, in quibus ſummatim elucent flores figura & ſpecie uiolarum purpurearum, ſuperiore parte purpurei, in medio candidi, inferiori uerò lutei: radijs quibuſdam nigris diſtincti: quibus decidentibus ſemina protuberant. Interdum ſua ſponte in aruis prouenit: in hortis tamen ut plurimum plantatur, ſpecioſiorq́ naſcitur. Calida atque ſicca eſt. Incidendi quandam uim habet, ideoq́ aſthmaticis, pulmonisq́ phlegmonibus confert. Prodeſt non parum ad pruritum atq; ſcabiem, omniaq́ cutis uicia emendat.

Tripolium nomen obtinuit, quòd flores eius ter die mutentur, candidi mane, purpurei meridie, punicei in occaſu. Folia habet Iſatidi ſimilia, craſſiora tamẽ: caulem dodrantalem, in ſummo diuiſum: radicem albam, odoratã, guſtu calidã. In maritimis naſcitur locis, quæ allidit mare, recedensq́ dimittit, neq; uerò in arida, neq; in mari. Hoc eſt Turbit Serapionis. Radix eius acris eſt, cal. 3. Plinius uerò uehementer errat, qui Tripolium eandem herbam cum Polio eſſe putat.

Triſſago, quære Chamędryn.

Trixago

Trixago paluſtris, lege Scordion.

Triticum weiß, Græcè πυρός appellatur. Genera eius tria. Primum Robus dicitur, eô quòd pondere & nitore præſtet. Culmũ profert altiorem quàm hordeum, tribus geniculis conſtantem: folium arundineum: ſpicam à folijs remotiorem, inconditã, & in nullos uerſus diſpoſitam. Alterum Sitanium dicitur, uel Trimeſtre, quoniam tertiò ferè ſatum menſe matureſcat: id quod in Germania tamen non fit, in qua quinto menſe metitur. Hoc culmo, geniculis, granisq́ priori ſimile, nec ab eo differt, niſi quòd ſpicam multis ariſtis uallatam, & in duos uerſus diſpoſitam obtinet. Tertium genus non undequaq; notum Germanis welſche weyß / vnd weyſſen kolb, quod in Alſatia et agro Tubingenſi gignitur. Genicula êdit quaterna: aliâs præcedenti per omnia propemodum ſimile. Triticum cal. 1. medium inter ſic. & humidum: nonnihil etiam glutinoſum & obſtruendi efficax obtinet. Elixum coctu difficile eſt, & inflationes creat: concoctum tamen alimentum præbet ualentiſſimum. In panem autem coactum minus inflat, minusq́ ęgrè concoquitur, utpote fermẽti & ſalis particeps. Triticum ſylueſtre, cultu feritate mitigata

gata,in cereale manſueſcit. Triticum Pontic ex corrupto ſemine naſci putauit Theophr: Hoc reliquæ ſegeti ſimillimum & ſtipula, & culmo,ſpica inani & euanida,nigri quippiam loco grani capiens, quod concuſſu confeſtim in fuliginem abit, qua ruſtici aliquando ſua facies ſugillant:hæc putris grani lues eſt:alio qui etiam integrum triticum in Ponto proue nit,quod leue eſt,& ſine lolio naſcitur.

Trogetes in Citro dicta eſt.

Tuber priore correpta, arboris genus, & fructus arboris ex Aphrica in Italiam deportatus. Martialis:

Nō tibi de Libycis tuberes,& [illegible]orina ramis.

Tubera etiam rotundæ radice[illegible]unt, ſine caule,ſine folijs flaueſcentes. Credidit antiquitas cognationē aliquam illis eſſe cum cœlo, nec niſi tonante Ioue naſci. Vere fodiuntur,eduntur & cruda & cocta. Terreſtri conſtant ſubſtantia cum modica quadā uirtute tenui. Sunt & alia ſine folio,aut herba, aut caule ſupra terram pluſcula, cibo idonea in Aegypto maximè,ut Aracidna,&c.

Tuber terræ,lege Cyclaminus.

Tunica,quære Betonicam.

Turbit barbara uox eſt, à poſterioribus medicis,

nedicis, ob uehementem fortè, quam habet n mouenda aluo turbinationem, ſic appella-a. Teſtatur Manardus ſe audiuiſſe ex nonnul is fide dignis illud Turbit, quod in officinis nunc paſſim uenditur, ex planta accipi, quę fo io Myrthi conſtat, interq́ʒ lactarias herbas re-ertur, quę certè ſecunda Tithymalorum ſpe-ies erit. Cæterùm Serapionis Turbit eſt Tri-olium Dioſcoridis, ut diximus. Meſue uerò uum Turbit ita depingit: Turbit eſt radix her æ, cuius folia ſunt ſicut folia ferulæ, minora amen, & eſt ex habẽtibus lac. Cùm igitur tam liuerſa ambiguaq́ʒ de Turbit traduntur, præ-taret prorſus ab uſu eius abſtinere, quàm ita emerè medicinam incognitam uſurpare.

Turcicum frumẽtum, turcks Forn. Hoc aũt ic nominant, quòd è Græcia & Aſia, quas re-giones immaniſſimus Turca nũc occupat, ad nos translatum ſit. Culmum êdit craſſum, ro undum, altum, longumq́ʒ, infima eius parte purpureum, geniculis interſectum: folia ob-onga & harundinacea, in ſummitate panicu-as, aut ſpicam muticam, & granis uacuam, in-tar ſecales florentem, nunc luteo, nunc candi lo, nunc purpureo, nunc rufo colore: fructũ ierò & grana triangula, diuerſis iam memora

tis coloribus tincta, in foliaceis, rotundis, ac craſſis membranis ac uaginis, quæ è lateribus geniculorum ferè ſingulorum prodeunt, contenta obtinent, coaceruata ac penitiſſimè iuncta, inq; octo aut decem uerſus ordine digeſta. E faſtigio uaginarum capilli tenues, iam candido, iam luteo, nũc purpureo colore maculati dependent. Quatuor eius ſunt genera: aliud .n. rufa, aliud purpura, aliud lutea, aliud ſubcandida grana profert. Eandem cum tritico facultatem habet. Panis tamen, qui ex illo conficitur, lentoris quiddam, & obſtruẽtis naturæ habet. Hinc eſt, quòd in Aſia & Turcia illius nullum in cibo uſum eſſe, niſi cùm annonæ premit inopia, dicunt.

Tuſſilago, uel Farſaria, Græcè βήχιον appellatur, quòd βῆχας, id eſt, tuſſes iuuare credita ſit, Barbari Vngulam caballinam, Germani huflattich / brandtlattich / oder roßhub nominant. Folia Hederę habet, ſed maiora, ſupernè uirentia, ſubalbida à terra, ſex aut ſeptem à radice, in plures angulos exeuntia: caulem palmi altitudine: florem pallidum fugaciſſimũ, q̃ in Vere unà cum caule confeſtim exuritur, inde nonnulli his uacare exiſtimauerũt. Radix tenuis eſt, & minimè ſuperuacua. Prope fon-

tes

tes & aquoſa loca prouenit. Conſtat ex calidâ aquoſaq́ꝫ ſubſtantia. Iuuat tuſſes ſuffitu, & recta ceruice ſpirantes. Eadem radix poteſt, fœtumq́ꝫ emortuum in aqua mulſa cocta & pota eijcit.

Typha moßkolben/oder narrenkolben/etzlich nennent knoſpen vñ lieſſen. Folium êdit Cyperidi ſimile: caulem altum, læuem, enodem, cuius cacumen denſa florum congerie ſtipat̃, & ueluti ſpiſſa cingitur lanugine, quæ in pappos tandem euaneſcit. Gignitur in paluſtrib⁹ & aquis ſtagnantibus. Flos ſuillo adipe eloto exceptus, ambuſtis medetur. Eſt quoqꝫ frumenti genus Typha uel Tipha appellatũ, ſiligini non diſſimile, ſimplici culmo aſſurgens, grano multiplici, tunica uelato atque leuiſſimo, radice numeroſa, tritico perquam ſimilis traditur, & in id quoqꝫ mutari ſi piſta ſeratur, nec protinus, ſed anno tertio.

Quæ à litera V initium ſumunt.

CAPVT XX.

VAcinium, lege Rubum.

Valeriana, quære Phu.

Vbolima, arbor in Lybia naſcens, ſic ab in-

colis gentili nomine dicta, Græcè ἐλαιοσάφυ-λος dicitur, quaſi dicas Vuolea. Vitis eſt, oleã habens inſertam, nõ uuas modò, ſed & oliuas quoq; pariens. Marius maximus eius fructu deguſtato, negauit unquam ſe quidq̃ comediſſe, quod magis oleam uuãq; reſiperet, tam exactè ſimul utriuſque ſaporem linguę repræſentari.

Veneris labrum, uide Dipſacus.

Venerea Lonchitis eſt, ſed Apuleio Acorꝰ.

Veneris pecten, herba radice candida, coliculis ſemipedem altis, aut paulo maioribus: folijs Paſtinacæ, ſed tenuioribus: flore albo, exili, dependentibus ſummatim compluribus roſtellis in mucronem turbinatis, & pectinatim inter ſe diſiunctis, inde & nomen habet. Inter ſegetes copioſè naſcit̃. Radix cum Malua tuſa, omnia corpori infixa extrahit.

Veneris umbilicus, lege Acetabulum.

Veratrum candidum & nigrum, in Elleboro dicta ſunt.

Verbaſcum, Gręcè φλόμος, uulgò Tapſus barbatus nominatur. Aliqui Candelam regis, Candelariam, uel Lanariam appellant, Germani wullkraut/herzenkraut/vnholdenkerz/himelbrant/ oder brenkraut. Vtuntur enim ea

pro

pro ellychnijs. Duo eius genera ſumma ſunt: alterum candidis folijs, nigris alterum. Candidum rurſus in marem & fœminā diſtinguūt. Eſt præterea & ſylueſtre. Præter dicta habentur Verbaſcula duo, quæ uulgo herbę paralyſis & artheticæ, cùm arthriticæ dicendum eſſet, uocantur. Horum unum eſt odoratum, alterum doloris expers. Prius Germani ſchluſſelblumen / oder gelb ſchuſſelblumen / hymelſchuſſel/ oder. S. Peters ſchuſſel/ alterum wild ſchuſſelblumen/ oder weiß himelſchuſſel nuncupant. Habetur quoq; tertium Verbaſculum, quod Lychnitim, alij autem Tryallida uocāt, Germani Marienroſen. Candidum fœmina conſtat folijs Braſſicæ ſimilibus, multò tamen hirſutioribus, latioribus & candidis: caule cubitali aut ampliore, candido, ſubhirſuto: floribus albis aut ſubpallidis: ſemine nigro: radice longa, acerba, craſſitudine digiti. Candidum mas, Græcè leucophyllon dicitur, folia habet oblongiora, anguſtioraùe, & tenuem caulem. Nigrum prorſus albo ſimile eſſet, niſi nigriore latioreq; conſtaret folio. Sylueſtre uirgas fert altas & arboreſcentes, folia Saluię ſimilia, & circa uirgas ramulos quales Marrubium: flores luteos, aurei fulgoris. Verbaſcula duo

ſunt hirſuta, terræ inhærentia, humiliaúe: fo-
lijs rotundis, & multò minoribus, rugoſis, è
quibus medijs ſtylus exilit tenuis, palmi alti-
tudine, incanus, in cuius uertice terni, quater-
ni, & plures etiam dependent flores lutei, ſum
mis labris denticulati, in altero odorati, in al-
tero inodori, calyculo in album palleſcente.
Lychnitis folijs ternis aut quaternis, aut etiã
pluſculis, craſſis, pinguibus, hirſutisq́;, ad lu-
cernarum lumina utilibus, florib⁹ purpureis.
In campeſtribus plerunq; proueniunt: candi-
dum & nigrum in ſyluis etiam. Omniũ folia
ſiccantem & mediocriter adſtrictoriam facul
tatem poſſident, præcipuè eius, quod aurei co
loris eſt, & acerbum. Fluidis conferunt adfe-
ctibus. Nonnulli & dentes illis collinunt. Ca
pillos quoq́; flaueſcere faciunt. Duo Verba-
ſcula trita imponũtur efficaciter articulorum
doloribus. Radicis decocto ueſicæ renumq́;
obſtructiones ſoluuntur. Ius herbæ propina-
tur, & illinitur aduerſus rupta, luxata & liuen-
tia. Mulieres quoq; formæ ſtudentes, ſucco è
floribus eorum expreſſo faciem illinũt, quòd
maculas rugasq́; & alia eiuſdem uicia mirifi-
cè detergeant.

Verbenaca, Græcè περιστερεὼν à columbis di

citur,

citur, qui in ea uerſari plurimùm delectantur: quarè Latinè etiam Corumbaris, ſeu Columbina appellatur. Hierobotane quoq; nominatur, id eſt, ſacra herba, quòd ea olim apud Romanos domus purgabatur, familia luſtrabatur, Iouis menſa ad ſacrificium & epulas uerrebatur, & Fœciales in ſacris legationibus illa coronabantur, uel ut Dioſcorides inquit, quòd in expiationibus ſuſpenſa & alligata mirè utilis ſit. Vocatur etiam Sagminalis, quia inter ſagmina, hoc eſt, gramina ex loco ſacro, præſertim arce Capitolij, cum ſua terra euulſa, primum hæc honorem haberet. Vulgus Verbenam & Germani eyſenkraut nuncupat. Duo eius genera ſunt: recta ſiue mas, quæ etiã Criſta gallinacea, à ſerratis folijs gallinaceæ criſtæ formam referẽtibus, dicitur: & ſupina ſeu fœmina, alio nomine Cincinnalis dicta: hæc ſemper humi ſupinè procumbit, illa rectis ramulis aſſurgit. Mas herba eſt dodrantalis, aliquãdo etiam procerior. Folia habet inciſuris diuiſa, albentia, è caule erumpẽtia, qui ei unus eſt magna ex parte, quemadmodum & radix una: flos illi luteus eſt. Fœmina multis ſtatim à radice ramulis conſtat, cubitalibus, aliquando etiam maioribus, anguloſis, circa quos fo-

lia ſunt per interualla quernis non diſſimilia anguſtiora tamē & minora, per ambitum inciſa, colore ſubcæſio. Flores habet purpureos tenues: radicem tenuem & oblongam. Vtraque in planis & aquoſis naſcitur. Adeò ſiccāt adſtringuntq́ꝫ, ut uulnera glutinare, & ſanguinis eruptioni reſiſtere ualeant. Mas ad capitis dolores & defluentes capillos inunctus præſidio eſt. Dentium dolores ſedat, & motos atque concuſſos confirmat. Oris ulcera ſanat. Decoctū eius colicos & calculoſos iuuat. Potus eis, qui primùm elephantia laborare incipiunt, & comitiali morbo affectis ſuccurrit. Item quotidiana & quartana laborantes ſimiliter iuuat.

Vernilagium, dictum in Chamæleone nigro.

Veronica, herba ueteribus incognita fortaſſis fuit. Quidam Teucrion eſſe credunt. Germani ehren preiß / oder gruntheill nominant. Nomen habere putant à quodam Gallorum rege, qui eius ſucco à lepra fuit ſanatus. Duûm generum eſt. Mas per terram ſerpit, cauliculo dodrantali, aut longiore, rubeſcente & lanuginoſo, folijs oblongis, nigris, hirſutis, & ſerratis, floribus in cacumine purpureis, ſemē in uaſcu-

uaſculis loculi ſpeciem habentibus, radice tenui. Fœmina itidem ſerpit per terram caule lanuginoſo, folijs rotundis inſtar herbæ, quæ Centummorbia & Nummularia hodie uocatur, minimè in ambitu inciſis, paulò quàm maris uiridioribus, floribus in luteo purpureis, ſemine in uaſculis rotundis, radice tenui. Naſcitur locis ſylueſtribus & incultis. Calida & ſicca eſt, quia guſtu amara, & uehemēter adſtringit. Mirificè ad cruēta ac uetera uulnera & ulcera ſananda confert. Scabiei deniq; & omnibus cutis uicijs medetur. Tumores etiā in quacunq; corporis parte fuerint, potiſſimùm autē in ceruice, diſcutere poteſt. Vſus quoq; eius eſt in febribus peſtilētialibus, iecoris & lienis obſtructionibus, potiſſimùm uerò pulmonis exulcerationibus.

Veſicaria, uide Solanum.

Vetonica dicta in Betonica.

Vibones flos Britanicæ, de quo ſuo loco: qui collectus antequam tonitrua audiantur & deuoratus, ſecuros in totum reddebat milites Cæſaris Germanici à morbis, quos medici ſtomacaccen, & ſcelotyrben dicebant. Siquidem in Germania trans Rhenum caſtris ab eo promotis maritimo tractu, fons erat aquæ dulcis

ſolus: qua pota, dentes intra biennium decide rent, compagesq́ in genubus ſoluerentur: qui bus incommodis in Arabia quoq; Romanas legiones tentatas fuiſſe Auguſti Cæſaris prin cipatu, Helij Galli ductu Strabo, refert.

Viburnum frutex eſt lentus, ad ligandum aptus, cuius mentionem fecit Virg.

Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

Vicia à uinciendo dicitur: nam capreolis ſuis maxima quæque implicat. Græci βίκιον, Germani wickenn appellant. Cubitali altitudine ſurgit, folijs Aphaces, anguſtioribus tamen, flore piſi, minutis nigricantibusq́ in ſiliquis ſeminibus, latiuſculis Lenti ſimiliter. Medium tenet caliditatis & ſiccitatis, ualidiùs tamen ſiccat, in ſecundo nimirum ordine. Semina hæc non ſolùm inſuauia, ſed concoctu etiã difficilia ſunt, & aluum retinentia. De Vicia ſyl ueſtri uide Aphacen.

Vinca peruinca, lege Clematis Daphnoïdes.

Vincetoxicum dictum eſt in Aſclepiade.

Viola alba, quære Leucoïon.

Viola matronalis, ſic dicta eſt, quòd matronæ eam colere ſoleant. Veteribus cognita fuerit nec ne, incertum eſt. Fruticoſa herba eſt

cubitali

cubitali altitudine, ramoſa: caule & folijs lanu ginoſis, oblongis, anguſtis, mollibus ac caneſcentibus: floribus aut albis, aut puniceis, aut purpureis quadrifolijs: ſemine in oblongis ſiliquis lato ac tenui; radice longa, lignoſa, ſubrufa & acri. In hortis & cultis locis prouenit. Folia & radix guſtu acria & non amara ſunt. Admodum igitur calida ſunt, multa humiditate admiſta. Incidunt igitur & digerũt per halitum. Quare in aqua decocta, conuulſis, difficultate ſpirandi laborãtibus, & ueteri tuſſi auxiliantur. Vrinã & menſes ducunt, ſudoresq; ciendi facultatem habent.

Viola muraria, uel purpurea blaw / odder mertzen violẽ. Gręcè ἴον πορφυροῦν nominatur. Folium habet Hedera minus, tenuius, ac nigrius, nec multò diſſimile. cauliculus à radice medius prodit, in quo floſculus, ſuauiter olẽs, purpureus: ſemẽ minutum in folliculis uaſculisq; rotundis, ſub æſtatis exitum producit. Opacis & aſperis naſcitur. Folia aquea frigidaq; ſubſtantia præpollenti conſtant. Per ſe ideo aut cum polenta illita, calidas phlegmonas mitigant. Imponuntur & ori uentriculi æſtuanti, & oculis.

Viola Tuſculana, exitu hyemis, necdum frigo-

frigoribus exactis erumpit, ſed confeſtim fugax euaneſcit.

Viola autumnalis, uel Calathiana, in pratis poſt æſtatem emicat. Minuto eſt folio Violæ albæ non diſſimili, in totum ſine odore, Calathi ſimilitudine. Tanta coloris pulchritudine, ut cœruleum ipſum, quod imitatur, prouocet.

Viola flammea, in Scopa regia continet.

Virga paſtoris, lege Dipſacus.

Viſcum miſtel/oder affelter. Græcè ἰξός dicitur. Planta eſt, non in terra, ſed ſemper in arbore, quercu præſertim, pyro, mâloúe proueniens. Fruticoſa eſt & lenta, ſemper uirens, intus porracei coloris, extrà ſubflaua, folijs buxi, acinis exiguis, ſine flore. Calefacit cũ acrimonia, humores ex alto ualidè elicit, nec tenues tantùm, ſed & craſſiores, eosq́ꝫ diffundit ac digerit. Ex granis eius gluten exprimitur eiuſdem nominis. Probatur in quo leuor eſt, & quod intus porraceum, extrà fuluum eſt, quodqꝫ aſperi nihil aut furfuroſi conceperit.

Vitex nomen habet ob eam, quam habent uirgæ eius in uinciendo firmitatem, hinc & apud Græcos λύγος, quaſi uimen dicitur. Nominatur quoqꝫ ἄγνος, id eſt caſtus, quòd caſti-

tatem

tatem conſeruet, non modò manducatus pô-
tusq́;, uerùm etiam in cubile ſubſtratus. Vulgò
Agnus caſtus nominatur. Hoc uiæ omnes or-
nabantur Athenis in feſto Palladis. Frutex eſt
in arborem aſſurgens, perpetuò uirens, & uti-
lior uiridis quàm arida. Ramos gerit prælon-
gos, fractu peruicaces: folia oliuę, ſed mollio-
ra. Duo genera eius: una harum album florē
êdit cum purpureo: altera tantùm purpureū,
& ſemen ut piper. Naſcitur in fluminum ripis
aſperisq́; locis ac torrentium alueis. Cal. ſic. 3.
Subſtantia tenuis eſt, eoq́; flatus abolet. Semē
ipſius iecori lieniq́; obſtructis ſuccurrit. Vitex
frictus minus inflat, & facilè digeritur.

Vitis alba, uide Ampeloleuce.

Vitis nigra, lege Ampelos melęna.

Vitis ſylueſtris, quære Ampelos agria, & Labruſca.

Vitis uinifera, ſatiua, ſeu culta, weinreb. Vitis caduca eſt, & niſi fulta fuerit ad terram fertur. A radice eius caudex unus contortus exit, qui in ramos frequentes ſcinditur. Multiplici cortice cingitur, rimoſo, flagellis longè lateq́; uagantibus, quibus ſe quaſi ſuis manibus erigit, & quidquid nacta eſt complectitur. Sarmentis, folijs latis, & in extremitatibus inciſis,

laſciuien-

laſciuientibus: floribus lanugineis fructũ ambientibus. Vua compluribus acinis aceruata, qui interdum purpureo, nonnunquam roſeo, aliquando uiridi colore fulgẽt: ſeminibus tunica clauſis. Genera uitium perſequi ſuperuacaneum eſt, quoniam totidem adfirmant eſſe, quot agri, ut Plinius inquit. Racemi extergendi uim obtinent, ut ebhelos & nęuos, & id genus, quæcunq; in cutis ſuperficie fiunt, curare poſſint. Habent uerò & adſtrictionem quandam ipſi, & extrema germina, quę & ſale condiri aſſolent. Vuæ plus nutriunt reliquis oporis, minus tamen ficis; neque mali ſucci ſunt, ſi maturæ fuerint exquiſitè. Tamen his non robuſta, nec denſa, ſed laxa & flaccida caro gignitur. Maximè quidem earum bonum, quòd celeriter ſubeunt, atq; ideò ſi retineantur, lædunt: nec enim tunc probè concoquuntur, ſed crudum gignunt humorem, qui non facilè in ſanguinem tranſmutetur. Nucleorum natura, ſicca, & quodammodo adſtringens eſt. Pertranſeunt igitur omnia inteſtina non alterati. Penſiles uerò uuæ, id eſt, quæ ad diurnitatem ſuſpenduntur, neq; ſiſtunt uentrem, neq; proritant, cæteris autem facilius concoquuntur. Vuæ dulces calidiorem habent ſuccum, auſte-

ræ uerò & acidæ frigidum. Dulces ſubducunt aluum, & maximè cùm humidæ fuerint. Albę magis ſubducũt aluum, quàm nigræ. Omnes uerò cibor appetentiã excitant, & Venerem. Conuenit cùm eduntur membranam & nucleos expuere, quòd difficulter conficiantur. Quæ immaturæ ſunt, uentrem ſiſtunt, & ſtomacho bonæ. Caliditatem à flaua bile ortam ſedant, minus uerò nutriunt.

Vites inſanæ appellantur, quæ ad florem uſque perducunt. Inſanas Plinius Triferas uocat, quoniam in eis aliæ matureſcunt, aliæ turgeſcunt, aliæ florent.

Vitis Capnia uuam nigram ex candida, & candidam ex nigra ſine prodigio fert.

Vites Veniculæ Plinio, ſeu Venuculæ, aut Venunculæ Columellæ, uuas ferunt temporibus hyemis durabiles, nempe uaſis conditas, quales uuas ollarias Horatius uocat. Antiqui etiam Sirculas, & Staculas, & Numiſianas appellabant.

Vlmus à Græcis πτελέα dicitur. Duo eius ſunt genera: campeſtris, quæ fruticoſa, montoſa, quę ſit amplior. Arbor eſt amica uitibus, grandis & celſa, irriguis amica, ligno flauo, neruoſo, robuſto, ut quæ tota cor ſit. Folium

ha-

habet indiuiſum, leuiter per oram ſerratum, oblongius quàm pyro, ſcabrum. Viridis facilè cæditur, ſicca difficilè. Vuam fert, & in petiolis lachrymæ modo gummi, & beſtiolas culicibus caprifici ſimiles in folliculis, & in Autumno Cachryes uocatas, complures minutas, atq; nigras. Rigorem fortiſſimè ſeruat. Vtuntur itaque ea ad fores lautiores, ad cardines, aſſamenta portarum & torcularia, fontium cauea, & ad carpentarium quandoque opus. Vlmus ſicca: & abſtergit, uulnera glutinat, pręcipuè cortex, ſi recens faſciolę modo uulneribus circundetur: idem cum aceto lepras tollit. Oſſa fracta radicum decocto perfuſa ſolidantur.

Vlophonon Chamęleonem nigrum uocant, quòd ricinos canum necat, iuuencas uerò anginæ modo perimit, οὔλιον enim φόνος Græcis exitium ſignificant.

Vlpicum genus allij eſt.

Vmbilicus Veneris, quære Acetabulum.

Vmbilicus terræ, lege Cyclaminus.

Vnedo, uide Arbutus.

Vngula caballina, dicta in Tuſſilagine.

Volubilis maior explicata in Smilace.

Volubilis media uulgò dicitur, quę Helxine

ne Ciſſampelos à doctis dicitur.

Volucrum maius, quære Periclymenon.

Vrceolaris, lege Helxine.

Vrinalis, uide Oſyris.

Vrtica ab urendo, quòd pruritum puſtulasq́; igni ſimiles excitet. Græcè appellatur ἀκαλύφη, quòd iniucundo ſit tactu, & pruriginem cieat: uel κνίδη, quòd uellicet, pungat, ac ſuo morſu ſenſum laceſſat, à uerbo κνίζειν, hoc eſt, pungere & uellicare. Germani neſſel uocant. Duo eius ſunt genera: aſpera, quæ ab aliquibus Romana dicitur, & in Germania non niſi ſata prouenit, cuius quidem ſemine in officinis utendum, non alterius quæ paſſim in ſepibus & dumetis naſcitur: altera minus aſpera, quæ ob id mollis dicitur. In Germania prȩterea duo alia genera inueniuntur: unum maius, à Germanis heiterneſſel appellatum: alterum minus, brenneſſel dictum, quæ non prorſus inefficaces ſunt, quandoquidem haud ſecus, atq; Romana pungere uidentur. Romana caulem habet rotundum & aſperum, ſylueſtrior etiam & aſperior, latior & nigrior folijs, ſemine haud diſſimili in globulis quibuſdã ſemine lini, ſed minore. Altera priori ſimilis eſt, niſi quòd non ſimiliter aſpera eſt, tenuiusq́; ſemen

bet. Semen & folia tenuem habent ſubſtantiã, citráq; roſionem ſiccant, tumores diſcutiunt, abſtergunt, uentrem ſubducunt, mediocriter flatulenta, quare etiam ad Venerem incitant.

Vrtica iners, mortua, & alba, lege Lamiũ.

Vrtica Labeo, uide Galiopſis.

Vua criſpa ueteribus, ni fallor, incognita fuit: dicitur autem ab intortis, feréq; in circulum uerſis folijs & acinis, quos producit, Germani Krußbeer uocant. Frutex êdit ramulos multos, aculeatos, rectóq; ſpinarum mucrone horridos: folia intorta ac circinnatæ rotunditatis, Apij modo diſſecta: florem ex herbido purpuraſcentem: acinos candicantes & ſplendeſcentes, primùm acerbos, à maturitate dulces. Naſcitur in frutetis & ſepibus. Rhamni uires obtinent.

Vua uulpis, uel Lupina, uide Solanum.

Vuularia, lege Laurum Alexandrinam.

Vua paſſa concoquit, aſtringit, leuiter diſcutit.

Quæ ab X & Z ſumunt exordium.

CAPVT XXI.

Xanthiũ

XAnthium dictum eſt, quòd ξανθὰς, hoc eſt flauos faciat capillos: uulgò appellat Lappa minor, & Lappa inuerſa, Germanicè bettlersleus/Fleyn Fletten. Caule ſurgit cubitali, anguloſo, pingui, prodeuntibus ex eo crebris alis: folijs Atriplici ſimilibus, inciſuras habentibus, odore Naſturcij: fructu rotundo, grandis oliuæ modo, ut Platani pila ſpinoſo, contactu ueſtes apprehendente. Naſcitur lęto & pingui ſolo, & lacubus exiccatis. Fructus diſcutiendi facultatem habet.

Xiphium, uide Gladiolum.

Xiphidium, lege Sarganium.

Xylon, quære Goſſipium.

Xylaloën in Agallocho explicatum eſt.

Xyris, iris ſylueſtris eſt.

Zadura, uel zaduara, radix eſt teres, Ariſtolochiæ non abſimilis, ſapore & calore Gingiberis. Hanc ad nos India mittit. Apud ueteres quid ſit, nondum medicis conſtat. Cal. ſic. ſec. Corpus lætiore ſagina reficit, flatus diſcutit: graue uirus animæ, quod allium, cepa, uel uinum excitauit, abigit: uenenatis morſibus opitulatur: craſſiorem uentris ſpiritum digerit: aluum retinet, abſceſſus uteri ſoluit: uomitiones cohibet, & colicos mulcet cruciatus.

Vtuntur quoq; contra peſtilentis cœli contagia.

Zarnabum, uel zarnabadiũ, lege Arnabo.

Zea, uulgò Spelta, duorum generum eſt: una ſimplex, altera in geminis putaminibus grana bina iuncta gerit, ob id à Græcis Δίκοκκος appellatur. Primum genus culmo, geniculis, & ſpica tritico ſimile eſt, duobusq; utriculis iunctis duo grana ſimul fert. Alterum culmo & ſpica eſt breuioribus, grana ſingula in ſingulis tunicis duplici ordine ſeu uerſu diſpoſitis proferens, ac in ſummitate ariſtis ſuis planè hordeum refert. Pingue ſolum deſiderat. Tritico uiribus reſpondet, medium inter calorem & ſiccitatem obtinens, leuiter exiccat, nec non obſtruit. In panificia digeſta, magis nutrit quàm hordeum, minus quàm triticũ.

Zeopyron in Bithynia & alibi naſcitur, ex quo panis conficitur præſtãtior, quàm ex Briza. A zea & tritico ut nomen duxit, ita mediam inter utrunque naturam, & quaſi ex ambobus conflatam ſortitur.

Zingiber, uide Gingiber.

Zizanion, lege Lolium.

Zizypha, uel Serica uulgò Iuiubę dicũtur, peregrina arbor. Pampinius primus Italię inuexit,

uexit,baccis corni ſimiliora, quâm mâlis, & intecta iam ſyluæ aſcendunt, flore oleæ, ſed odorato magis.Poma nihil ad tuendam ſanitatem, morboſúe profligandos ualere, teſtis eſt Galenus. Nam ut idem teſtatur ab inſolentibus & effrenatis pueris ac mulierculis cibo duntaxat appetuntur. Imbecilliter nutriunt, & difficulter concoquuntur, cumq́ hoc ſtomacho inutilia ſunt. Sitim preterea accendũt, prægrauant ſtomachum, difficilimũ reddunt officium uentris. Falluntur igitur medici illi, Razim imitantes,qui Iuiubas ad mundificandum ſanguinẽ adhibent. Nam Auicenna q̊q; in capite de Iuiubis inquit: Ingroſſant ſanguinem,& ipſum uiſcoſum faciunt. Folia tamen ipſa contrita &impoſita ſpleneticos & hydropicos adiuuare certiſſimum eſt.Radicis & corticis eadem uirtus habetur,quorum ſuccus ex melle coctus tuſſim mitigat, cum mero mixtus iecori medetur,ueſicã leuat urina largiori.

Zuccarum,uide Saccarum.

Zygia in Acere prædicta eſt.

Libri ſecundi finis.

EX LIBEL-
LO EOBANI HESSI DE
conſeruanda bona ualetudine.

NVnc quid ab arboribus proſit noceatúe legēti
Parte aliqua, tantum ſed breuiore, canam.
Nec mea glandiferas quercus nondum orbis adulti
Muſa canet, uerùm temporis huius opes.
Præcipuè autumni prægnantes diuitis hortos,
Copia quem cornu tota fluente beat.
Ficus *Ergò tot inter opes regnantis fructibus anni,*
Vuæ *Prima locum meritò ficus & uua tenent.*
Vtraq; nam ſuccis implet melioribus, & nil
Quæ noceant uicij damna ferentis habent.
Mora *Alba prius, nunc rubra tuo de ſanguine Thysbe,*
Humida ſunt multùm, frigida mora minus.
Ante cibos guſtata alios ſunt mollia uentri,
Et ſtomacho, quamuis parua alimenta ferant.
Ceraſa *Noxia ſunt ſtomacho Ceraſi prædulcia poma,*
Ingerat hæc eadem ſi quis acerba iuuant.
Illa mouent, hæc adſtringunt communiter aluum.
Vis uuas eadem rubraq; mora tenet.
Nuces pi- *Vt iuuat utilibus uentrem nux pinea ſuccis,*
næ. *Sic ægrè uires exuit ipſa ſuas.*

Perſi-

Perſica quiſquis edes, cœnæ ſint prima uideto, Perſica
Ne noceant alio non citò pulſa cibo.
Dulcia mâla calent reliquis magis, & citò uentrem Mala dulciæ
Reſtituunt, acidis frigidus humor ineſt.
At ſtomachum firmant, aluumq́; auſtera coërcent, Acida
Præcipuè arboribus quæ legit alta Cydon. Auſtera
Quæ pira non leuius matura, & grandia poſſunt, Cydonia
Sed plus corporibus roboris inde uenit. Pyra
Punica non ĩplent adeò, ſed frigore lædunt: Punica
Meſpila ut adſtringant ſorbaq; laxa uora. Meſpila
Iuglandes prodeſſe ferunt, nec paſcere multum: Nuces Iuglandes
Paſcere auellanas plus, ualuiſſe minus.
Diues amigdalino menſam ſine lacte caueto, Auellanæ
Pauperibus medicam non tulit ullus opem. Amidgalæ
Barbara longinquis quæ miſit pruna Damaſcus, Pruna Damaſcena.
Ante cibos aluum ſumpta mouere ſolent.
Si quem ſacra tui uictus Dodona iuuabunt, Glandes
Setigeri ſtomachum uellet habere ſuis.
Caſtaneas molles patulæ ſub tegmine fagi, Caſtaneæ
Ipſe ego pro duris glandibus eſſe uelim.

LEGVMINA.

SVnt etiam uario diuerſa legumina paſtu,
E quibus audaci legimus iſta manu.
Laxior exiguas lentes potes eſſe, ſed illis Lentes
Alter in exiguo corpore ſuccus ineſt.

Fabæ Sæpe fabæ leni ſufflaruntcorpora flatu:
Piſa Piſa minus, bilem ſed peperere nigram.
At tibi quæ clarum peperere legumina nomen,
Ciceres Nomine ſunt Cicero nunc quoq; grata tuo.
Exhauſtis reparant genitalia ſemina membris,
Nec Venerem uires deſeruiſſe ſinunt.
Quin etiam lapidem ueſicæ ſæpe minutim,
Duriter hærentem diſſecuiſſe ſolent.
Lupini Reptilibus Cynicum ueſcatur turba lupinis,
Immundos decuit ſordida pera canes.
Fœnum græcum Sæpe aliquem memini de Fœno dicere Græco,
Ante cibum ſumptum calfacit & ſoluit.
Plura nec hic opus eſt, nec uulgi poſtulat uſus,
Ergo etiam hic olerum nomina pauca canam.

OLERA.

Lactuca HOrtorum lactuca decus, quia friget & humet,
Sæpe leues ſomnos conciliare ſolet.
Atq; ut corporibus reliqua omnia uincit alendis
Sic uiui ſuccus ſanguinis inde uenit.
Beta Cruda eſt beta, nocet, coctam ſumpſiſſe iuuabit,
Sumpta frequens ſtomachum uellicat atq; iecur.
Braßica Braßica uentris onus bis cocta, comeſtaq; ſiſtet,
Sed ſemel & modicè cocta, reſoluet idem.
Profuit hanc ſucco conſpergere pinguis oliuæ,
Lac auget, multum ſanguinis eſſe facit.

Ignauum ſine honore blitum, ſine uiribus eſtur — Blitum
Hoc ſolo uentrem quòd bene deijciat. — Erucæ
Herba ſalax eruca Deæ gratiſsima amorum,
Sæpe uelim noſtras condiat illa dapes.
Illa leui flamma frigentes calfacit artus,
Illa leuat feſsi tædia longa thori.
Miſcueris dictam Satyrorum à moribus herbam, — Satyrion.
Vrticæq́; leui ſemina trita manu. — Vrtica
Hei mihi ne caſtas ſpectatum uade puellas,
Iſte furor nulla diſsimulatur ope.
Hinc nigra quæ gelidis gaudent naſturtia riuis, — Naſturtiũ
Offendunt ſtomachum, ſed Venerem ſtimulant.
Rara cibos ineunt cum dulcibus intyba maluis, — Intybum
Rectè utrunq; tamen, ſi libet, eſſe potes. — Maluæ
Frigidus atriplicum choleræ uim diſcutit humor — Atriplex
Coctarum, crudis uirus ineſſe puta.

RADICES.

NVnc age quæ ſolis ualeant radicibus herbæ,
Vſibus humanis commeminiſſe iuuet.
Commoda multiuoris præbent alimenta colonis
Ruſtica proiectis eruta rapa comis. — Rapa
Nam quia naturæ calidæ uim temperat humor,
Inflat, alit, Veneris dulcia bella mouet.
Longa breues ſtomachi pellunt faſtidia bulbi, — Bulbi
Iamq́; olim Veneri mortua membra nouant.

Humores grauido uiſcoſos pectore ducunt,
    Corpora bis cocti plus aluiſſe ſolent.
Adde garum ſuccumq; oleæ, magis omnia præſtant,
    Sed tamen & flatus torminaq; efficiunt.
Paſtinacę Sunt etiam calidi menſis ſua munera Dauci,
    At uicio, cocti non ſatis eſſe ſolent.
Allium Allia ſi quantas habeant graue olentia uires,
    Quæris, habe paucis quæ meminiſſe iuuet.
Hoc hortenſe genus Græci σκοροδωνα uocarunt,
    Hoc ceu Theriacam ruſtica turba probat.
Namq; uenenatis melius uix ulla medentur
    Pharmaca, ſerpentes illius arcet odor.
Morſu letifero quem læſit araneolus mus,
    Hoc bibat, hoc etiam dira aconita fugat.
Præterea coctumúe cibo, crudumúe comeſtum
    Calfacit, & ſtomachos humiditate leuat.
Eſt tamen ex multis alijs neſcire pudendum,
    Quòd nihil hoc Veneri gratius eſſe ſolet.
Verùm oculis ſtomachoq́; nocet, ſi copia ſumpti
    Multa ſit, & ſicca conficit ora ſiti.
Cepæ. Vilia mordaces quamuis ſint prandia cepæ,
    Cruda tamen ſtomachi diſſoluiſſe ſolent.
Plura malis coctæ (crudas nocet eſſe) medentur,
    Eſſe tamen noli, qui memor eſſe uoles.
Porrum Officiunt oculis capitati ſegmina porri,
    Anteriora graui uiſcera mole premunt.

Hinc

Hinc uario ſurgunt inſomnia plena tumultu
At Venerem, ſicut talia cuncta, mouent.
Præteriturus eram Raphani bona, qualibus aiunt Raphanus.
Radices inter nomen habere bonas.
Ille replet uacuam uentoſis flatibus aluum:
Ante cibos noli ſumere, crimen habet.
Attamen & laudem, ſenſus quia reddit acutos,
Et ſunt ante cibum, qui magis eſſe probent.
Fabula narratur, ſacros ab Apolline Delphos
Omnibus hunc alijs præpoſuiſſe cibis.
Ex auro ut raphanum ſacrarent, pondere betam Raphanus aureus
Argenti, plumbum rapa fuiſſe ferunt.
Si quis amat uernæ redolentia tubera terræ, Tubera
Virtutis medicæ norit habere nihil.
Lauta decent nitidæ boleti fercula cœnæ, Boleti
Sed niſi percoctis uirus ineſſe puta.
Nam neq; deſipuit, qui, qualem Claudius edit,
Boletum (lepido carmine dixit) edas.
Cui pituita placet, uel inani frigida ſucco Fungi
Pectora, fungorum milia multa uoret.
Humida frigoribus cognata cucurbita, paruo Cucurbitæ
Quod uires faciat pondere corpus alit.
Putribus hæc eadem peponum ſunt omnia ſuccis, Pepones
Sed lapidem trudunt, membraq; bile grauant.
His minus humectat cucumis frigetq;, ſed idem Cucumeres.
Et ſucco malus eſt, & malè digeritur.

FRV-

FRVMENTACEA.

FRumentis quoq; non eadem natura, nec idem
Eſt ſapor, ex illis pauca, ſed apta canam.
Chondrus Nobile fiſcoſi genus eſt, nec inutile chondri,
Ptiſana Grana ſed ut ptiſanæ uilia coctus erit.
Alica Dulci quiſquis amas alicam confundere mulſo,
Aßimilem Chondro noueris eſſe cibum.
Pabula triticeæ frugis malè cruda coquuntur,
Triticum Robur ab artocopo condita maius habent.
Panis ſiligineus Gratior è molli ſolet eſſe ſiligine panis,
Mox ſimilæ dotes noſtra culina probat.
Similaceꝰ Seruitijs aptas præſtabunt furfura cœnas,
Furfuraceus His eſt per uentrem ianua laxa ſatis.
Hordea deſiccant bene fricta, ſed humida coctis
Hordeac. Vis erit, exiguum roboris inde uenit.
Polenta Balnea uiſurus madidas æſtate polentas,
Ne ſitias, ſiccis faucibus antè uora.
Cætera uel nobis incognita ſunt, uel eiſdem
Viribus, & breuibus non referenda modis.

HOR-

HORTI ALCINOI EX
VII. *Odyſ. per eundem* Hel. Eoba. *Heſſum.*

AT *prope magnifico qua diues regia cultu*
Viſitur, antè fuit uiridi locus undiq; ſylua
Conſitus, umbroſaq; nemus propagine denſum,
Ramorum regione uiæ conceptus ab omni.
Quadrifidæ, ſuper arboribus frondentibus intus
Innumeri fructus, ceu punica mâla pyriq;,
Et mali teretes pulcherrima poma ferentes,
Et dulces ficus, & florens germen oliuæ
Non aliqua fructus his tempeſtate peribant
Non bruma, non igniferi ſub ſyderis æſtu
Sed Ver perpetuum Zephyris ſpirantibus illos
Confouet, & tunc hos naſcentes excitat, & nunc
In loca cedentum ſubeuntes digerit iſtos
Fructus enim fructu ſuper exoriente ſeneſcit,
Inq; locum mâli mâlum ſubit, uuaq; in uuæ,
E ficu tereti ficus noua protinus exit,
Fundit odoriferos genialis uinea fructus,
Et grauidæ plenis pendent è uitibus uuæ.
Quarum alias ſiccant aprici lumina ſolis,
Sydereo expoſitas igni lateq; uagantes,
Falce alias curua reſecant, ſtant germine quædam
Vernantes, & adhuc in ſucco floris acerbæ
Hinc aliæ fructus maturis fœtibus êdunt.

Præ

Præterea uirides extremi palmitis uuæ
Stant ramos amplexæ altos, nec germine uiuo
Deficiunt, ſemperq; uirent, totumq; per annum
Luxuriante toros diffundunt fronde comantes.
Hinc gemini fontes, quorum rigat alter amœnas
Pomiferacis opes horti: Regalibus alter
Aedibus illapſus ſubit alti limina tecti,
Vſibus æternam præbens ciuilibus undam.
Talibus Alcinoi fulgebat regia donis,
Muneribusq; Deum collatis numine dextro.

JCB 19-112

JS42
M744e